NYCTICORAX, vir sanctus infidelibus despicabilis : S. Eucher., L, 748. — Nycticorax peccatorem pœnitentem designat : S. Paul. Nolan., LXI, 371.

OBRYZUM, sanctitas hominis : Raban. Maur., CXII, 1009. — Mens perfecta : Garn. de S. Victore, CXCIII, 306.

OCULUS, mens contemplantis, intimus amicus, populi : Raban. Maur., CXII, 1009 — Oculi Christi, apostoli : S. Aug., XXXVI, 1114; Cassiodor., LXX, 625; Alcuin., C, 363; S. Bruno Carthusian., CLII, 970. — Doctores Ecclesiæ : Cassiodor., LXX, 1086; Alcuin., C, 563. — Oculi corporis Christi, apostoli et sacerdotes : S. Hilar., IX, 809. — Per oculos Dei sancti intelliguntur et docti : Vener. Guibert., CLVI, 104. — Oculi Ecclesiæ apostoli : S. August., XXXIV, 845; S. Bruno Carthus., CLII, 1102. — Doctores : Cassiodor., LXX, 664, 1095; Gillebert., CLXXIV, 156. — Prælati : Gillebert., CLXXXIV, 118; Wolbero abb., CXCV, 1148, 1231. — Oculi Spiritus sancti doctores sunt : Alan. de Insul., CCX, 88.

OLEA, sanctus misericordiæ abundans fructibus : S. Eucher., L, 742.

OLEUM GAUDII est charitas sanctorum in cœlo : Ven. Godefrid., CLXXIV, 654.

OLIVA, misericordes : Garner. de S. Victore, CXCIII, 337. — Mons olivarum, patriarchæ et prophetæ : Rupert. abb., CLXVIII, 805.

ONAGER, eremita : S. Eucher., L, 751. — Justus solitarius : Garner. de S. Victore, CXCIII, 116.

OPERARII, apostoli, vel prædicatores Evangelii : S. Eucher., L, 756.

OPTIMATES, doctores : Raban. Maur., CXII, 1012.

ORIONES in pondere hiemis orientes, sanctos designant martyres : S. Eucher., L, 742; Rabanus Maurus, CXII, 1012.

ORTUS, mens sancta, anima fidelis, *ibid.*, 1013.

OS, prædicator : Raban. Maur., CXII, 1013. — Os, prædicator, doctorum scientia : Garn. de S. Victore, CXCIII, 173. — Os Domini sunt prælati et magistri : Ven. Godefrid., CLXXIV, 173.

OS, robur mentis, virtutes animæ : Raban. Maur., CXII, 1014. — Martyres recte comparantur ossibus : Cassiodor., LXX, 1030. — Ossa arida reviviscentia populum Israelem reducendum in terram suam vel resurrectionem Judæorum et Christianorum demonstrant : Raban. Maur., CX, 859, 860. — Ossa, fortes quilibet : Garner. de S. Victore, CXCIII, 214.

OSTIUM, contemplativi, ordo auditorum : Raban. Maur., CXII, 1014. — Prædicatores, *ibid*, 1014., Garner. de S. Victore, CXCIII, 406. — Sacerdotes per quos credentes intrant Ecclesiam : Rupert. abb., CLXVIII, 956. — Apostoli dicuntur ostia Ecclesiæ : S. Gregor. Magn., LXXVI, 470.

OVES, populi fideles : S. Eucher., L, 752. — Simplices et mansueti : Raban. Maur., CIX, 405. — Electus populus christianus, id., CXI, 201. — Subjecti, id., CXII, 1014. — Homo redemptus, boni, *ibid.* 1015 — Simplices quique : Garner. de S. Victore, CXCIII, 105. — Martyres recte comparantur ovibus : Cassiodor., LXX, 313. — Fideles sunt oves propter mansuetudinem : S. Bernard, CLXXXIII, 1153. — Oves domus Israel, innocentes sunt animæ : Vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 195.

PACIFICUS, sanctus quisque, prædicatores, amatores concordiæ : Raban. Maur., CXII, 1016.

PALEÆ, viri sancti, *ibid.*, 1018.

PALMA, justus, *ibid.*, 1017; Garner. de S. Victore, CXCIII, 335. — Septuaginta palmæ designant septuaginta discipulos : S. Ambros., XVII, 18; S. Maximus Taurin., LVII, 320. — Martyres significantur per palmam : Rupert. abb., CLXVII, 655.

PALMES, apostoli, veri fideles : Raban. Maur., CXII, 1017. — Palmites, apostoli vel sancti : S. Eucherius, L, 742.

PALPEBRÆ, prælati Ecclesiæ, prudentes sæculi : Raban. Maur., CXII, 1018; Garner. de S. Victore, CXCIII, 166.

PANIS, vir sanctus, apostoli : Raban. Maur., CXII, 1021. — Panes de cœlo, homines justi : Vener. Godefrid., CLXXIV, 263.

PANNI, exempla justorum : Rabanus Maurus, CXII, 1021.

PARADISUS, anima sancta : S. Petr. Damian., CXLIV, 265. — Anima justi : Rupert. abb., CLXVII, 1589. — Conscientia justi : S. Bernard., CLXXXIV, 1072.

PARANYMPHI sponsæ Ecclesiæ sunt prælati : Adam. Scotus, CXCVIII, 107.

PARENTES Christi sunt sacerdotes : S. Bern., CLXXXIV, 1093.

PARIES, corda subjectorum : Raban., Maur., CXII, 1022. — Paries humanitatis natura : Garn. de S. Victore, CXCIII, 401.

PARVULUS, mente humilis et simplex : S. Eucher., L, 755.

PASSER, vir sanctus et alibi quilibet Christianus : S. Eucher., L, 748. — Passer solitarius in Scriptura mystice peccatorem pœnitentem designat : S. Paulin. Nolan., LXI, 371. — Passer, vir sanctus, quilibet conversus : Raban. Maur., CXII, 1022. — Humiles, gemina hominis substantia, *ibid.*

PASTOR, apostolus : S. Eucher., L, 756. — Apostoli dicuntur pastores primi : S. Gregor. Mag., LXXVI, 764. — Pastores sunt apostoli vel cæteri principes Ecclesiarum; Raban. Maur., CXI, 1254.

PATER, prælati, superiores, id., CXII, 1023. — Apostoli vocati sunt Patres : S. August., XXXVI, 513; Vener. Godefrid., CLXXVI, 1152.

PAUPER, humilis : S. Eucher., L, 756.

PAVIMENTUM, quilibet auditor : Raban. Maur., CXII, 1023. — Humilitas auditorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 420.

PECUS, justus : Raban. Maur., CXII, 1024. — Pecora, simplices quique minus prædili ratiocinandi subtilitate : S. Eucher, L, 752.

PELICANUS, vir sanctus solitudini deditus : S. Euch., L, 748; Alcuin., C, 588; Raban. Maur., CXII, 1026. — Pelicanus mystice peccatorem pœnitentem designat : S. Paul. Nolan., LXI, 371, 372.

PELLIS, sanctæ feminæ, corpora martyrum, antiqui Patres : Raban. Maur., CXII, 1026. — Exempla præcedentium Patrum pellibus animalium mortuorum figurantur : Wolbero abb., CXCV, 1041.

PENNÆ, monita prophetarum, contemplationes sanctorum : Raban. Maur., CXII, 1026; S. Gregor. Mag., LXXVI, 765.

PERA, intellectus apostolorum : Raban. Maur., CXII, 1027.

PEREGRINUS, quilibet mundum contemnens, *ibid.*

PES quilibet prædicator, amicus, apostoli, infirmi, actus sanctorum, viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1025. — Apostoli sunt Christi pedes : S. Gregor. Mag., LXXIX, 578; Vener. Godefrid., CLXXIV, 87. — Pedes Dei : S. Paulin. Nolan., LXI, 238; Rupert. abb., CLXVIII, 805. — Pedes Domini : S. August., XXXVII, 1167; Rup. abb., CLXVIII, 805. — Pedes Domini, sunt prædicatores : S. Eucher., L, 733; Rupert. abb., CLXVIII, 632; Vener. Godefrid., CLXXIV, 1101. — Pedes, is qui opitulando sustentat, qui ad injuncta currit, apostoli, prædicatores, ministri infirmorum operum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 233. 1028.

PETRA, vir stabilis, viri sancti : Raban. Maur., CXII,

PHARETRA, consilia sanctorum : Raban. Maur., CXII, 919.

PHIALA, anima humana, doctores : *ibid.*, 926. — Prædicatores, significantur per phialas : Rupert. abb., CLXVIII, 773.

PIGMENTARII dicuntur apostoli : Wolbero abb., CXCV, 1195; Alanus de Insulis, CCX, 89.

PILI, humilitas pœnitentium : Raban. Maur., CXII, 1028.

PISCATORES, apostoli vel doctores : S. Eucher., L, 756. — Apostoli, piscatores hominum : S. August.,

XXXVI, 781. — Piscatores, prædicatores : Raban. Maur., CXII, 1030.
PISCIS, homines fideles, potestas sacerdotalis et regia : Raban. Maur., CXII, 1030. — Pisces, sancti : S. Euch., L, 742.
PLANTA, primus justus Abel : Garner. de S. Victore, CXCIII, 238.
PLATANI, viri sancti, quilibet contemplativus : Rab. Maur., CXII, 1020.
PLATEA, auditores, homines sæculares, corda electorum, *ibid.*, 1020.
PLAUSTRA. Apostoli sunt boves et plaustra Ecclesiæ : Rupert. abb., CLXVII, 856.
PLEIADES designant electos : Raban. Maur., CXII, 1029; Garner. de S. Victore, CXCIII, 44; Adam. Scot., CXCVIII, 703.
POMA, sanctorum in virtutibus fructus : S. Eucher., L, 742. — Poma, insignia humanitatis, viri sancti : Rab. Maur., 1030.
PORTA, prædicatores : Rab. Maur., CXII, 1031; Garn. de S. Victore, CXCIII, 402. — Doctores boni. *ibid.*, 402. — Prædicator est porta civitatis mystice : Vener. Godef., CLXXIV, 585. — Portæ, apostoli : Raban. Maur., CXI, 335; S. Bruno Herbipol., CXLII, 425. — Doctores sancti : Rab. Maur., CXI, 385. — Prophetæ : S. Bruno Herbip. CXLII, 425. — Portæ Ecclesiæ, apostoli : S. Aug., XXXVII, 1103. — Prophetæ : S. Bruno Carthus., CLII, 1330.
PORTICUS, Patres antiqui : Raban. Maur., 1032.
PORTITORES Ecclesiæ : Rupert. abb., CLXVII, 856.
POSTES, hominis corpus et anima : Raban. Maur., CXII, 1032.
PRINCEPS, prælatus, apostoli, rectores Ecclesiæ, *ibid.*, 1029. — Principes, qui suis cogitationibus principantur : Garner. de S. Victore, CXCIII, 155. — Apostoli : S. Aug., XXXVI, 834. — Principes Juda, apostoli : S. Bruno. Herb., CXLII, 255. — Principes fortissimi dicuntur apostoli : CLXXIV, 501.
PROCURATOR vineæ est prædicator : Vener. Godef., CLXXIV, 135.
PROPHETÆ. Prædicatores prophetæ sunt appellati : S. Bernard., CLXXXIII, 718. — Apostoli dicuntur prophetarum filii : S. Greg. Mag., LXXVI, 68.
PROPUGNACULA Ecclesiæ, doctores : S. Petr. Dam., CXLIV, 511.
PROXIMI, fide propinqui et qui misericordiam impendunt inopi : S. Eucher., L, 755.
POTENTES, viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1032.
PUER, quilibet innocentes, *ibid.*, 1032. — Pueri, qui cœlestibus mandatis inserviunt, teneritudo inchoantium, innocentes : Garner. de S. Victore, CXCIII, 145.
PUGNA. Martyrum pugna et victoria figurata fuit in pugna Gedeon : Rupert. abb., CLXVII, 1748.
PULLI, sancti : S. Eucher., L, 748. — Apostoli, pulli corvorum : S. Greg. Mag., LXXVI, 541. — Pullus, apostoli, homines de gentibus, auditores : Raban. Maur., CXII, 1833.
PUPILLA, electi, *ibid.*, 1034.
PURPURA est in effusione pretiosi sanguinis martyrum, id., CXI, 578.
QUADRIGA. Virgines significantur per quadrigam equorum alborum : Rupert. abb., CLXVIII, 739. — Apostoli signantur per quadrigam equorum ruforum, *ibid.*, 744. — Quadrigæ, apostoli, sancti doctores : Rab. Maur., CXII, 1037.
QUATUOR. Sicut Moyses per quatuor castra populum Dei divisum divisit in terris; et Apostolus quatuor ordines sanctorum describit in cœlis : Raban. Maur., CVIII, 604. Quaternarius numerus designat quatuor Evangelistas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 444.
RADIX, anima hominis, suggestio hominis : Raban. Maur., CXII, 1037. — Natura humanitatis : Garn. de S. Victore, CXCIII, 343.
RAMI, sancti prædicatores, *ibid.*, 356.
RECTORES navis sunt apostoli : Rup.abb., CLXVIII, 411.
REGINA, animæ devotæ : Raban. Maur., CXII, 1038. — Anima dominans sensibus : Vener. Godefrid., CLXXIV, 992. — Reginæ prælatorum sunt animæ : Joannes Algrin. CCVI, 642. — Doctores Ecclesiæ per reginas figurantur : Alanus de Insulis, CCX, 93.
REGNUM, mens sancta, diversi ordines fidelium : Rab. Maur., CXII, 1038. — Cor justi est regnum Dei : Vener. Godefrid., CLXXIV, 254, 580.
REGULA, eloquentia philosophorum : Raban. Maur., CXII, 1039.
RELIQUIÆ. Apostoli sunt reliquiæ Jacob : Rupert. abb., CLXVIII, 593.
REX, prædicator, vir sanctus, prælati : Raban. Maur., CXI, 1037. — Apostoli, prædicatores, viri sancti : Garner. de S. Victore, CXCIII, 147. — Reges sunt apostoli sive alii sancti qui et seipsos primum et deinde Ecclesiam sibi subditam bene regere sciunt : Rabanus Maur., CXI, 708, — Concionatores dicuntur reges : Rupert. abb., CLXVIII, 980.
RHINOCEROS, fortis quique : S. Eucher., L, 748. — Potens in hoc sæculo : Garnerius de S. Victore, CXCIII, 121.
RIVUS, prædicatores : Garn. de S. Victore, CXCIII, 206. — Rivi, prædicatores, populi fideles : Raban. Maur., CXII, 1040.
ROS significat doctrinam apostolorum : Rupert. abb., CLXVIII, 494. — Prædicatorum : Rabanus Maurus, CXI, 328.
ROSA, quod rutilanti colore rubeat, martyres significat : S. Eucher., L, 742; Raban. Maur., CXI, 528; CXII, 1040.
ROTA, prædicatores, *ibid.*, 1041. — Per quatuor rotas Ezechielis quatuor Evangelistæ designantur, id., CX, 635.
RUGITUS planctus pœnitentis, sollicitudines prælatorum : Raban. Maur., CXII, 1041.
RUPES, prædicatores, potentes sæculi, *ibid.*, 1042.
SACCULUS, cor pœnitentis, *ibid.*, 1043.
SACCUS, mens hominis, *ibid.*
SAGA, rectores Ecclesiæ, *ibid.*, 1043. — Prælatorum officium per saga tabernaculi designatur : Adam. Scot., CXCVIII, 766.
SAGITTARIUS, quilibet prædicator : Raban. Maur., CXII, 1943.
SAGITTÆ, apostoli : S. Eucher., L, 738; Cassiodor., LXX, 71, 330. — Prophetæ : S. Eucher. Lugdun., L, 738. — Apostoli quibusdam sunt vasa mortis et sagittæ acutæ : S. August., XXXVII, 1106. — Sagittæ Domini apostoli : S. Bruno Herbipol., CXLII, 65. — Evangelistæ, *ibid.*, 93; Cassiodor., LXX, 128. — Apostoli Dei sagittæ, volatu citæ, ictu fideles, compungentes, arguentes, volantes : S. Hilar., IX, 702. — Sagittæ sunt sententiæ prædicatorum : S. Bruno Carthusian., 828. — Prædicatoris verba sunt sagittæ acutæ : Rupert. abb., CLXVIII, 640.
SAL. Apostoli, sal terræ, lumen mundi et lucerna domus in candelabro ob egregia et conspicabilia fidei suæ opera nuncupati : S. Hilar., IX, 809. — Sali comparantur sacerdotes : Alanus de Insulis, CCX, 191.
SALICES, viri sancti : Rab. Maur., CXII, 1045. — Salices pro viriditate, boni : Garner. de S. Victore, CXCIII, 336.
SALOMONIS libri præsignant doctores Ecclesiæ in pace : Rupert. abb., CLXVIII, 331.
SALVATORES dicuntur apostoli : Rupert. abb., CLXVIII, 331.
SANGUIS, exempla martyrum : Raban. Maur., CXII, 1045.
SAPPHIRUS, quilibet sancti : Garn. de S. Victore, CXCIII, 353.
SARDONYCHUS, homo sanctus : Raban. Maur., CXII, 1046.
SAXUM, mens robusta, *ibid.*, 1047.
SCABELLUM, quilibet in bona actione serviens Deo, *ibid.*, 1043.
SCINTILLA, exempla justorum, verba prædicatorum, *ibid.*, 1055; Garn. de S. Victore, CXCIII, 359.
SCORPIO, doctores : Raban. Maur., CXII, 1060.
SCULPTURA, exempla sanctorum, *ibid.*, 1061.
SECURIS, vir bonus, *ibid.*, 1047.
SEDES, Apostoli dicuntur throni seu sedes Dei : S. August., XXXVII, 1625. — Sedes sancti eo quod in his Dominus sedeat et per eos sua judicia decernat : S. Eucher., L, 739. — Sedes mens sancta, apostoli, conversationes sanctorum, *ibid.*, CXII, 1048. — Anima sancta, sedes sapientiæ : S. Petr. Damian., CXLIV, 544. — Anima virtutibus ornata, sedes Dei est : Vener. Godefrid., CLXXIV, 1061.
SEMEN, homines boni, viri electi : Raban. Maur., CXII, 1048.
SENEX, quilibet perfectus, *ibid.*, 1049. — Senes, consummatæ justitiæ : S. Eucher. Lugdun., L, 755.
SEPTUAGINTA discipuli septuaginta palmas repræsentant : S. Bruno Astens., CLXVI, 267.
SERAPHIM. Apostoli sunt seraphim : Rupert. abb., CLXVIII, 1299.
SERÆ. Prælati dicuntur seræ portarum Ecclesiæ : S. Bruno Carthus., XLII, 1408.
SERPENS, prudentes : S. Eucher., L, 754.
SERVI Dei sunt reges : S. Bernard., CLXXXIV, 697.
SICLUS, corpus nostrum et anima : Raban. Maur., CXII, 1053.
SIGNACULUM, confirmatio electorum, populus quondam, *ibid.*, 1053.
SILVA, mundus iste, mens humana, *ibid.*, 1054.

SINAPIS, fidelis viri fortitudo : Garner. de S. Vict., CXCIII, 430.
SINDO, mens pura : Raban. Maur., CXII, 430.
SINUS, mens nostra, quod nostrum est, *ibid.*, 1054.
SION. Anima infirma et nondum perfecta Sion vocatur : Adam. Scot., CXVIII, 298.
SOL, intelligentia sapientum, claritas prædicatorum : S. Greg. Mag., LXXV, 862; Garner. de S. Victore, CXCIII, 37. — Prædicatores, ordo sacerdotalis, sapiens, sublimis in Ecclesia : Raban. Maur., CXII, 1057.
SPECULATOR, prædicator, *ibid.*, 1050.
SPICA. Patrum sententiæ : Garner. de S. Victore, CXCIII, 434.
SPINA, prædicator : Raban. Maur., CXII, 1056.
SPIRITUS. Figurate spiritales quique in Ecclesia spiritus appellantur, qui fiunt angeli cum fiunt prædicatores et nuntii veritatis : S. Prosper Aquitan., LI, 290. — Spiritus, mens nostra, anima hominis, ratio nostra, robur hominis, spirituales quique : Raban. Maur., CXII, 1056. — Spiritus dicitur anima : Garner. de S. Victore, CXCIII, 155.
SPOLIA, viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1059.
SPONSA Dei, anima S. Petr. Damian., CXLIV, 708. — Sponsa Christi, anima : Hugo de S. Victore, CLXXVII, 849. — Anima fidelis : S. Bernard., CLXXXIV, 643. — Fideles sunt sponsa propter dilectionem, id., CLXXXIII, 1133.
SPORTÆ, corda doctorum : Raban. Maur., CXII, 1059.
STACTUS, mens nostra, *ibid.*, 1047.
STAMEN, anima hominis, *ibid.*
STELLÆ, apostoli : S. Gregor. Mag., LXXVI, 405; Vener. Godefrid., CLXXIV, 51. — Concionatores : Rupert. abb., CLXVIII, 1006. — Prædicatores : Guerric. abb., CLXXXV, 51. — Stella, apostoli, prælati, virtutes sanctorum, viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1052. — Stellæ sancti sive docti, vel qui ad justitiam eruditunt : S. Eucher., L, 739. — Stellæ, prophetæ antiqui, apostoli, prædicatores, justitia sanctorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 41.
STILLA, prædicatores : Raban Maur., CXII, 1057.
STILLICIDIA, fideles, *ibid.*, 1057.
SUDES, consilia sanctorum, *ibid.*, 1061.
SULEI, corda sanctorum : S. Eucher., L, 742. — Viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1061.
TABERNACULUM, mens nostra, antiqui sancti, *ibid.*, 1062. - Tabernacula dicuntur corda sanctorum, id., CXI, 589.
TABULÆ, apostoli, id., CXII, 1062; S. Petr. Damian., CXLIV, 826. — Tabulæ cedrinæ sanctos designant : Wolbero abb., CXCV, 1254.
TALI. Apostoli significantur per talos : Rupert., CLXVII, 1497.
TAURI, Patres Veteris Testamenti : Raban. Maur., CXII, 1063; Garner. de S. Victore, CXCIII, 100. — Principes populorum : S. Eucher., L, 752.
TEMPLUM, viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1064. — Anima justi, fidelis populus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 398. — Templum Domini mens sancta et immaculata : Vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 93. — Anima fidelis quoddam est templum Deo sanctificandum : Adam. Scot., CXCVIII, 369.
TENTORIUM, quilibet sanctus, congregatio sanctorum : Raban. Maur., CXII, 1065. — Apostoli figurantur per tentorium in introitu tabernaculi : S. Bruno Astens., CLXIV, 327.
TERRA, sanctus, subjectus, domestica familia, minores in Ecclesia : Raban. Maur., CXII, 1065. — Anima justi, anima humana, subjecta plebs : Garner. de S. Victore, CXCIII, 239. — Nomine terræ intelliguntur qui terrenis actibus occupati per eleemosynas et lacrymas ad vitam æternam perveniunt : S. Eucher., L, 742. — Prælati terra dicuntur : S. Bruno Carthus., CLII, 1179. — Cœlo justus, terra peccator significatur : S. August., XXXVI, 275, 276. — Terra, terreni, id., XXXVII, 370.
THALAMUS, viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1063. — Quilibet Deum amans : Garner. de S. Victore, CXCIII, 413.
THESAURUS, viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1066.
THRONUS. Anima fidelis denotatur per thronum : Vener. Godefrid., CLXXIV, 1125, 1126. — Throni sunt sancti : S. Eucher., L, 739. — Apostoli : S. Augustin., XXXVII, 1625. — Sancti prædicatores : Raban. Maur., CXII, 1069.
THURIBULUM, operarii boni, apostoli, *ibid.*, 1070.
TIGNA, doctores : Cassiodor, LXX, 1061; Raban. Maur., CXII, 1067; Alanus de Insulis, CCX, 64.
TINCTURÆ, philosophi : Raban. Maur., CXII, 1067.
TONITRU, quilibet prædicator, *ibid.*, 1068.
TOPAZION, viri sancti, *ibid.* — Multis virtutibus plenus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 354.
TORRENS, prædicatores : S. Eucher., L, 742; Raban. Maur., CXII, 1068; Garner. de S. Victore, CXCIII, 237.
TRABS, apostoli : Raban. Maur., CXII, 1063.
TRECENTI. Prædicatores significantur per trecentos viros qui erant cum Gedeon : Rupert. abb., CLXVIII, 168.
TRITICUM, sancti vel electi Dei : S. Eucher., L, 742.
TUBA. Joannes evangelista, tuba cornea, argentea et aurea : Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 726. — Prædicator in tuba figuratus : Philipp. de Harveng, CCIII, 976. — Apostoli sunt tubæ : S. Bruno Astens., CLXIV, 477. — Tubæ ductiles per tolerantiam : Vener. Hildebert. Cenom., CLXXI, 712.
TURRIS. Apostoli sunt turres : S. Bruno Carthus., CLII, 1320. — Martyres recte comparantur turribus : Cassiodor., LXX, 913. — Prædicatores in Ecclesia sunt sicut turres : S. Bruno Herbipol., CXLII, 196.
TURTUR, vir sanctus : S. Eucher., L, 748. — Apostoli sunt turtures : Cassiodor., LXX, 1065.
TYRI nautæ et gubernatores Ecclesiæ præsulibus comparantur : Raban. Maur., CX, 782.
UBERA, prædicatores : Garner. de S. Victore, CXCIII, 221.
ULMUS. Per ulmum significantur sæculares et minus fructificantes, alios tamen bene viventes suis facultatibus sustentantes : Wolbero abb., CXXV, 1275.
UMBILICUS Ecclesiæ sunt prædicatores : Raban. Maur., CXII, 1085, 1228.
UTER, corda spiritualium, *ibid.*, 1086.
UXOR, sapientia justorum, *ibid.*, 1087.
VACCA, fidelis omnis in Ecclesia : S. Eucher., L, 752. — Viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1072. — Mentis fidelium : Garner. de S. Victore, CXCIII, 96. — Vaccæ portantes arcam Domini significant prædicatores : Rupert. abb., CLXVII, 1083.
VALLIS, humiles, humilia dicta Patrum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 258.
VAS, prophetæ, homines : Raban. Maur., CXII, 1073. — Vasa dicuntur, prædicator sanctus, disciplinatus quilibet, capacitas intelligentiæ, sancti Patres, animæ fidelium populorum, conscientiæ nostræ, corpora nostra : Garner. de S. Vict., CXCIII, 451.
VECTIS, viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1073. — Doctores in Ecclesia significantur per vectes de lignis Sethim : Rupert. abb., CLXVII, 700; Hugo de S. Victore, CLXXVII, 706, 707.
VENATORES. Apostoli sunt venatores : Alcuin., C, 564.
VENTI, animæ sanctorum : S. Eucher., L, 739; Raban. Maur., CXII, 1074; S. Bernard., CLXXXIV, 75; Garner, de S. Victore, CXCIII, 51. — Venti sunt apostoli quorum prædicatio totum mundum tanquam ventus celerrimus percucurrit : Cassiodor., LXX, 963. — Evangelistæ : S. Petr. Damian., CXLIV, 785.
VER pueritiam designat : Wolbero abb., CXCV, 1223.
VESTIGIA. Apostoli, vestigia Christi : Cassiodor., LXX, 119.
VESTIMENTUM, ordo fidelium, viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1075. — Vestimenta bonos subditos indicant : Vener. Godefrid., CLXXIV, 187.
VESTIS, quilibet munditiæ studens, martyres Christi : Raban. Maur., CXII, 1076.
VESTITUS, habens fidei integritatem aut justitiæ indumentum : S. Eucher., L, 756.
VIÆ sunt apostoli per quos venitur ad vitam : Alcuin., C, 598, 629.
VIATORES, viri sancti : Raban. Maur., CXII, 1077.
VICARII Christi sunt apostoli : S. Agobard., CIV, 128.
VICI, homines religiosi, cives cœlestes : Raban. Maur., CXII, 1078.
VIDUA, anima : Garner. de S. Victore. CXCIII, 143. Anima justi comparatur viduæ : Vener Godefrid., CLXXIV, 92.
VIGILES, sunt sancti apostoli et cæteri doctores Ecclesiæ : Cassiodor., LXX, 1068. — Sancti pastores : Raban. Maur., CXII, 1078 — Vigiles custodientes civitatem sancti doctores sunt : Wolbero abb., CXCV, 1123.
VINEA, populi fideles : Raban Maur., CXI, 507, CXII, 1079; S. Bernard., CLXXXIII, 934. — Anima virtutibus fecunda : Garner. de S. Victore, CXIII, 341. — Vinea florens, novitii in religione : S. Bernard., CLXXXII, 1083. — Vinea quæ floruit designat provectiores : S. Bernard., CLXXXIII, 1083. — Vineæ custodes fuerunt patriarchæ et prophetæ et reges et duces : Rupert. abb., CLXVIII, 958. — Animæ per vineas significantur : S. Bernard., CLXXXIII, 1056. — Vineis comparantur Spiritu ferventes : *ibid.*, 1070. — Primi

fideles comparantur vineis florentibus, *ibid.*, 1068. — Apostoli, locata vinea ab eisdem culta : S. Gregor. Mag., LXXIX, 545.
VINITORES dicuntur prædicatores : Rupert. abb., CLXVIII, 48. — Prælati Ecclesiæ, *ibid.*, — Viri apostolici : Rupert., CLXVIII, 48.
VINUM, contemplativus quisque : Raban. Maur., CXII, 1078.
VIOLÆ, confessores : S. Eucher, L, 742.
VIR, robusti et spirituales : Raban. Maur., CXII, 1080. — Vir quilibet perfectus, perfecti viri : Garner. de S. Victore, CXIII, 193. — Vir sumitur pro firmo, mulier pro infirma : Alan. de Insul., CCX, 259. — Apostoli significantur per duos viros portantes botrum in vecte : Rupert abb., CLXVIII, 738.
VIRGA, congregatio justorum : Raban. Maur., CXII, 1081. — Humanum genus virgæ Moysis comparatur : Petr. Lombard., CXCI, 684.
VIRGO, anima sancta : S. Eucher., L, 754; Raban. Maur., CXII, 1080. — Virgines sunt species Christi : Richard. de S. Victore, CXCVI, 517.
VISCERA, mentes hominum : Raban. Maur., CXII, 1081. — Viscera qui spiritualibus sacramentis in Ecclesia deserviunt : Garner. de S. Victore, CXCIII, 228.
VITRUM, status civium cœlestium : Raban. Maur., CXII, 1082.
VITULUS, sancti : S. Eucher., L, 752. — Sanctus prædicator : Garner. de S. Victore, CXCIII, 101. — Lucas vituli speciem tenet : S. Gregor. Mag., LXXVI, 815 ; Alcuin., CI, 1133; S. Petr. Damian., CXLIV, 909; Rupert. abb., CLXVIII, 133; Garner. de S. Victore, CXCIII, 101.
VIVI, justi : S. Eucher., L, 756.
VOLATUS, sanctorum excessus in Deum : S. Eucher., L, 748.
VOLUCRES, animæ sanctæ, principes sæculi : Raban. Maur., CXII, 1083.

ARTICULUS IX.

Allegoriæ quæ ad gentiles et Hebræos spectant.

ACERVUS. Infidelis acervus mercurii : Raban. Maur., CXII, 854.
ADVERSARIUS, populus incredulus, *ibid.*, 872.
ÆGYPTUS, gentilitas, *ibid.*, 915 : Godefrid. abb., CLXXIV, 65.
AGER, gentilitas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 256. — Populus Judaicus et gentilis, ager : Raban. Maur., CXII, 854.
AGRICOLA. Principes Synagogæ, agricolæ, *ibid.*, 853.
ANCILLA, effeminatæ Judæorum mentes, *ibid.*, 859.
ANIMALIA fuerunt gentes vera religione vacuatæ. id., CXI, 199. — Animalia inter quæ Christus cognitus fuit, fuerunt duo latrones, id est, Ecclesia ex Judæis et gentibus, id est duo Testamenta : Rupert. abb., CLXVIII, 629.
ANTICHRISTI dicuntur Judæi : S. Agobard., CIV, 94,
AQUA quinque porticibus cincta, populus Judæorum lege conclusus : S. August., XXXVII, 1065. — Aqua contradictionis Judæos denotare valet : Vener. Godefrid., CLXXIV, 851. — Populi, mollia Judæorum corda, infidelitas, aqua : Garner. de S. Victore, CXCIII, 284. — Per vim aquarum significat Scriptura populorum furorem : S. Prosper. Aquitan., LI, 369. — Aquæ multæ sunt populi infideles, sive foris oppugnantes sive intus insidiantes, *ibid.*, 410. — Aquæ multæ turbæ gentilium dicuntur : S. Bruno Herbipol., CXLII, 289. — Aquæ populos significant : S. Bruno Carthusian., CLII, 747.
AQUILO, gentilitas : Raban. Maur., CXII, 860 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 59.
ARCA. Sicut stante arca Domini, corruit Dago, ita ut Testamentum Domini pervenit in gentibus confestim idola quæ deceptum possidebant orbem destructa sunt : Raban. Maur., CXII, 28.
ARCHONTES. Deus archontas Sodomorum appellat archontas Judæorum : Tertull., II, 339.
ARCTURUS, populus gentilis : S. Gregor. Magnus, LXXVI. 430. — Populus incredulus : Raban. Maur., CXII, 862.
AREA, latitudo populi gentilis, *ibid.*, 865 : S. Bruno Carthus., CLII, 993.
ARENA, populus gentilis : Raban. Maur., CXII, 949. — Infideles infructuosi, *ibid.* — Arena maris populum ante legem infructuosum denotat : Vener. Godefrid., CLXXIV, 1111. — Arenæ maris, innumeras gentium multitudines designant : S. Eucher., L, 742.
ARIES, ducatus sequentium populorum : Garner. de S. Victore, CXCII, 103.
ARMENTA. Armentorum nomine possunt Judaicæ plebis Synagogæ designari quæ jugum legis traxere, et lac simplicis doctrinæ suis auditoribus præbuere : Raban. Maur., CIX, 404.
ARUNDO, gentilis populus : id., CXII, 949.
ASINA. In asina figuratur populus gentilium nunc Christo subditus : S. Ambros., XIV, 416. — Synagoga, asina : Raban. Maur., CXII, 868. — Gentiles significantur per asinam : Rupert. abb., CLXVII, 347. — Asina Balaam sermone humano loquens, figura conversionis gentium : S. Paulin Nolan., LXI, 200. — Asina Balaam typum gentilitatis tenet : Raban. Maur., CXII, 731.
ASINUS, populus gentilis : S. August., XXXVII, 1675; S. Eucher., L, 752; Raban. Maur., CIX, 405; CXII, 867; S. Anselm. Cantuar., CLVIII, 651. — Asinorum nomine gentilium simplicitas designatur : S. Gregor., Mag., LXXV, 527, 578, 1149; LXXVI, 770, 771; Rupert. abb., CLVII, 1271; Garner. de S. Victore, CXCIII, 88. — Asinus populum sub lege exprimit : Raban. Maur., CVIII, 88. — Stultitia Judæorum, asinus, id., CXII, 867.
ASPIS. Judæi figurati in aspide : Cassiodor., LXX, 105.
ATRIUM, plebs infidelis : Raban. Maur., CXII, 868.
AURUM, sapientia gentilitatis, *ibid.*, 870.
AUSTER, plebs Judaica, id., CIX, 398; CXI, 262; CXII, 869. — Auster, Judæa : Garner. de S. Victore, CXCIII, 56.
BABYLON. Ecclesia de gentibus dicitur Babylon. : Raban. Maur., CXII, 872.
BARBA, populus Judaicus, *ibid.*, 873.
BESTIA dicitur Ecclesia de gentibus, *ibid.*, 875. — Bestiæ silvæ gentes intelliguntur : S. Prosper Aquitan., LI, 291.
BOS, populus Judaicus : S. Augustin., XXXVII, 1675; S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 629; Garner. de S. Victore, CXCIII, 94. — Bos errans gentem ex circumcisione exprimit : Raban. Maur., CXIII, 921. — In bobus humilitas Israelitarum signatur, id., CXI, 578. — Boves significant Judaicum populum et Synagogam : Rupert. abb., CLXVIII, 629. — Judæi et gentiles, boves : Raban. Maur., CXII, 876.
BOTRUS. Gentiles et Judæi significantur per duo homines portantes botrum in vecte : Rupert. abb., CLXVII, 874.
CADAVERA mystice infidelium corpora significant : Raban. Maur., CXI, 195.
CALAMUS, gentilitas, id., CXII, 879, 882.
CAMELUS est Judæus tumens per superbiam, quales Scribæ et Pharisæi, id., CVIII, 883. — Gentilis populus, Samaritanorum vita : Garner. de S. Victore, CXCIII, 92. — Cameli nomine designantur vitiosi gentiles et Samaritani : S. Gregor. Mag., LXXV, 536, 545; LXXVI, 770. —Per camelos possunt gentiles exprimi : Raban. Maur., CXX, 405.
CAMPUS, populus Judaicus, gentes inculti, id., CXII, 882. — Gentilitas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 257.
CANIS dicitur Judæus vel gentilis : S. Eucher., L, 752. —Gentiles canes a Judæis dicebantur : S. August., XXXVI, 702; XXXVII, 486, 679. — Judæi figurati in canibus : Cassiodor., LXX, 413. — Gentes et Judæi, canes : Raban. Maur., CXII, 883; Garner. de S. Victore, CXCIII, 102.
CAPPARIS, plebs Judaica : Raban. Maur., CXII, 885.
CAPRÆ dicuntur justi ex gentibus venientes : S. Eucher., L, 752.
CAPUT, sacerdotium Judæorum, principatus Synagogæ : Raban. Maur., CXII, 884. — Summa sacerdotii Judaici, caput : Garner. de S. Victore, CXCIII, 158. — Capita inimicorum Christi sunt Judæi : S. Bruno Herbipol. CXLII, 96.
CARECTUM, populus Judaicus : Raban. Maur., CXII, 887.
CARMELUS, carnalis purificatio Judæorum, *ibid.*
CATENÆ, duræ leges gentium, *ibid.*, 890.
CATULI significant gentiles, id., CXI, 224. — Gentiles et Judæos, CXII, 889.
CEDRUS, regnum Judææ : Garner. de S. Victore, CXCIII, 334. — Gentiles et Judæi, cedri : Raban. Maur., CXII, 891.
CERVUS signat plebem Judaicam : S. Gregor. Mag. LXXVI, 541.
CILICIUM, Judæi : Raban. Maur., CXII, 894.
CINCINNI, catervæ populorum, *ibid.*, 896.
CIVES, Judæi persequentes, *ibid.*, 897.
CIVITAS, gentiles et Judæi, *ibid.*
CLAUDICANTES Judæi qui Vetus Testamentum carnaliter tenentes, Novi gratiam respuerunt : Cassiodor., LXX, 136.

CŒLUM populi Judaici dicuntur : Garner. de S. Victore, CXCIII, 30.
COLUMNA, principes Judæorum : Raban. Maur., CXII, 899.
CONCUBINÆ. Judæi per David concubinas designantur : S. Petr. Damian., CXLIV, 287.
CONJUX. Gentilitas est virgo conjux : Rupert. abb., CLXVIII.
COR, sacerdotes Synagogæ : Raban. Maur., CXII, 901.
CORVUS. Eliæ nutritius gentium conversionem adumbrat : S. Hilar., IX, 874. — Corvus emissus a Noe significat populum Judæorum : Rupert. abb , CLXVII, 347. — Patres idola venerantes corvorum habuere figuram, mortua et immunda sectantes; quorum pulli, id est, filii, Deum verum invocant et sancti Spiritus pascuntur alimonia : S. Prosper Aquitan., LI, 419. — Corvi, gentiles : Raban. Maur., CXII, 902. — Gentiles et Judæi : Garner. de S. Victore, CXCIII, 76. — Corvi gentiles, pulli corvorum, filii gentilium : S. Augustin., XXXVII, 1911, 1912.
DAMASCUS. Romanorum imperium vocatur Damascus : Raban. Maur., CXII, 906.
DELUBRA significant superstitiones Judæorum : Rupert. abb., CLXVIII, 132.
DESERTUM, gentilitas : Raban. Maur., CXII, 908. — Judæa, *ibid.*, 908; Wolbero abb., CXCV, 1131. — Judæa et gentilitas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 268. — Judæi dicti sunt desertum Cades : S. Bruno Carthus., CLII, 748.
DIABOLUS. Judæi dicuntur vasa diaboli : S. Agobard., CIV, 78. — Filii diaboli, *ibid.*, 111.
DILECTUS, populus Judaicus : Raban. Maur., CXII, 911.
DISCUS. Gentilium conversio per discum mysticum adumbrata : S. Augustin., XXXVII, 1248.
DIVES, populus Judaicus : Raban. Maur., CXII, 911.
DOMUS, Judæi et gentiles, *ibid.* — Domus Israel sumitur pro Synagoga : Alanus de Insulis, CCX, 320.
DRACO, nequissimi principes Judæorum, gentiles : Garner. de S. Victore, CXCIII, 124. — Judæi et gentiles dracones : Raban. Maur., CXII, 906.
DROMEDARIUS, gentilitas, *ibid.*, 912.
EDOM, populus Judaicus et gentilitas, *ibid.*, 914.
EQUITATUS Domini fuit populus Israeliticus : Wolbero abb., CXCV, 1060. — Equitatus diaboli, synagoga infidelium, *ibid.*, 1064.
EREMUS, Judæa et gentilitas : Raban. Maur., CXII, 933.
ETHIOPIA, gentilitas, *ibid.*, 918; Rupert., CLXVIII, 677.
EXPLORATORES Holopherni qui sunt nisi philosophi gentilium et curiosi scrutatores humanarum disciplinarum : Raban. Maur., CIX, 566. — Duodecim exploratores Scribarum ac Pharisæorum imaginem tenuerunt pui Israeliticum populum averterunt, ne confiderent gratiam divinæ repromissionis adipisci posse per Christum, id., CXI, 54.
FÆCES Judæi fæces sunt Dei vivi : Petr. Lombard., CXCI, 701.
FERA, sævitia Judæorum, gentilitas : Raban. Maur., CXII, 924.
FICULNEA, typus est Synagogæ : Godefrid. abb., CLXXIV, 54.
FICUS Synagogæ typum tenet : Cassiodor., LXX, 1065; Alanus de Insulis, CCX, 70. — Synagoga incredula dicitur ficus : S. Eucher., L, 742. — Ficus, Judæi : Raban. Maur., CXII, 926. — Ficus designat populum præsertim Judaicum : S. Bernard., CLXXXIII, 1066. — Ficus habens folia, carens fructu, Judæi et Pharisæi habentes verba, non facta : S. August., XXXVI, 264.
FILIA, Judæa : Raban. Maur., CXII, 927. — Per filiam Edom qui sanguineus vel terrenus interpretatur Synagoga Judæorum exprimitur, id., CXI, 1261.
FILII, Judæi et gentiles, id., CXII, 927. — Per filios hominum Judæi possunt intelligi, Cassiodor., LXX, 104.
FINIS, gentiles : Raban Maur., CXII, 932.
FLUMEN, Judæi et gentiles, *ibid.*, 933.
FŒNUM erat in Veteri Testamento totum genus humanum a bove diabolo devoratum. Vener. Godefrid., CLXXIV, 642.
FORTES, Judæi : Raban. Maur., CXII, 931.
FRONDES, Judææ reges : Garner. de S. Victore, CXCIII, 347.
FRUGES. Frugum nomine conversi vel Judæi, vel gentiles intelliguntur : Garner. de S. Victore, CXCIII, 434.
GELU. Frigida Synagoga dicitur gelu : Raban. Maur., CXII, 943.
GENS, plebs Judaica, gentiles et gentiliter viventes, *ibid.*, 944.
GENTILES et Judæi incipientes credere significantur per Tyrum, Sidonem et Gomorrham : Rupert., CLXVIII, 1516.
GLACIES. Frigida Synagoga dicitur glacies : Raban. Maur., CXII, 940.
GLEBÆ, dura corda infidelium, *ibid.*, 945. — Collectiones singulorum ordinum in Judæa, glebæ : Garner. de S. Victore, CXCIII. 248.
GOMORRHA. Deus populum Judæorum appellat populum Gomorrhæ ob consimilem impietatem : Tertull., II, 339.
GRANDO. Frigida Synagoga dicitur grando : Raban. Maur., CXII, 943.
GREX, imperiti populi, *ibid.*, 945.
HÆDI, infideles designant : Alanus de Insulis, CCX, 59. — Duo hædi quos Isaac jubetur afferre duorum populorum significant assumptionem : Raban. Maur., CVII, 588.
HEDERA typum Judaici populi habet, qui aliquando florebat, sed non diu in virore pristino remanebat, id., CXI, 528.
HERMON, gentiles, id., CXII, 953.
HIEMS, frigus infidelitatis, *ibid.*
HIRCUS. Populus gentilium hirci nomine designatur : S. Eucher., L, 752. — Hirci dicuntur gentiles : Raban. Maur., CXII, 203. — Duo hirci uterque populus Judæorum scilicet et gentium, *ibid.*
HORTUS. Judæa, hortus nucum : Wolbero abb., CXCV, 1218. — Hortus nucum universitatem generis humani significat, *ibid.*
IDUMÆA. Gentilitas dicitur Idumæa : Raban. Maur., CXII, 966.
IMPIUS, Judaicus populus, *ibid.*, 970.
INDIA, mundus, *ibid.*
JUDICES dicuntur Judæi, *ibid.*, 973.
JUMENTA. Judæi figurantur in jumentis insipientibus. Cassiodor., LXX, 344.
LAMINA, corda justorum : Raban. Maur., CXII, 979.
LANA. Sacerdotium Judaicum significatur per lanam : Rupert. abb., CLXVIII, 41.
LAPIS, gentiles : Raban. Maur., CXII, 981. — Lapis significat populum Judæorum vel duritiam cordis gentilium, id., CXI, 462. — Lapis, dura gentilium corda : Garner. de S. Victore, CXCIII, 350. — Gentes lapides agri dicuntur : S. Augustin., XXXIV, 830. — Lapides dictæ quod lapides adorarent, id., XXXVII, 679.
LATUS, populi infideles, Judæi, gentiles : Raban. Maur., CXII, 982.
LEO mortuus populum circumcisionis designat : Alcuin., C, 703. — Judæi, leones : Raban. Maur., CXII, 983.
LIGNA, gentiles, *ibid.*, 986.
LINUM, gentiles, *ibid.*, 987. — Sacerdotium Judaicum significatur per linum : Rupert. abb., CLXVIII, 41.
LOCUSTA. In locusta fuit figura populi gentilis : S. Ambros., XV, 1578. — Locustarum nomine Judæorum populus vel conversa gentilitas designatur : S. Eucher., L, 748. — Locustam quidam gentium plebem interpretantur : Raban. Maur., CXI, 778. — Gentes et Judæi, locustæ, id., CXI, 988.
LUTUM. Judæi, *ibid.*, 991; Garner. de S. Victore, CXCIII, 276.
MACERIA, regnum Judaicum : Raban. Maur., CXII, 992.
MADIANITÆ sunt typus gentilium persequentium Ecclesiam, id., CXVIII, 1154.
MANDRAGORA. Gentium fecunditas in profectu fidei significatur per mandragoræ odorem : Rupert. abb., CLXII, 949. — Mandragoræ gentiles et Judæos significant : Wolbero abb., CXCV, 1240.
MANUS, populus Judaicus; persecutio Judæorum : Raban. Maur., CXII, 993.
MARE, gentilitas : S. Augustin., XXXVI, 937; Raban. Maur., CXII, 996; S. Bruno Herbipolens., CXLII, 331, 349; Rupert. abb., CLXVIII, 371; Garner. de S. Victore, CXCIII, 287.
MATER, plebs Judaica et Synagoga : Raban. Maur., CXII, 996.
MOAB, gentilitas, *ibid.*, 996.
MONS, gentilitas, *ibid.*, 1001. — Judaicus populus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 252. — Mons unde præcisus lapis, regnum Judæorum : S. August., XXXVII, 1270. — Montes populum Judæorum, sive Judæorum scribas designant : Raban. Maur., CXI, 359.
NAUFRAGUS. Infidelis sæpe in Psalmis sub nomine naufragi nuncupatus : S. Hilarius, IX, 316.
NAVIS. Christus Petri navem elegit, Moysis deserit,

hoc est, spernit Synagogam perfidam, fidelem assumit Ecclesiam : S. Ambros., XVII, 677.
NEBULA implens domum Domini superbos Judæorum pontifices ac doctores insinuat : Raban. Maur., CIX, 185. — Corda infidelium nebula, id., CXII, 1005.
NIX, corda infidelium, *ibid.*, 1006.
OCCIDENS, infidelitas, *ibid.*, CXII, 1010.
OCULI. Doctores Judæorum dicuntur oculi : id.; *ibid.*, 1009.
OLIVA, Judæi, *ibid.*, 1011.
OLEASTER dicitur gentilis : S. Eucher., L, 742.
OLLA. Synagoga dicitur olla : Garner. de S. Victore, CXCIII, 459.
ONAGER dicitur Judæorum populus : S. Eucher., L, 751. — Judæi figurati in onagris : Cassiodor., LXX, 732. — Onager gentilis et Judæus : Raban. Maur., CXII, 1012 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 116.
ORIENS, Judæus : Raban. Maur., CXII, 1012.
OSSA arida reviviscentia populum Israelem reducendum in terram suam vel resurrectionem Christianorum demonstrant, id., CX, 859, 860.
OVILE, Synagoga, *ibid.*, 1015.
OVIS. Fideles ex Judæis, oves : Garner. de S. Victore, CXCIII, 105.
PALEA. Infideles damnati dicuntur paleæ : Raban. Maur., CXII, 1018.
PAPYRUS, Synagoga, *ibid.*, 1021.
PAX illa quam inierunt Amorrhæi cum Samuele significant unionem gentium et Judæorum quæ facta est in Christo, id., CIX, 34.
PECUS, populi, id., CXII, 1024.
PETRA. Per Petram Judæorum duritia intelligenda : Cassiodor., LXX, 813.
PISCINA, populus Judaicus : Raban. Maur., CXII, 1030.
PLATEA, multitudo populorum, *ibid.*, 1020.
PLUMBUM, Synagoga, *ibid.*, 1034 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 318.
PORTICUS, Synagoga : Raban. Maur., CXII, 1031.
PUERI, Judæi, *ibid.*, 1032.
PULLUS, gentilitas, *ibid.*, 1033.
RHINOCEROS, superbus Judæorum populus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 121.
ROS, infidelitas : Raban. Maur., CXII, 1040.
ROTA, mundus iste, *ibid.*, 1041.
RUBUS ardens nec consumptus Judaicum populum signavit : S. Eucher., L, 742.
SACERDOTIUM Judaicum est paries dealbatus : Rupert abb., CLXVIII, 331.
SALICES. Judæi salices sunt illæ ad quas suspensa sunt organa cantionum : Rupert. abbas, CLXVIII, 127.
SEPIS, populi gentiles : Raban. Maur., CXII, 1041.
SERVUS, populus Judaicus, servus : id. ; *ibid.*, 1051.
SIGNACULUM, populus gentilis : id. ; *ibid.*, 1053.
SILEX, populus gentilis, *ibid.*, 1054.
SOLITUDO, gentilitas, *ibid.*, 1059 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 269.
SPINÆ sæculi designant peccata quibus Judæorum populus ferociter incitatus in delictis suis velut ignis increpans æstuavit : Raban. Maur., CXI, 256.
SUNAMITIS. Per Sunamitem Synagoga designatur, ante adventum Christi captiva vinculo diaboli et despecta a Deo : Cassiodor., LXX, 1093; Raban. Maur., CXII, 1061.
SYCOMORUS, populus Judaicus, *ibid.*, 1053.
SYNAGOGA peccatrix est et mater Antichristi qui ex ea nascetur, id., CVIII, 1171. Synagoga, socrus, id., CXII, 1057. — Soror : S. Eucher., L, 735. — Struthio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 79.
TABERNACULUM dicuntur gentiles : Raban. Maur., CXII, 1062. — Tabernacula, sunt privilegia Judæorum : Rupert. abb, CLXVII, 363.
TAURI, Judæi : Raban. Maur., CXII, 1063. — Judæorum principes tauris designantur : Cassiodor., LXX, 157.
TENTORIUM, Synagoga : Raban. Maur., CXII, 1065.
TERRA. Synagoga et gentilitas, terra : Garner. de S. Victore, CXCIII, 239. — Terra, plebs Israelitica, societas scribarum et sacerdotum Synagogæ, gentilitas : Raban. Maur., CXII, 1065.
TITIONES duo fumigantes duorum regnorum finiendorum sunt typus : Raban. Maur., CIX, 248, 249.
TYRUS, gentilitatem designat : S. Bruno Carthus., CLII, 832, 1078.
UBERA. Judæi et gentiles ubera : Garner. de S. Victore, CXCIII, 221.
UNICORNES Judæi dicti sunt quia unicum Testamentum accipiunt : Cassiodor., LXX, 200 ; S. Bruno Carthus., CLII, 747.
UTERUS vocatur Synagoga : Raban. Maur., CXII, 1066.
VACCA. Vaccæ significant plebem Judæorum : S. August., XXXVII, 1362. — Judæi dicuntur vacca : Raban. Maur., CXII, 1072.
VELLUS significat populum Judæorum : S. Bruno Carthus., CLII, 992; Rupert. abb., CLXVII, 1036.
VEPRES dicuntur Judæi : Raban. Maur., CXII, 1074.
VILLA, populi gentiles, *ibid.*, 1078.
VINEA, populus Israel et plebs Judaica interpretatur : CXI, 507. Synagoga, Ecclesia de gentibus, id., CXII, 1079. — Synagoga dicitur vinea : S. Petr. Damian., CXLIV, 786. — Judæi nuncupati Dei vineæ : S. Bruno Carthus., CLII, 1065. — Gentiles et Judæi incipientes credere significantur per vineas florentes : Rupert. abb., CLXVIII, 949. — Vineæ florentes et odorem dantes gentes sunt quæ, audito fidei verbo, boni operis odorem spargunt : Wolbero abb., CXCV, 1113.
VIRGA. Gentes et Judæi significantur per duas virgas : Rupert, CLXVIII, 786.
VIRGO, plebs Judæorum : Raban. Maur., CXII, 1080.
VIRI SANGUINUM recte nuncupati Judæi, qui Innocentis sanguinem sacrilego crimine damnaverunt : Cassiodor., LXX, 411.
VITULUS, plebs Judæorum : Raban. Maur., CXII, 1082. — Vituli dicti sunt Judæi qui, ignorato Dei jugo, inconsiderata procacitate lasciviunt : Cassiodor., LXX, 157.

ARTICULUS X.

Allegoriæ quæ ad hæreticos et peccatores spectant.

ABIES potentes et infructuosi : Raban. Maur., CXII, 853.
ABORTIVI, imperfectio hominum, *ibid.*
ABYSSUS significat multitudinem impiorum : Rupert. abb., CLXVII, 1732. — Abyssus, obscuritas impii, quique desperatissimus : Raban. Maur., CXII, 852. — Abyssus dicitur mens desperata, corda pravorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 284.
ACCIPITER, rapax omnis : Raban. Maur., CXII, 853. — Accipitribus assimilantur prælatorum officiales et exactores : Petr. Cantor., CCV, 93.
ACETUM, piger quilibet : Raban. Maur., CXII, 853,
ADULATOR omnis est proditor : Petr. Cantor., CCV, 142.
ÆGYPTUS semper sumitur pro hoc mundo : S. Hieronym., XXII, 487. — Ægyptus sæpe in figura totius sæculi ponitur, a quo spiritaliter recedendum est : S. Prosper Aquitan, LI, 326. — Ægyptus hic mundus est qui diversis cladibus affligit populum Christianum : Cassiodor., LXX, 964. — Significat afflictionem qui non aliter dimittit animas fidelium, nisi in ipso duris laboribus graventur : Cassiodor., LXX, 934. — Omnis gens peccatrix vocatur : Ægyptus et Æthiopia, a specie ad genus : Tertull., I, 635.
AER, mens cujuslibet hominis sæcularis : Raban. Maur., CXII, 854. — Sæcularium mentium mobilitas : Garner. de S Victore, CXCIII, 48.
Æs, cor durum, *ibid.*, 315.
ÆTHIOPES peccatores significant, *ibid.*, 918 ; S. Bruno Herbipol., CXLII, 271.
ÆTHIOPIA, cœtus reproborum : Raban. Maur., CXII, 918.
AGER, vita cujuslibet negligentis, *ibid.*, 854.
AGNI, lascivientes homines designant, CXI, 202; CXII, 853.
AGRICOLA, quilibet reprobus, *ibid.*, CXII, 855.
ALÆ, cogitationes hypocritæ, cupiditates rapacium : *ibid.*, 857.
AMORRHÆUS. Per Amorrhæum pars hominum reproba designatur : S. Gregor. mag., LXXIX, 214.
ANGULUS, corda pravorum : Raban. Maur., CXII, 859.
ANIMA, carnalia appetens feminæ comparatur non habenti rectorem virum : S. Prosper Aquitan., LI, 479.
ANIMAL, homo carnalis : S. Eucher., L, 752. — Animalia brutos homines significant et terrena tantummodo cogitantes : Raban. Maur., CXI, 199. — Animalia, cupidi, duo crucifixi cum Christo latrones : id., CXII, 859.
ANTICHRISTUS, caput omnium iniquorum : S. Agobard. Lugdun., CIV, 69. — Cauda Behemoth. : S. Gregor. Mag., LXXVI, 646. — Cerastes et Coluber, *ibid.*, 598; Alcuin., C, 564. — Homo a diabolo assumptus : S.

Gregor. Mag., LXXVI, 648, 700, 709. — Homo damnatus: *ibid.*, 428. — Homo peccator, *ibid.*, 486. — Diaboli gladius, *ibid.*, 726. — Leo in cubili suo : Cassiodor., LXX, 88. — Rex superbiæ : S. Gregor. Mag., LXXVII, 741. — Vas damnatum, *ibid.*, 93. — Vas diaboli, id., LXXVI, 428, 716. — Antichristus capiti aspidis et linguæ viperæ assimilatus est : id., LXXV, 1090.

APIS, immundus peccator, detractores : Raban. Maur., CXII, 859.

AQUA, voluptates reproborum, *ibid.*, 860. — Aquæ nomine peccatores populi intelliguntur : S. Augustin., XXXVII, 1644. — Aquæ contradictionis sunt populi persequentes : id. ; *ibid*, 1865. — Aquas et abyssos impios debemus accipere : Cassiodor., LXX, 730.

AQUILA Philosophos et sophistas signat : Hugo de S. Victore : CLXXV, 378.

AQUILO, homines infideles aut mali : S. Eucher., L, 739. — Aquilonis nomine designantur peccatores : S. Gregor. Mag., LXXVI, 1019. — Reprobandi homines : S. Bernard., CLXXXII, 961. — Aquilo, peccatorum frigiditas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 59. — Aquilo prodromus est mali : Adam. Scotus, CXCVIII, 760.

ARANEA, humana fragilitas : S. Eucher., L, 754 ; Raban. Maur., CXI, 236. — Bene hypocritarum fiducia aranearum telis similis dicitur, quia omne quod ad obtinendam exsudant, ventus vitæ mortalis dissipat : S. Gregor. Mag., LXXV, 845.

ARBOR, reproborum massa, hæretici : Raban. Maur., CXII, 865.

ARCUS, insidiæ ferientium : id. ; *ibid.*, 862. — Pravorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 324.

ARENA, reprobi : Raban. Maur., CXII, 849, 949. — Arenæ maris nomine infirmi et carnales in Ecclesia intelliguntur : S. August., XXXII, 336.

ARIES, hæretici : Raban. Maur., CXII, 863. — Arietes significant pravos principes, id., CXI, 1202.

ARISTA, reprobi divites : Garner. de S. Victore, CXCIII, 436.

ARMA, cor reproborum : Raban. Maur., CXII, 864.

ARMATUS, quilibet superbus, tyranni, *ibid.*, 865.

ARUNDO, peccator, vel fragilis in fide, vel in aliqua tentatione : S. Eucher., L, 742. — Instabiles, vitiosi : Raban. Maur., CXII, 949. — Arundo, carnalis animus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 427.

ASCENSOR, mundi hujus amator : Raban. Maur., CXII, 867.

ASINA, caro vel plebs carens Dei notitia : S. Eucher., L, 752. — Luxuriosi, petulantes sensus : Raban. Maur., CXII, 868. — Asinæ Cis sunt animæ peccatrices : S. Gregor. Mag., LXXIX, 219.

ASINUS quilibet qui infirmis deservit, pigritia stultorum : Raban. Maur., CXII, 867. — Asinus terrena negotia appetentium typus est, id., CIX, 37. — Asinorum nomine aliquando stultorum pigritia, aliquando immoderata petulantium luxuria designatur : S. Gregor. Mag., LXXVI, 537, 578, 1149 ; LXXIX, 79 ; S. Eucher., L, 752; Garner. de S. Victore, CXCIII, 88.

ASPIS reprobus quilibet, dolosi : Raban. Maur., CXII, 868. — Aspis qui verbum Dei audire dedignatur : Garner. de S. Victore, CXCIII, 129. — Aspidi similes obstinati et pertinaces : S. Bernard., CLXXXIII, 236.

AURUM, sapientia reproborum : Raban. Maur., CXII, 870.

AVIS, instabilis quisque, *ibid.*, 871. — Anima loquax assimilatur avi discolori : Philipp. de Harveng., CCIII, 967. — Aves dicuntur superbi : Garner. de S. Victore, CXCIII, 63.

BABEL turris ædificatores typus superborum : Adam Scot., CXCVIII, 813.

BABYLON, mundum istum significat : S. August., XXXVI, 336 ; XXXVII, 1659 ; Alan. de Insulis, CCX, 248. — Babylon et Jerusalem figuræ justorum et reproborum : S. August., XXXVI, 773. — Babylon regem diabolum, Jerusalem, regem habet Christum : S. August., XXXVI, 773. — Babylon incepit a Cain, Jerusalem ab Abel, *ibid.*, 733, 773. — Quinam ad Babylonem, quinam ad Jerusalem pertinent, *ibid.*, 733. — Babylon, typus societatis iniquorum : S. August., XXXVII, 337. — Babylon civitas diaboli dicitur, id., XLI, 550 ; XLIII, 56. — Babylon, habitatio terrena et flumina ejus sunt omnes illecebræ temporales, sive in moribus, sive in opinionibus : S. Prosper Aquitan., LI, 390. — Babylon dicitur civitas reproborum, mens prava, impii : Raban. Maur., CXII, 872. — Filia Babylonis misera, ipsa est eadem quæ Babylon ; quæ in propagine sua et mater et filia est; mater onerando, filia succedendo, infelix utique et misera quæ ad perditionem generatur et generat : S. Prosper Aquitan., LI, 392, 396.

BABYLONIA civitas, societas est omnium perditorum et ipsa regnum habet terrenum : S. Augustin., XXXVI, 208. — Per amorem sæculi omnis iniquus in Babyloniæ structura operatur : S. Gregor. Mag., LXXIX, 597.

BESTIA, mens irrationabilis, societas reproborum, simplices quilibet, increduli : Raban. Maur., CXII, 875. — Bestiæ, homines feri : S. Eucher., L, 748. — Bestiæ, turba prædicatorum Antichristi, mens irrationabilis : Garner de S. Victore, CXCIII, 106.

BOS, luxuriosorum dementia, id. ; *ibid.*, 94. — Boves, stultorum vecordia; vita unius cujusque operantis : S. Eucher., L, 752. — Bobus comparatur luxuriosorum dementia, vel diabolus in membris, id est, hæreticis : Raban. Maur., CXI, 201, 208.

BOTRUS, impii, id., CXII, 867.

BRACHIUM, Antichristus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 192. — Superbia Antichristi : Raban. Maur., CXII, 873.

CADAVER dicitur quilibet in culpa lapsus, *ibid.*, 878. — Cadavera dicuntur infidelium corpora : S. Eucher., L, 756.

CALAMUS, hypocrita : Raban. Maur., CXII, 879.

CALIGO, confusio erroris et mentis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 381.

CAMELUS, divites rebus sæculi onesti, vel moribus distorti : S. Eucher., L, 752.

CAMON. Possunt in Camon vocabulo, hæretici vel mali catholici non inconvenienter accipi : Raban. Maur., CVIII, 1177.

CAMPUS, a tumore superbiæ humiliati : Garner. de S. Victore, CXCIII, 257.

CANIS, segnes prædicatores : S. Eucher., L, 754. — Peccator impudens, vilissimus, detractores, loquacitati servientes prædicatores mali : Raban. Maur., CXII, 883. — Adulatores, hæretici : Garner. de S. Victore, CXCIII, 102.

CAPUT, superbus, Antichristus, concupiscentia hostis, elationes superborum : Raban. Maur., CXII, 884. — Capita inimicorum Christi sunt hæretici : S. Bruno Herbipol., CXLII, 96.

CARBONES, peccatores, iniqui : Raban. Maur., CXII, 888. — Mentes in peccatis frigidæ : Garner. de S. Victore, CXCIII, 359.

CARECTUM, vita hypocritarum : Raban. Maur., CXII, 887.

CARO, Antichristus : S. Eucher., L, 754. — Carnales, impii : Raban. Maur., CXII, 886. — Corpus mortis : S. August., XLIV, 676. — Reprobi discipuli Domini : Garner. de S. Victore, CXCIII, 207. — Domesticus hostis diabolo instrumentum : S. Bernard., CLXXIV, 504. — Vulpis fovea, *ibid.*, 456. — Caro in Scripturis ponitur pro homine terreno : S. Ambros., XIV, 261. — Pro corruptione : S. August., XLII, 250. — Carnis et sanguinis nomine nuncupantur qui secundum carnem in sæculo vivunt : S. August., XXXII, 631.—Carnis et sanguinis nomine potest intelligi vel carnalis prudentia, vel corruptio : S. August, XLV, 1602

CASTELLUM est anima peccatrix : S. Bernard., CLXXXIV, 872.

CASTRUM. Carne nostra quasi castro utitur diabolus, *ibid.*, 81. — Castra, persecutores : Raban. Maur., CXII, 889.

CATHEDRA. Impiorum est cathedra pestilentiæ quod contagione sua etiam voluntatem religiosæ mentis inficiat : S. Hilar., IX, 253.

CAUDA, Antichristus : Raban. Maur., CXII, 890.

CAVERNA, cor iniqui, prædicationes hæreticorum : *ibid.*, 890. — Cor pravum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 275.

CEDRUS, superbus quilibet, sæculares potentes : Raban. Maur., CXII, 891. — Cedrus superbos hæreticos sive philosophos signat, id., CXI, 517. — Cedrus superba potentia pravorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 334. — In Scriptura sacra cedri nomine pravorum rigida elatio, vel superba pravorum potentia designatur : S. Gregor. Mag., LXXVI, 649, 1166. — Cedri, superbi, elati : S. Eucher., L, 742.

CERA, quilibet peccator : Raban. Maur., CXII, 893.

CERASTES, Antichristus, *ibid.*, 893.

CERVA, negligens prædicator, *ibid.*, 893.

CERVIX, elationes superborum, *ibid.*, 893.

CETUS, superba celsitudo imperii mundialis, *ibid.*, 893. — Carnales per cete grandia denotantur : Ven. Godefrid., abb., CLXXIV, 461.

CIBUS, possessio hypocritarum : Raban. Maur., CXII, 893.

CILICIUM, grossæ mentes hominum, *ibid.*, 894. — Cilicia, typus hominis pœnitentis, id., CXI, 343.
CINIS humanæ fragilitatis inanitatem significat, *ibid.*, 280. Cinis peccatorum est figura, *ibid.*, 1222. Cinis, peccator, id., CXII, 895.
CISTERNA, mens prava, *ibid.*, 896. — Hæretici cisternæ sunt : S. Bruno Astens., CLXIV, 289.
CIVITAS dicitur cogitationes pravorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 389. — Anima peccatrix dicitur civitas sanguinum : Rupert. abb., CLXVIII, 570.
CÆCUS mente est omnis adulator : Petr. Cantor., CCV, 142.
CŒLUM Cœli nomine intelliguntur spiritales et carnales in Ecclesia : S. Augustin., XXXIV, 264. Cœlorum nomine designantur homines infirmi, id., XXXVII, 1959.
COLLES, superbi : Garner. de S. Victore, CXCIII, 286.
COLUBER, Antichristus : Raban. Maur., CXII, 900; Garner. de S. Victore, CXCIII, 126.
COLUMBA, fatuus : Raban. Maur., CXII, 898.
CONCUBINÆ, animæ imperfectæ : Rupert. abb., CLXVIII, 934. — Animæ impiorum : Raban. Maur., CXII, 901. — Prædicatores vani : Alan. de Insulis, CCX, 93.
CONCUBITUS filiarum Loth cum eo, figura est eorum qui male utuntur lege : S. Augustin., XXXIV, 720.
CONSILIARII, doctores pravi : Raban. Maur., CXII, 901.
CONVENTICULA hæreticorum non Ecclesiæ, sed concilia diaboli appellanda : S. Leo, LVI, 887.
CORNU, legis impugnator, munimina impiorum : Raban. Maur., CXII, 903.
CORPUS, multitudo reproborum, *ibid.*, 902.
CORVUS, peccatorum figura : S. Hilar., IX, 874; S. Paulin. Aquileiens., XCIX, 253. — Corvus, contumax et procax : Raban. Maur., CXII, 902. — Corvi sunt irreligiosi viri qui peccatorum nigredine inseparabiliter vestiuntur, nec aliquo conversionis splendore elucescunt : Cassiodor., LXX, 1037. — Corvus peccatorum vel dæmonum nigredinem significat, vel peccatoris tarditatem ad pœnitendum : Raban. Maur., CXI, 252.
CUBILE, conventicula malorum, id., CXII, 904.
CULEX, Barrabas latro, *ibid.*, 905.
CULMUS, quilibet simulator, *ibid.*, 904. — Culmi, hypocrita : Garner. de S. Victore, CXCIII, 436.
CURRUS est anima qui equos bonos vel malos habet : S. Ambros., XIV, 727. — Currus electi Pharaonis significant tyrannos persequentes Christianos : Rupert. abb., CLXVII, 639.
CUTIS, quilibet reprobus, quilibet infirmus : Raban. Maur., CXII, 905. — Cutis qui exteriori curæ deservit : Garner. de S. Victore, CXCIII, 205.
CYMBALUM, prædicatio Antichristi : Raban. Maur., CXII, 895.
CYNOMIA, nequitia pravorum, *ibid.*, 895.
DAMASCUS dicitur massa reproborum, *ibid.*, 906.
DENTES, detractores, *ibid.*, 907; Rupert. abb., CLXVIII, 885. — Mordaces, *ibid.* — Persecutores bonorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 178. — Persecutores Ecclesiæ : Raban. Maur., CXII, 907. — Pravi prædicatores : Garner. de S. Victore, CXCIII, 178.
DESERTUM, impii, mens prava : Raban. Maur., CXII, 938. — Desertum appellari potest cor peccatoris : Ven. Godefrid., CLXXIV, 986. — Desertum, cor infidelium, dogmata hæreticorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 268.
DETRACTORES porcis et canibus comparantur : Petr. Cantor, CCV, 194.
DIES, prosperitas pravorum, status malorum : Raban. Maur., CXII, 909.
DILUVIUM significat errorem hæreticorum, id., CXI, 329.
DIVES, amator mundi, id., CXII, 911.
DOMUS dicuntur corda reproborum; domus diaboli conventus omnium malorum, id., CXI, 389. Domus, anima prava, id., CXII, 911. — Domus exasperans, domus inobedientium est : Wolbero abb., CXCV, 1259. — Domus exterminata bene potest dici hæreticorum synagoga : Raban. Maur., CIX, 907.
DORSUM, subjecti pravi, mens reprobi, id., CXII, 912.
DRACO, Antichristus, *ibid.*, 906; Garner. de S. Victore, CXCIII, 124. — Apertus persecutor : S. Eucher., L, 754. — Mali : Garner. de S. Victore, CXCIII, 124.
DUX pravi doctores : Raban. Maur., CXII, 913. — Duces, errorum auctores : Garner. de S. Victore, CXCII, 151. — Duces, hæretici : Raban. Maur., CXI, 448; CXII, 913. — Judæi sive doctores improbi, id., CXI, 448.
EDUS, peccator, reprobi, id., CXII, 914.
ELEPHAS significat peccatorem immanem sceleribus, et facinorum deformitate squalidum : Raban. Maur., CXI, 222; S. Eucher., L, 748.
EQUUS, irrationalis quique : S. Eucher., L, 752. — Carnalis potentia : Raban. Maur., CXI, 213. — Impius, cæcus, persecutor, forma hæreticorum, Antichristus, libidinosus, superbi et divites, id., CXII, 916. — Equi peccatores intelliguntur et luxuriosi homines., id., CXI, 213. — Equi nomine improborum vita signatur : Rupert. abb., CLXVIII, 1173.
ERINACII, gens invalida qui fecerunt sibi domos in petris : S. Eucher., L, 751.
EVA nostra, caro nostra : S. Bernard., CLXXXIII, 459.
FACIES, præscientia Antichristi : Raban. Maur., CXII, 920.
FARINA, cogitatio iniqui, *ibid.*, 921.
FASCICULUS, conventicula damnatorum, *ibid.*, 920.
FAVILLA, mens iniqua, *ibid.*, 923.
FENUM, carnalis quilibet, *ibid.*, 924.
FERRUM, nequitia pravorum, *ibid.*, 925. — Ferrum dicitur qui nocendi malitiam non deserit : Garner. de S. Victore, CXCIII, 312.
FICUS, hæretici : Raban. Maur., CXII, 926.
FILIA, homines sæculares, *ibid.*, 927. — Hæreticorum prædicationes, filiæ compositæ : Petr. Lombard., CXCI, 1259.
FILIUS, hæretici : Raban. Maur., CXII, 927.
FISTULA, verba pravorum hominum : *ibid.*, 929.
FLOS teneri et insipientes, *ibid.*
FLUCTUS, persecutores, malitiæ pravorum, *ibid.*, 935. — Semitæ pravorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 303.
FLUMEN, crimina reproborum : Raban. Maur., CXII, 933. — Doctrina hæreticorum : Rupert., CLXVII, 1760. — Flumina infidelium populi : S. Eucher., L, 742.
FLUVIUS, fluxus falsorum fidelium : Garner. de S. Victore, CXCIII, 291. — Fluvius Ægypti corruptio naturæ humanæ : S. Bernard., CLXXXIV, 841.
FŒNERATORES comparantur Judæ et diabolo : S. Ambros., XIV, 984. — Mari, *ibid.*, 765, 776.
FOLIA sunt homines mali; folia ficus significant homines malos : Rupert. abb., CLXVIII, 145.
FORAMEN, mens prava : Raban. Maur., CXII, 230.
FORNAX, Antichristus, *ibid.*, 931.
FOSSA est damnatio peccatorum; fossa damnatio Antichristi, id., CXI, 409.
FOVEA dolus vel laqueus in mortem; hæretica deceptio, *ibid.*
FRUCTUS, Antichristus, id, CXII, 938.
FUMUS, doctrina hæreticorum : *ibid.*, 935. — Reprobi sunt sicut fumus, pulvis et cera : S. Bernard., CLXXXIV, 1142.
FUNDA, instabilitas reproborum : Raban. Maur., CXII, 935.
FUNDAMENTUM, elationes superborum, *ibid.* Fundamenta montium, spes superborum, id., CXI, 359.
FUR, hæreticus, quilibet occultus inimicus : id., CXII, 937. — Hæretici dicuntur fures : S. Bernard., CLXXXIV, 1089.
GASTRIMARGI peccatores terræ dicuntur : Petr. Cantor., CCV, 45.
GIBBUS, quilibet cupidus : Raban. Maur., CXII, 946.
GIGAS, superbi homines, desperantes, *ibid.* — Gigantibus antiquis comparantur curiosi : Petr. Cantor., CCV, 31.
GLADIUS dicitur persecutor, Antichristus : Raban. Maur., CXII, 94. — Blanda iniquorum persuasio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 322.
GLAREA, mens instabilis reprobi : Raban. Maur., CXII, 912.
GRANDO, dura et fridiga corda pravorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 66.
GRESSUS, actiones impii : Raban. Maur., CXII, 945.
GREX, peccatorum collectio, id., CXI, 204. — Conventicula reproborum, id., CXII, 945.
GRYPHES possunt significare ferocitatem persecutorum et elationem superborum, id., CXI, 222.
GUBERNATOR. Gubernatori navis nauseabundo similis est curiosus prædicator : Petr. Cantor., CCV, 40.
GUTTA. Guttæ sententiæ hæreticorum : Raban. Maur., CXII, 947. — Hæretici rori et guttæ noctium comparantur : Gillebert., CLXXXIV, 223; Wolbero abb., CXCV, 1181.
HÆRETICI mente corrupti : S. Eugypp. abb., LXII, 763. Semper discordes, *ibid.*, 597. Hæretici sunt Antichristi, *ibid.*, 779. — Ut hydræ capita : Rupert. abb., CLXVIII, 919. — Versipelles et hypocritæ : S. Bernard., CLXXXIII, 1091, 1093. — Vulpes comprehendendæ : Joannes Algrinus, CCVI, 316. — Hæretici dicuntur aqua turbida : S. Bruno Carthus., CLII, 1392. — Feroces, imo feræ in Ecclesia Dei, *ibid.*, 965. — Lupi rapaces : Rupert. abb., CLXX, 318. — Tauri cervicosi : S. Bruno Carthus., CLII,

963. — Venenum aspidum : Hildebert. Cenoman., CLXXI, 698. — Vulpeculæ vineam Domini demolientes : Rupert. abb., CLXX, 215. — Vulpes : S. Bernard., CLXXXII, 677; Wolbero abb., CXCV, 1118. — Hæretici comparantur adulteris : Rupert. abb., CLXVIII, 1077. — Serpentibus : S. Bruno Carthus., CLII, 1372. — Hæretici per Samsonis vulpes designantur : Alanus de Insulis, CCX, 212. — Hæretici fodiunt puteum calumniæ et discidii : Gillebert, abb., CLXXXIV, 196.

HASTA dicitur doctrina hæreticorum : Raban. Maur., CXII, 948. — Hastæ sævieus pravorum persecutio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 327.

HERBA dicuntur carnales, *ibid.*, 419.

HERODES, simulatores : Raban. Maur., CXII, 961.

HIRCUS spiritum hominis peccatoris indicat : Vener. Godefrid., CLXXIV, 1069. — Hirci, peccatores : S. Eucher., L, 752; Raban. Maur., CXI, 203; S. Bruno Herbipolens., CXLII, 246. — Antichristus significatur per hircum : Rupert. abb., CLXVII, 819.

HIRUNDO, superbi : Raban. Maur., CXII, 954.

HÆDUS, peccatores, voluptuosi, reprobi, *ibid.*, 953. — Hædi, peccatores : S. Eucher., L, 752; S. Gregor. Mag., LXXIX, 286. — Antichristus significatur per hædum : Rupert. abb., CLXVII, 1802.

HOMO, iniquus, Antichristus : Raban. Maur., CXII, 955. — Homo dicitur carnalis quilibet : Garner. de S. Victore, CXCIII, 135.

HYDROPICUS, avarus quilibet : Raban. Maur., CXII, 953, 1088. — Avarus hydropico similis : S. Bernard., CLXXXIII, 106.

IDOLOLATRA est omnis avarus : Petr. Cantor., CCV, 51. — Quidquid de idolis dici potest et de idololatris, dici etiam merito potest de hæresibus et hæreticis : Raban. Maur., CIX, 735.

IGNIS dicitur dolus Antichristi, id., CXII, 966.

IMPIUS, reprobus quilibet, Antichristus, *ibid.*, 970. — Impii significantur per Philistiim : Rupert. abb., CLXVIII, 661.

INFERNUS, omnes iniqui : Raban. Maur., CXII, 970. — Inventores et exstructores perversorum dogmatum hæresiarchæ sunt, id., CIX, 943.

JERUSALEM filiæ sunt animæ infirmæ : Wolbero abb., CXCV, 1205; Adam. Scotus, CXCVIII, 321.

JOB. Hæretici per amicos Job signantur : S. Gregor. Mag., LXXVI, 252, 756; Raban. Maur., CXI, 50.

JUDICES dicuntur mali prælati, id., CXII, 973.

JUMENTUM, intellectu vel eloquio carens : S. Eucher., L, 752. — Jumenta, luxuriosi : Raban Maur., CXII, 973. — Jumenta dicuntur carnales homines, mentes brutæ, sensu tardiores : Garner. de S. Victore. CXCIII, 85.

LACERTA, via iniqui : Raban. Maur., CXII, 979.

LACUS dicitur peccatorum profunditas : S. Bruno Carthus., CLII, 803.

LÆVA, reprobi : Garner. de S. Victore, CXCIII, 199.

LAMIÆ. Hæretici comparantur lamiis : S. Gregor. Mag., LXXVI, 816; S. Paulin. Aquileiens., XCIX, 442, Alanus de Insulis, CCX, 113.

LAMPAS, fraudes reproborum : Raban. Maur., CXII, 981.

LAPIS, impius, *ibid.*, quæst. 81. — Lapides, insipientes et duro corde : S. Eucher., L, 742. — Cor impœnitens lapidi simile dicitur : Vener. Godefrid., CLXXIV, 250, 547. Mali ministri dicuntur lapides in capite omnium platearum dispersi : S. Paschas. Radbert., CXX, 1199, 1200.

LAQUEARIA designant auditores : Alanus de Insulis, CCX, 64.

LAQUEUS vel muscipula venantium amor est istius vitæ, cujus dolor passeres, id est, humiles quique fidelium, præsidio supernæ protectionis effugiunt : S. Prosper Aquitan., LI, 369.

LATER, mens terrena, mens libidinosa : Raban. Maur., CXII, 982.

LEÆNA, superbi vel præcipites : S. Eucher., L, 748.

LEBETES vanos homines referunt ; S. Petr. Damian., CXLV, 496.

LEGATIO, reconciliatio peccatorum : Raban. Maur., CXII, 984.

LEGATUS, prædicatores Antichristi, *ibid.*, 984.

LEGISLATOR, Antichristus, *ibid.*, 984.

LEO, crudelis quique Antichristus, *ibid.*, 983. — Antichristus, raptor quilibet : Garner. de S. Victore, CXCIII, 108. — Leones sunt principes Babylonis qui terram Judææ posuerunt in solitudinem et civitatis illius incendio deleverunt : Raban. Maur., CXI, 815. — Leonum cubicula corda sunt perversorum : Wolbero abb., CXCV, 1160.

LEPRA. In lepræ inspectione varii hæretici figurantur : S. Prosper Aquitan., LI, 774. — Hæreticorum amaritudo significatur per mortem in lepra : Rupert. abb., CLXVII, 1263.

LEPROSI, hæretici : Raban. Maur., CXII, 985; Rupert. abb., CLXVII, 803.

LEPUS, quilibet iniquus et tamen doctus in lege : Rab. Maur., CXII, 984.

LIBIDINOSI peccatores terræ dicuntur : Petr. Cantor., CCV, 46.

LIGNUM, elatus : Raban. Maur., CXII, 985. — Ligna, iniqui, *ibid.*, 986. — Peccatores igni deputandi : S. Euch., L, 742. — Ligna dicuntur cor elatum, injustus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 329.

LINGUA, doctrina hæretica, doctrina sæcularis : Rab. Maur., CXII, 985.

LOCUS, cor adolescentium, *ibid.*, 987.

LOCUSTA, adulatores, hæretici, *ibid.*, 988. — Homines vani : Rupert. abb., CLXVIII, 346. — Locustæ, populi, adulantium lingua, vel vita prædicatorum : S. Eucher., L, 748. — Hæreticorum mendacium figuratur per locustam : Rupert. abb., CLXVII, 605.

LOQUELA. Hæreticorum doctrinæ sunt loquelæ et sacræ garrulitales : S. Bruno Carthus., CLII, 4271.

LOTH. Hæretici signantur per uxorem Loth : Rupert. abb., CLVXII, 668.

LUCERNA, gloria reproborum : Raban. Maur., CXII, 989.

LUNA dicitur stultorum mobilitas : Garner. de S. Vict., CXCIII, 40.

LUPUS, raptor quilibet : Garner. de S. Victore, CXCIII, 115. — Lupus significat hæreticos vel dolosos homines : S. Eucher., L, 748; Raban. Maur., CXI, 233. — Lupi sunt tyranni : S. Bernard., CLXXXIV, 1088. — Prælati mali lupi sunt inter agnos : S. Petr. Damian., CXLIV, 570.

MANUS dicitur potestas Antichristi, versutia hostis : Raban. Maur., CXII, 993.

MARE sunt persecutores Ecclesiæ : S. August., XXXVII, 1126; Thomas Cisterc., CCVI, 315. — Omnes infideles : S. August., XXXVII, 1748. — Peccatores fluctibus vitiorum tumultuantes : Raban. Maur., CXI, 311. — Homines pravi, voluptas sæcularium, id., CXII, 995. — Mare in figura sæculum hoc falsitate amarum, fluctibus turbulentum designat : S. August. XXXVI, 1478. — Mare similis est vitæ sæculari : Hugo de S. Victore, CLXXV, 292. — Mari comparatur genus humanum vitio primi hominis profunde curiosum, procellose tumidum et instabiliter fluidum : S. August., XXXII, 941. — Reprobi per mare desertum significantur : S. Bernard, CLXXXIV, 822. — Maris fundum, cor impiorum : S. August, XXXVI, 782.

MEMBRA, reprobi : Raban. Maur., CXII, 997.

MERCENARIUS, hypocrita, *ibid.*, 998. — Mercenarii servientes Domino, non pro amore tantum divino sed pro temporali retributione : S. Eucher., L, 756.

MERETRIX, anima peccatrix : S. Eucher., L, 756. — Anima polluta : Raban. Maur., CXII, 998.

MERIDIES, fervor carnalium : Garner. de S. Victore, CXCIII, 388.

MESSIS, reprobi : Raban. Maur., CXII, 998.

MILVUS significat rapacem vel elatum : S. Eucher., L, 748. — Milvus, rapaces : Raban. Maur., CXII, 999.

MOAB, iniquus, *ibid.*, 1000. — Hæretici dicuntur Moab et filii Ammon : Rupert., CLXVIII, 665.

MONOCERON, quilibet superbus, violentus, vel unum Testamentum tenens : S. Eucher., L, 748.

MONS, homines superbi : Raban. Maur., CXII, 1001; Rupert., abb., CLXVII, 1120. — Per montes superbia demonstratur persecutorum : Raban. Maur., CIX, 586. — Mons, hæreticus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 252. — Hæretici, montes sæculi dicuntur : Petr. Lombard., CXCI, 363. — Montes significant homines qui et sæculi hujus altitudines appetunt et insensata superstitione duxerunt divites et potestates sæculi hujus, dogma hæreticorum, ipsos hæreticos : Raban. Maur., CXI, 359. — Montibus impii præfigurantur qui superbis nisibus intumescunt, et ad duritiam saxorum obstinato corde perveniunt : Cassiod. LXX, 691. — Per montes designantur peccatores : Alan. de Insulis, CCX, 215.

MORTUI, peccatores vel infideles : S. Eucher., L, 756.

MULIER, voluptuosi : Raban. Maur., CXII, 1002. — Mentes carnalium : S. Bernard., CLXXXIII, 976; Garner. de S. Victore, CXCIII, 140. — Per mulierem extraneam hæreticorum pravitas intelligitur a Christi et Ecclesiæ membris aliena : Raban. Maur., CXI, 690. — Mulier stulta et clamosa hæresis est, contraria nimirum sapientiæ, *ibid.*, 711.

MULUS, quilibet piger, id. CXII, 1003.

MUSCÆ significant Ægyptios propter sordes : Rupert. abb., CLXVII, 1396. — improbos, id., CLXVIII, 1287. — Muscæ morientes sunt hæretici, id., CLXX, 37.

MUSTELA, vita pravorum : Rabanus Maurus, CXII, 1004.
MYRICA, vita impii, *ibid.*, 999.
NAVES, dicuntur mundi amatores, *ibid.*, 1004.
NEMUS, vita pravorum, *ibid.*, 1005.
NITRUM, perversa mens, *ibid.*, 1006.
NIX, quilibet peccator, *ibid.*, 1006. — Frigida corda pravorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 63. — Hypocritæ nivi similes dicuntur : S. Petrus Damian., CXLIV, 435.
NOCTUA, mens fallax : Raban. Maur., CXII, 1007.
NOVACULA, impius quisque, *ibid.*, 1007. — In novacula fraus et dolus Antichristi exprimuntur, id., CXI, 610.
— Novaculæ similis persecutor : S. Bruno Carthus., CLII, 870.
NOX dicitur hæresis : S. Bernard., CLXXXIV, 859. — Falsorum christianorum vita, *ibid.*, 859. — Vita peccatorum : Adam. Scot., CXCVIII, 788. — Nox dici potest vita in ignorantiis transacta : Vener. Godefrid. abb., CLXXIV, 465.
NUBES, cæcitas mentis, iniqui : Raban. Maur., CXII, 1007. — Mobiles quique, cor superbum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 49. — Nubes dicuntur tempora iniquorum : S. Eucher., L, 738. — Nubes opposita oculis figura peccatorum densitatis : S. Paschas. Radbert., CXX, 1178.
NUDUS, carens divino adjutorio vel bonis operibus : S. Eucher., L, 756.
OBSTETRICES dicuntur peccatores : Raban. Maur., CXII, 1009.
OCCIDENS. Occidentis filii impios et tenebrarum filios significant ; item Ecclesiarum persecutores : Raban. Maur., CVIII, 1154.
OCULUS, hæreticus, prædicatores Antichristi, id., CXII, 1009. — Oculus dicuntur pravi consiliarii, pravi prælati : Garner. de S. Victore, CXCIII, 166.
OLEASTER, homo sine fructu : S. Eucher., L, 742.
OLEUM. Adulatores sunt oleum venenosum : Bern., CLXXXIII, 194.
OLIVA, hypocrita : Raban. Maur., CXII, 1011.
OLLA, mens reproba, *ibid.*, 1011.
OLUS. Olera designant divites : S. Bruno Carthus., CLII, 784. — Impii fœno et oleribus comparati sunt : Cassiodor., LXX, 257.
ONAGER, hæretici : Raban. Maur., CXII, 1012 ; Garn. de S. Victore, CXCIII, 116. — Hæretici onagris similes sunt, quia in suis voluptatibus a vinculis sunt fidei et rationis alieni : S. Gregor. Mag., LXXV, 1149. — Onager est arrogans quisque, id est, amator vanæ gloriæ : Rab. Maur., CXI, 213.
ONOCENTAURUS, quilibet reprobus et luxurians, id., CXII, 1011. — Lubrici et elati : Garner. de S. Victore, CXCIII, 121.
OS, prædicatores Antichristi, *ibid.*, 173.
OSSA, nequiores in corpore Antichristi, fortitude sæcularium dignitatum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 214.
OVES, homines reprobi, petulantes motus carnis : Raban. Maur., CXII, 1014.
PALEA, peccatores : S. Eucher., L, 752. — Paleæ dicuntur instabiles : Raban. Maur., CXII, 1018. — Iniqui : Garner. de S. Victore, CXCIII, 435.
PALIARUS, quilibet in malitia præpotens, *ibid.*, 429.
PALUDES, societates reproborum : Raban. Maur., CXII, 1019.
PANIS, peccator, doctrina hæretica, *ibid.*, 1021.
PARDUS, peccator : S. Eucher., L, 748. — Quilibet vitiosus, hypocrita : Raban. Maur., CXII, 1022. — Pardus, peccatorum maculis varius : Garner. de S. Victore, CXCIII, 114. — Hæretici pardo sunt similes : Gillebert., CLXXXIV, 153.
PARIES significat simulationem hypocritarum : Raban. Maur., CXI, 401. — Paries dealbatus est sacerdotium antiquum : Rupert. abb., CLXVIII, 331.
PASSER, instabilis : Raban. Maur., CXII, 1022.
PECUS, hæreticus, peccator, cupidi, *ibid.*, 1024.
PELICANUS peccatorem designat, qui in deserto hujus mundi corde habitans ærumnosis istius vitæ captus illecebris veneno delectatur diabolicæ persecutionis : S. Greg. Mag., LXXIX, 608.
PELLIS, motus carnis, reprobi : Raban. Maur., CXII, 1026. — Stulti, subditi mali, grossæ hominum mentes Garner. de S. Victore, CXCIII, 202.
PES, ministri impiorum : Raban. Maur., CXII, 1045.
PHARETRA dicitur machinatio pravorum : *ibid.*, 919.
PILOSUS, superfluiditati studens, *ibid.*, 1028.
PISCIS, homines curiosi, *ibid.*, 1030. — Pisces, peccatores : S. Eucher., L, 742. — Pisces designant curiosos et philosophos : S. Bruno Carthus., CLII, 666.
PLATEA, gloriæ impiorum : Raban. Maurus, CXII, 1020.
PLUMBUM, peccatorum pondere pressus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 318.
PORCI dicuntur immundi homines atque luxuriosi, Raban. Maur., CXI, 206. — Contemptores veritatis, homines mali, id., CXII, 1032. — Libidinosus porco comparatur : Petrus Cantor., CCV, 265.
PORTA, doctrinæ hæreticorum dictores iniqui : Rab. Maur., CXII, 1031. — Doctores mali : Garn. de S. Vict., CXCIII, 402. — Portæ nomine hæretici et falsi doctores exprimuntur : Raban. Maur., CXI, 385 ; S. Bruno Herbipol. CXLII, 71.
POTENTES, superbi : Raban. Maur., CXII, 1032.
PRÆDA, laus hypocritarum, animæ pravorum, *ibid.*, 1027.
PRÆDONES, raptores, *ibid.*, 1027.
PRINCEPS, superbi, hæretici, *ibid.*, 1029. — Principes, hæreticæ pravitatis auctores : Garn. de S. Vict., CXCIII, 155.
PRUNÆ corda pravorum : Raban. Maur., CXII, 1035. — Prunæ mentes terrena concupiscentia ardentes : Garn. de S. Vict., CXCIII, 361.
PULVIS, peccatores : S. Eucher., L, 742 ; Rab. Maur., CXI, 332, 357. — Levitas mentis, instabilis quisque, peccator, fragilitas hominis, id., CXII, 1033. — Peccatorum inconstantia, infirmitas humanæ conditionis : Garn. de S. Vict., CXCIII, 250.
PUTEUM, hæreticus : Rab. Maur., CXII, 1035.
QUERCUS dicuntur luxuriosi, *ibid.*, 1036.
RADIX dicitur progenies pravorum, *ibid.*, 1036.
RAMUS, homines pravi, *ibid.*, 1037.
RANA hæreticorum loquacitatem præfigurat : S. Bruno Herbipol., CXLII, 297. — Ranæ hæretici : S. Eucher., L, 734 ; Raban. Maur., CXI, 228 ; CXII, 1037 ; S. Bruno Astens., CLXIV, 247. — Ranis similantur adulatores : Petr. Cantor, CCV, 140.
REGULUS, Antichristus : Raban. Maur., CXII, 1039; Garner. de S. Victore, CXCIII, 127.
REMIGES. Prælati mali similes sunt malis remigibus : S. Petr. Damian., CXLIV, 531.
REX, iniquus superbi : Raban. Maur., CXII, 1037.
RHAMNUS, urticæ, sentes, cardui, paliuri, herbæ aculeis refertæ significant immites, dolosos, superbos et omnes improbos quos nullus bonorum, vel mansuetorum potest contingere vel castigare sine doloris compunctione : S. Eucher., L, 742. — Per rhamnum merito typus Antichristi significatur : Raban. Maur., CVIII, 1171 : CXII, 1037.
ROTA, conversatio reproborum, *ibid.*, 1041. — Impii dum in mala cogitatione volvuntur rotis fiunt similes : Cassiodor., LXX, 590.
RUGA, simulati quique : Raban. Maur., CXII, 1041.
RUPES, quilibet indurati : *ibid.*, 1042.
SACCULUS, animus negligens, *ibid.*, 1043.
SAGITTÆ, doli pravorum : Garner. de S. Vict. CXCIII, 326.
SALICES, steriles in bono, opere superbi : Rabanus Maurus, CXII, 1045. — Pro sterilitate reprobi : Garner. de S. Victore, CXCIII, 336.
SALTATRIX. Per saltatricem quid melius possumus accipere quam hæreticorum turbam, quæ pro instabilitate mentis suæ, nunc hoc, nunc illud eligit, nec unquam in statu veritatis consistere novit : Raban. Maur., CIX, 820.
SANGUIS, malitiosi, id. CXII, 1045.
SCIRPUS, vita hypocritarum, *ibid.*, 1057. — Hypocrita quilibet : Garner. de S. Victore, CXCIII, 428.
SCUTUM, reprobi : Raban. Maur., CXII, 1061.
SEMEN, mali incitator viri sancti, *ibid.*, 1048.
SENEX induratus in malitia, *ibid.*, 1049.
SEPULCRUM, corpus peccatoris mortuam vitiis animam intrinsecus retinens : S. Eucher., L, 757. — Sepulcrum, reprobi : Raban. Maur., CXII, 1050. — Hypocrita sepulcris similis est : Petr. Lombard., CXCI, 812.
SERPENS, maligni homines : S. Eucher., L, 754. — Serpens Evam seducens symbolum est hæreticorum : S. Paulin. Aquileiens., XCIX, 291. — Linguosus vir serpens dicitur : Petr. Lomb., CXCI, 1229. — Pacis perturbatores designantur per serpentem in paradiso, Adam. Scot., CXCVIII, 623. — Serpentes sunt hæretici : S. Paul. Aquileiens., XCIX, 493.
SERVUS, quilibet tentatus : Raban. Maur., CXII, 1051.
SILIQUÆ, doctrinæ sæculares, *ibid.*, 164.
SINISTRA, reprobi homines, *ibid.*, 1055.
SOMNUS, quilibet hypocrita, *ibid.*, 1059.
SPELUNCA, prava mens, *ibid.*, 1050.
SPINA, prædicatores, hæretici, *ibid.*, 1056.
SPIRITUS, appetitus peccatoris, superbia hominis, *ibid.*

SPOLIA, peccatores, *ibid.*, 1059.
STAMNUM, simulator sanctitatis : Garn. de S. Vict., CXCIII, 318.
STELLA, hypocritæ : Raban. Maur., CXII, 1052. — Stellæ, hypocritarum fictio : Garner. de S. Vict., CXCIII, 41.
STELLIO, pravus quilibet : Rabanus Maurus, CXII, 1052.
STERCUS, occultæ malitiæ cordis, *ibid.*, 1053.
STERQUILINIUM. Hypocrita sterquilinio comparatur : Petr. Cantor., CCV, 63.
STIPULA, aridi ad fidem, vel manes : S. Eucher., L, 742.
STRUTHIO dicitur quilibet hæreticus vel philosophus : S. Eucher., L, 748. — Hypocrita, *ibid.*, 748 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 79. — Struthio quilibet negligens prædicator, simulatores : Raban. Maur., CXII, 1061.
SUDES, iniqui, *ibid.*, 1061.
SUPERBIA, hæreticorum genus : S. Bern., CLXXXIII, 1089.
SUS, homo mundanus : Alanus de Insulis, CCX, 238. — Immundus peccator : S. Eucher., L, 752 ; Rab. Maur., CXII, 1061.
SYCOMORUS, mundi stultitia : Garner. de S. Victore, CXCIII, 338.
TABERNACULUM dicitur caro impii, crimina reprobi : Raban. Maur., CXII, 1062.
TALPÆ, idola vel hæretici qui non vident veritatem : S. Eucher., L, 754.
TAURUS, superbi : Garner. de S. Victore, CXCIII, 100. — Tauri cervix superbiæ, hæretici : Raban. Maur., CXII, 1063. — Hæretici comparantur tauris : S. Gregor. Mag., LXXVI, 757.
TELA, status pravorum : Raban. Maur., CXII, 1064.
TENEBRÆ dicuntur peccatores : Garner. de S. Vict., CXCIII, 378.
TENTORIUM, omnes impii : Rabanus Maurus, CXII, 1065.
TERRA dicitur homo ipse vel peccator : S. Eucher., L, 742. — Terra significat peccatores : Alcuin., C, 590. — Terra, terrena sapientes, Antichristus : Raban. Maur., CXII, 1065. — Terra dicitur anima peccatrix, peccator, terrenis occupati : Garner. de S. Victore, CXCIII, 239. — Terra arida, homines infructuosi : S. Eucher., L, 742.
THESAURUS, iniqui : Raban. Maur , CXII, 1066.
TIGRIS, hypocrita, *ibid.*, 1066 : Garner. de S. Victore, CXCIII, 113. — Feminea arrogantia : S. Eucher., L, 748.
TINEA, quilibet hæreticus : Raban. Maur., CXII, 1067, — Hæretica pravitas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 133. — Hæretici comparantur tineæ omnia corrumpenti : S. Gregor. Mag., LXXVI, 51.
TORRENS, inventores hereseon : Garner. de S. Vict., CXCIII, 237. — Torrentes iniquitatis sunt turba iniquorum Ecclesiam conturbantium : S. Bruno Herbipol., CXLII, 91.
TRIBULUS, hæretici : Raban. Maur., CXII, 1067.
TYRUS. Tyri nautæ et gubernatores hæreticis comparantur, id., CX, 782.
ULMUS, quilibet sæcularis, id., CXII, 1085.
ULULÆ dicuntur iniqui, *ibid.*, 1084.
UMBRA, quilibet impius, *ibid.*, 1085. — Iniqui : Garn. de S. Victore, CXCIII, 382.
URSUS, duces sævi, vel insidiatores : S. Eucher., L, 748. — Quilibet crudelis, immundi : Raban. Maur., CXII, 1085.
UTER, mentes pravorum, *ibid.*, 1086.
UTER. Per utrem intelligimus carnem mortis hujus : S. Prosper Aquitan., LI, 350
VACCÆ, carnalibus vitiis pleni : S. Eucher., L, 752. — Animæ insipientes : Raban. Maur., CXII, 1082. — Vaccæ significant animas seductibiles : S. Augustin., XXXVI, 836.
VALLIS, mentes iniquorum : Raban. Maur., CXII, 1072.
VAS, hæretici, homines reprobi, *ibid.*, 1073.
VENTER dicitur improbus exactor : S. Bernard., CLXXXIV, 634, 635.
VENTUS, malitiæ : Raban. Maur., CXII, 1071.
VESICA, tumor superbientis, *ibid.*, 1077.
VESPER. Antichristus, *ibid.*, 1076.
VESTIS. Per vestem laneam hypocritæ significantur : Rupert. abb., CLXVII, 936.
VIA. Mundus iste via peccatorum dicitur : Petr. Lombard., CXCI, 61.
VIDUA, anima prava : Raban. Maur., CXII, 1078. — Plebs hæretica : Garner. de S. Victore, CXCIII, 143.
VILLA, massa impiorum : Raban. Maur., CXII, 1078.
VINEA, vita negligentis, hypocrita, *ibid.*, 1079 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 341.
VINUM dicitur damnatorum voluptates : Ven. Guibert., CLVI, 228.
VIPERA, pravi homines : Garner. de S. Victore, CXCIII, 128.
VIR, error animæ, hæretici : Raban. Maur., CXII, 1080.
VIRGO, mens prava, *ibid.*
VISCERA, superbia iniquorum, *ibid.*, 1081.
VISIO, vita hypocritarum, *ibid.*
VITIS, quilibet subversus, *ibid.*
VITULA, mens prava, *ibid.*, 1082. — Mens carnalis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 99.
VITULUS, lascivientes : S. Eucher., L, 752. — Caro nostra bruta et vitiosa significatur per vitulum : Rupert. abb., CLXVII, 925.
VOLUCRES, superbi quique : Raban. Maur., CXII, 1083 ; Petr. Lombard., CXCI, 127. — Volucres vanos designant : S. Bernard., CLXXXIV, 677. — Volucres cœli dicuntur homines superbi : S. Bruno Herbipolens., CXLII, 68.
VULPES, adulatores : S. Bernard., CLXXXIII, 1080, 1081, 1089. — Detractores, *ibid.*, 1081, 1089. — Dolosi, *ibid.*, 1084 — Hæretici : S. Eucher., L, 752 ; S. Maximus Taurin., LVII, 452 ; S. Gregor. Mag., LXXIX, 500 ; Raban. Maur., CXI, 225 ; CXII, 1084 ; S. Petr. Damian., CXLV, 1089 ; S. Bernard., CLXXXIII, 1086, 1089 ; Petr. Lombard., CXCI, 773 — Peccator callidus : S. Eucher., L, 752 ; Raban. Maur., CXI, 225. Persecutores, id., CXII, 1084. — Seductorii spiritus : S. Bernard., CLXXXIII, 1089.
VULTUS, prava mens : Raban. Maur., CXII, 1083.
VULTUR, quilibet raptor, *ibid.*
ZIPHÆI designant peccatores in hoc mundo florentes : J. Bruno Herbipol., CXLII, 212.
ZIZANIA, male viventes : S. Eucher., L, 742. — Reprobi : Raban. Maur., CXII, 1088.

ARTICULUS XI.

Allegoriæ quæ ad virtutes et vitia spectant.

I. Virtutes.

ABIES, altitudo contemplationis : Raban. Maur., CXII, 853. — Contemplatio, cœlestes virtutes : Garner. de S. Victore, CXCIII, 336. — Abies significat contemplationis virtutes ad alta semper surgentes : Wolbero abb , CXCV, 1275.
ABYSSUS, judicium humanæ rationis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 284.
ACERVUS tritici, incrementa virtutum : Raban. Maur., CXII, 854.
ACUS, punctio doloris, *ibid.*
ADEPS, spirituale desiderium, abundantia, bonitas interioris voluntatis, *ibid.*
AER, inanitalis enuntiatio : S. Eucher., L, 739.
ÆS, bona actio, roboratio : Raban. Maur., CXII, 917. — Perseverantia : S. Petr. Damian., CXLIV, 728. — Vera fortitudo, constantia longanimitatis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 315.
ÆSTAS, venturæ jucunditatis præfiguratio : S. Eucher., L, 741. — Charitas : S. Bernard., CLXXXIII, 1060.
AGER, bonum opus, officium prædicationis, cæremonia exterior, patria cœlestis : Raban. Maur., CXII, 854. — Vita Christiani comparatur agri culturæ : S. Augustin., XL., 693.
AGGER, nubes tentationum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 271.
AGNA, vita activa : Raban. Maur., CXI, 202. ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 106.
AGNUS, vita activa : Raban Maur., CXII, 855; Rupert. abb., CLXVII, 768. — Agnus designat simplicitatem, mansuetudinem et patientiam : Vener. Godefrid., CLXXIV, 903.
ALÆ duæ animæ sunt cognitio et devotio : S. Bernard., CLXXXIII, 352. — Natura et gratia, *ibid.*, 356. — Spes et timor, *ibid* , 764.
ALOE, virtutis continentiæ : Raban. Maur., CXII, 857. Aloe et myrrha carnis mortificatio signatur : Wolbero abb., CXCV, 1173.
ALTARE, devotio cordis, cœli secretum, mentis arcanum, fides : Raban. Maur., CXII, 856. — Altare Dei est fides nostra : Hugo de S. Victore, CLXXIV, 277. — Altare thymiamatis designat actionem : Adam. Scot., CXCVIII, 758. — Altare æneum sacrificiorum designat sacrificium pœnitentiæ, *ibid.*, 768.
ALTITUDO, sublimitas proœmiorum, prosperitas : Raban. Maur., CXII, 857.
AMOR est porta mortis vel vitæ : Adam. Scot., CXCVIII, 809.

AMPHORA, modus in contemplatione : Raban. Maur., CXII, 858. — Amphora vini initium designat charitatis : S. Gregor. Magnus, LXXIX, 46.

ANAGLIPHA, varietates bonorum operum : Raban. Maur., CXII, 859.

ANIMA humana, doctrina, intentio, *ibid.*, 852. — Anima, id quod charius amatur, mentis intentio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 157.

ANIMALIA, cogitationes a terra suspensæ : Garner. de S. Victore, CXCIII, 93.

ANNULUS dicitur signaculum fidei, vel germen æternæ beatitudinis : Raban. Maur., CXII, 848, 858. — Annulus aureus designat æternam beatitudinem : Adam. Scot., CXCVIII, 749.

ANTRUM, cogitatio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 276. — Antra, cordis secreta : Raban. Maur., CXII, 859.

APIS, imago justi : S. Augustin., XLVI, 819. — Forma virginitatis sive sapientiæ : S. Eucher., L, 748. — Signum virginitatis et fecunditatis : Philippus de Harveng, CCIII, 1254.

AQUA, AQUÆ, abundantia : Rupert. abb., CLXVIII, 563. — Charitas : S. August., XXXVII, 1353. — Compunctionis gratia : Vener. Godefrid., CLXXIV, 783. — Scientia : Ven. Guibert. abb., CLVI, 534; Rupert. abb., CLXVII, 1375. — Scientia prædicationis : S. Gregor. Mag., LXXV, 960. — Scientia sacra, id., LXXVI, 100. — Prosperitas : S. Bruno Carthus., CLII, 947. — Vita spiritualis informis : S. August., XXXIV, 250 — Aqua, sapientia, compunctio, humana scientia, mundi affluentia, historialis intellectus, æterna refectio, lamenta humilitatis : Raban. Maur., CXII, 860. — Aqua dicitur tribulatio, sancta scientia, fluxa locutio, mœroris undæ, lamenta humilitatis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 279. — Vis quædam rationi subjecta qua ratione Deus veritasque cognoscitur, recte aqua divinitus appellata est : S. Augustin., XXXIV, 232.

AQUILO, adversitas : Gillebert., CLXXXIV, 208. — Senectus : Raban. Maur., CXII, 860. — Aquilo asperitatem minarum significat : Wolbero abb., CXCV, 1175.

ARATRUM, cultus justitiæ, exemplum bonum : Raban. Maur., CXII, 867.

ARBOR, humilis Dei scientia, fides robusta, bona voluntas, *ibid.*, 865. — Arbor malus intentionem significat : Alanus de Insulis, CCX, 309.

ARCUS, humana fortitudo, virtus patientiæ : Raban. Maur., CXII, 860. — Judicium : Alan. de Insulis, CCX, 205.

ARENA, calamitas hujus vitæ, instabilitas hujus sæculi, amor mundi, infirmitas rerum : Raban. Maur., CXII, 864, 949.

AREOLÆ, dulcedines virtutum, *ibid.*, 866.

ARGENTUM, eloquium spirituale, figmenta poetica : Raban. Maur., CXII, 862. — Argento designatur scientia : S. Bernard., CLXXXIV, 427.

ARIES gerit formam mansuetudinis : Richard. de S. Victore, CXCVI, 1031.

ARMA, virtutes spirituales : Raban. Maur., CXII, 864. — Humana patrocinia, necessitates vitæ præsentis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 318.

ARMILLA, actiones quæ pertinent ad Decalogum : Raban. Maur., CXII, 864.

AROMATA, mundæ cogitationes, dulcedines orationum : Raban. Maur., CXII, 866. — Bona opera : Alanus de insulis, CCX, 83. — Aromata symbolum sunt virtutum : Vener. Godefrid., CLXXIV, 797. — Affectiones dulces et sanctæ sunt sponsæ aromata : Gillebert., CLXXXIV, 199.

ARUNDO, infirmum auxilium : S. Eucher., L, 742.

ASCENSUS, spiritualis vitæ profectus : Raban. Maur., CXII, 867.

ASINA, simplices cogitationes cordis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 90.

ASPIS. Aspidi comparatur tentatio de rebus vitæ necesariis : S. Bernard., CLXXXIII, 240.

ATRIUM, circuitus sæcularis, præcepta charitatis, secreta cœli : Raban. Maur., CXII, 864. — Regnum cœleste, vita præsens, charitas, contemplatio, vita æterna : Garner. de S. Victore, CXCIII, 416. — Atria significant introitum fidei : Raban. Maur., CXI, 39.

AURIS, intellectus cordis, contemplatio interna, id., CXII, 871. — Auris cordis est janua : Alanus de Insulis, CCX, 582. — Aurium tinnitus Dei amorem et timorem significat : Ven. Godefrid. abb., CLXXIV, 430.

AURORA designat humilitatem : S. Bern., CLXXXIII, 711.

AURUM, splendor cœlestis patriæ, decus bonorum spirituum, virtus charitatis, spiritualis sapientia, sublimitas temporalis, virtus patientiæ, fulgor pompæ sæcularis : Raban. Maur., CXII, 870. — Aurum, splendor civitatis supernæ, charitas, nitor gloriæ temporalis, splendor sanctitatis, ingenium : Garner. de S. Victore, CXCIII, 303. — Aurum significat fidem : S. Augustin., XXXVII, 1242. — Perfectionem virtutum : S. Bruno Carthus., CLII, 831, 832. — Sanctitatis excellentiam : S. Gregor. Mag., LXXVII, 39. — Sapientiam : S. Augustin., XXXIV, 633; XXXVIII, 331; S. Gregor. Mag., LXXIX, 492; S. Bernard., CLXXXIV, 427; CLXXXV, 46. — Cognitionem veritatis : Vener. Godefrid., CLXXIV, 684. — Auro sapientia, argento prudentia figuratur : S. Augustin., XXXVI, 911. — Aurum fidem significat, argentum vero facundiam sermonis : Rupert. abb., CLXVII, 1346.

AUSTER, fervor charitatis : S. August., XXXIII, 361. — Calor fidei : S. Eucher., L, 739. — Devotio sancta, sanctitas religiosæ conversationis, secretum cœli : Raban. Maur., CXII, 869. — Prosperitas : Gillebert., CLXXXIV, 208. — Lenitas blandimentorum : Wolbero abb., CXCV, 1175.

AZIMA, puritas mentis : Raban. Maur., CXII, 872.

BACULUS, lex justitiæ, curæ pastorales, *ibid.*, 873. — Disciplina legis, consolationis sustentatio, cura pastoralis : S. Eucher., L, 758; Garner. de S. Victore, CXCIII, 344.

BALTEUS, continentia, virtus continentiæ, mortificatio carnis, unitas fidei : Raban. Maur., CXII, 873.

BARBA, fiducia, *ibid.* — Virtutis indicium : S. Petrus Damian., CXLIV, 884. — Decor virtutis, fiducia propriæ virtutis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 789.

BASES aureæ sunt sapientia et bonitas, quibus columnæ marmoreæ, id est, misericordia et veritas : Wolbero abb., CXCV, 1200.

BDELLIUM, arbor nigra aromatica orationem significat : Adam Scot., CXCVIII, 617.

BINARIUS numerus, duo præcepta charitatis, intellectus et operatio, duo compunctionis opera : Garner. de S. Vict., CXCIII, 439.

BITUMEN, robur charitatis, virginitas : Raban. Maur., CXII, 876.

BOS, opus bonum, cogitationes mansuetæ, *ibid.*, 877. — Bona operatio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 94. — Bos est forma obedientiæ : Richard. de S. Victore, CXCVI, 1033.

BOTRUS, spiritualis lætitia, opus justitiæ : Rab. Maur., CXII, 876.

BRACHIUM, opus charitatis, opera robusta, *ibid.*, 875. — Operatio : Garner. de S. Victore, CXCII, 192. — Brachium opus et fortitudinem denotat : Vener. Godefridus, CLXXVI, 978. — Brachia designant opera : Alanus de Insulis, CCX, 106.

BUTYRUM, vita contemplativa, fecunditas bonæ actionis, pinguedo spiritualium virtutum, unctio pœnitentiæ : Raban. Maur., CXII, 877.

BUXUS, viriditas fidei, *ibid.*, 878.

BYSSUS, typus castitatis, id., CXI, 578. Justitia, carnis afflictio, virginitas, acies virtutum, cultus exterior, id., CXII, 876. — Byssus munditiæ cordis symbolum : Godefr. abb., CLXXIV, 388. — Byssus retorta moraliter est continentia carnis : Adam. Scot., CXCVIII, 695.

CADAVERA dicuntur orationes nostræ : Raban. Maur., CXII, 878.

CÆLATURÆ, opera virtutum, *ibid.*, 892.

CALAMUS, nitor gloriæ temporalis; Garner. de S. Vict., CXCIII, 427.

CALCEAMENTA, affectus et profectus sunt : Alanus de Insulis, CCX, 97. — Calceamentum, operatio, externa bona, mortificationes membrorum : Raban. Maur., CXII, 880.

CALCANEUM, extremitas actionis nostræ profectus noster, *ibid.*; Garner. de S. Victore, CXCIII, 238.

CALOR, dulcedo charitatis desiderium justitiæ : Raban. Maur., CXI, 880.

CAMELUS, dispositiones rerum terrenarum, distortæ et tumidæ cogitationes, *ibid.*, 882; Garner de S. Victore, CXCIII, 92. — Per camelos, qui mundum aliquid habent dum ruminant, et immundum, dum nequaquam ungulam findunt, bonæ rerum temporalium dispensationes possunt intelligi : S. Gregor. Mag., LXXV, 590.

CAMINUS, charitas : Raban. Maur., CXII, 882.

CAMPUS, lata vita, *ibid.*

CANCELLI designant doctrinam obscuram : Alanus de Insulis, CCX, 69.

CANDELABRUM, contemplatio, status corporis : Rab. Maur., CXII, 882. — Candelabrum designat internæ contemplationis puritatem : Adam Scot., CXCVIII, 757.

CANDOR, innocentia, decor cœlestis patriæ : Raban. Maur., CXII, 882.

CANTUS. Prædicatio per cantum designatur : Wolbero abb., CXCV, 1037.

CAPILLUS, subtilitas cogitationum, cogitationum su-

perfiua : Rab. Maur., CXII, 884.—Capilli sunt cogitationes subtilissimæ : Rupert. abb., CLXVIII, 885. — Defluentes animi cogitationes, superabundans terrena substantia : Garner. de S. Victore, CXCIII, 153. — Cogitationes : Alan. de Insulis, CCX, 77, 92.—Capilli capitis sunt consilia cordis : Richard. a S. Victore, CXCVI, 398. Capilli sponsæ, meditationes sanctæ, *ibid.*, 451.

CAPRA, contemplatio : Raban. Maur., CXII, 886.

CAPREA, contemplationem figurat : Alanus de Insulis, CCX, 92.—Caprea et hinnulus sunt dotes corporis gloriosi, *ibid.*, 71. — Per cervos et capreas, fides, spes et charitas intelliguntur : S. Gregor. Mag., LXXIX, 496.

CAPUT, fides, principium, initium tentationis, excellentia, intentio : Raban. Maur., CXII, 884. — Caput mentem designat : Alanus de Insulis, CCX, 77.

CARBONES dicuntur ignis charitatis, aut exemplorum aut pœnitentiæ : S. Eucher., L, 738.— Per carbones intelligi possunt orationes charitatis igne succensæ : Cassiod., LXX, 903. — Carbones, ardores pœnitentiæ, incendia charitatis, bona exempla : Raban. Maur., CXII, 888.

CARBUNCULUS, lux magnæ scientiæ, *ibid.*, 887.

CARDO potest significare rectæ fidei firmitatem, id., CXI, 400.

CARMELUS, cognitio secretorum, id., CXII, 887.

CARMEN, laus Dei, gloriæ cœlestis, consolationes internæ, *ibid.*

CARO, humiles doctriuæ, *ibid.*, 886.— Cordis sensibilitas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 207.

CASEUS, soliditas mentis : Raban. Maur., CXII, 888.

CASIA, exaltationem significat : S. Bruno Carthus., CXII, 829.

CASTRA, virtutes spirituales : Rabanus Maurus, CXII, 889.

CATENÆ, afflictiones, virtutes spirituales, præsentes tribulationes, *ibid.*, 890.

CATHEDRA, doctrina bona, *ibid.*, 889.

CAUDA, perseverantia, finis sæculi, *ibid.*, 890.

CAUMO, zelus est fidei, *ibid.*

CEDRUS, fides Christi, *ibid.*, 891. — Celsitudo gloriæ cœlestis, spes, solidatus in amore Dei, celsitudo virtutum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 334. — Cedrinum lignum symbolum est spei nostræ quæ debet in supernis firmiter habitare : S. Augustin., XXXIV, 734.

CELLA vinaria dicitur contemplatio : Alanus de Insulis, CCX, 66. — Extasis est, *ibid.*

CERVIX, bona libertas : Raban. Maur., CXII, 893. — Libertatis erectio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 161.

CHARITAS, animæ sensus : S. Bernard., CLXXXIII, 741.—Fructus vitis, *ibid.*, 1070. — Charitas dicitur calculus ignitus : Philippus de Harveng, CCIII, 1035. — Domus : S. Bruno Carthus., CLII, 1083.—Oculus simplex : S. Bern., CLXXXII, 407. — Charitas designata est per arcum : S. Paschasius Radbert., CXX, 1041. — Per aurum : S. Bruno Carthus., CLII, 832.— Per solis splendorem : S. Bernard., CLXXXIII, 711. — Per risum, *ibid.*, 716. — Charitas in vitta coccinea figuratur : S. Petrus Damian., CXLIV, 891. — Charitas similis est oleo : Godefrid. abb., CLXXIV, 526, 533.

CHORUS, concordia : Raban. Maur., CXII, 898. — Chori castrorum conventus sunt virtutum : Alanus de Insulis, CCX, 97.

CIBARIA, spirituales refectiones, ea quæ ad corporalem victum pertinent : Raban. Maur., CXII, 894.

CIBUS, vitæ communio, doctrina internæ consolationis, *ibid.*, 893.—Cibus animæ est pœnitentia et doctrina : Ven. Godefrid., CLXXIV, 1109.

CILICIUM asperitatem et compunctionem peccatorum signat : Raban. Maur., CXI, 280; CXII, 894.

CINCINNI, collectio cogitationum : Garner. de S. Vict., CXCIII, 164. — Cincinni cogitationes designant : Alanus de Insulis, CCX, 85.

CINGULUM, vigor justitiæ : Raban. Maur., CXII, 896.

CINIPHES, inquietudo cordis, *ibid.*

CINIS, defectus, pœnitentia, humilitas, corruptio mortalitatis, perfectio bonorum operum, *ibid.*, 895.—Cura sæcularis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 362.

CINNAMOMUM, humilitas : Raban. Maur., CXII, 896. — Pœnitentium habitus : Wolbero abb., CXCV, 1172, 1258.

CIRCULUS, protectio superna : Rabanus Maur., CXII, 896.

CITHARA, recta operatio, vita activa, mortificatio carnis, lætitia, suavitas consolationis, *ibid.*, 897.

CIVITAS, humana conversatio, corporales sensus, *ibid.*
— Civitas dicitur cœlestis patria : Garner. de S. Victore, CXCIII, 389.

CLAMOR, desiderium justi : Raban. Maur., CXIII, 881.— Clamor in auribus Dei est desiderium vehemens : S. Bern., CLXXXIII, 247.

CLAUSTRUM. Paradisus dicitur claustrum, id., CLXXXIV, 1058.

CLAVI, præcepta charitatis, ratio et intellectus : Rab. Maur., CXII, 881.

CLIBANUS, amor bonus, *ibid.*, 894.

CLYPEUM, verbum excusatorium munimina virtutum, virtus patientiæ, *ibid.*, 895. — Virtutum munitio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 321.

COCCUS, ardor charitatis : Rabanus Maur., CXII, 898 ; Wolbero abb., CXCV, 1151.—Coccus bis tinctus est Dei et proximi dilectio : Adam. Scot., CXCVIII, 695. — Coccineus color charitatem designat : S. Bernard., CLXXXIV, 701. — Coccinea chlamys designat geminam dilectionem Dei et proximi : Rupert. abb., CLXX, 160.

CŒLUM, sanctitas vitæ, sublimes modi contemplationum : Raban. Maur., CXII 891; Adam. Scot., CXCVIII, 287. Cœlum sumitur pro sanctitate, *ibid.*, 277. — Cœli ad serenam intelligentiam veritatis significandam pertinent : S. August., XXXIV, 264. — Per cœli superiora charitas est intelligenda, id., XXXVII, 1342. — Cœli primi nomine humilitas, secundi charitas, tertii contemplatio accipitur : Wolbero abb., CXCV, 1020.

CŒNA, dulcedo contemplationis : Raban., Maur., CXII, 892.

COGNITIO, approbatio, scientia, *ibid.*, 901.

COLLUM, sermo prædicationis, mens, fides, audacia, finis elatio, *ibid.*, 898. — Collum dicitur humilitas : Alanus de Insulis, CCX, 81. — Colli nomine designatur intellectus : S. Bernard., CLXXXIII, 984.

COLOR, decus religionis, eloquentiæ sæcularis : Rab. Maur., CXII, 900. — Color albus gloriæ et gaudii est indicium : S. Bernard., CLXXXII, 412. — Colorum diversitas est virtutum varietas : Adam. Scot., CXCVIII, 766.

COLUMBA, simplicitas : S. Eucher., L, 748. — Vita activa, gemitus pœnitentiæ : Raban. Maur., CXII, 898. — Columba symbolum charitatis et simplicitatis : V. Godefrid., CLXXIV, 972.—Humilitatis : S. Bernard., CLXXXIII, 1001. — Columba significat sapientiam : S. Anselm. Cantuariens., CLVIII, 622. — Columba ex arca dimissa virtutem signabat : S. Ambros., XIV, 391.—In columba ostenditur simplicitas cordis : S. Fulgentius, LXV, 581; S. Greg. Mag., LXXV, 529. — Intentio bona designata per columbam : Adamus Scot., CXCVIII, 286.

COLUMNA, rectitudo fidei, internæ virtutes mentis : Rab. Maur., CXII, 899. — Columna ignis malam conscientiam torquatam significat; columna nubis conscientiam bonam refrigerantem : Adamus Scot., CXCVIII, 786. — Columnæ duæ in templo Salomonis significant misericordiam et judicium : Rupert. abb., CLXVII, 1163. — Columnæ quatuor sunt virtutes cardinales : Wolbero abb., CXCV, 1027. — Columnæ quinque significant quinque sensus exteriores : Adam. Scot., CXCVIII, 753.

COMÆ, cogitationes mentis : Rabanus Maurus, CXII, 900.

COMEDERE, discere, implere, *ibid.*, 901.

COMPAGES, intentiones, *ibid.*, 900.

COR, ratio, voluntas, sublimis contemplatio, cogitationes, *ibid.*, 901.

CORNU, fortitudo, munimina virtutum, *ibid.*, 903. — Cornu designat patientiam : S. Bruno Carthus., CLII, 978. —Virtutem, *ibid.*, 1110.—Cornua novam vitam significant : Petr. Lombard., CXCI, 640.

CORONA, victoria præmium regni : Raban. Maur., CXII, 903.

CORPUS, quælibet nostra actio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 157.

CORTEX, delectationes, sensus historiales : Rab. Maur., CXII, 904.—Historiæ sensus, tegmen humilitatis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 397.

COSTÆ, robur spirituale, sensus animæ : Rab. Maur., CXII, 904 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 224.

CRINES designant cogitationes : Alanus de Insulis, CCX, 181.

CROCUS, charitas : Raban. Maur., CXII, 904. — Abstinentia croco comparatur : S. Bernard., CLXXXIV, 719.

CRUS, bona desideria, robora stabilitatis : Raban. Maur., CXII, 903. — Crura duo sponsi sunt misericordia et veritas : Rupert. abb., CLXVIII, 927.

CUBILE, bona mens, quies cœlestis, præmia sanctorum.

CUBITUS, bona actio, multiplicitas vitæ activæ : Raban. Maur., CXII, 904.—Operatio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 194.

CULMUS, status mundi : Raban. Maur., CXII, 904.

CULTRUM, acumen intellectus, *ibid.*, 905.

CYMBALUM, obsequia charitatis, *ibid.*, 895.

CYPHUS, doctrina cœlestis, lex, *ibid.*

CYPRUS, gratiæ cœlestis refectio, *ibid.*, 896.
ASINUS, luxuria, mala vita, *ibid.* 88. — Asini significant amorem carnalem : Gregor. Mag., LXXIX, 412.
ASPIS, blanda et latens suggestio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 129.
AUSTER, blandimenta mundi : Raban. Maur.,CXI,262. — Vita remissa : Garner. de S. Victore, CXCIII, 56.
AVIS, levitas verborum : Raban. Maur., CXII, 871. — Aves dicuntur superfluæ cogitationes : S. Eucher., L, 748. — Aves, cogitationes : Garner. deS. Victore, CXCIII, 65. — Aves quas abigebat Abraham significant Ægyptios : Rupert. abb., CLXVII, 385.
BABYLONIA est civitas diaboli : Rupert. abb., CLXVII, 1510.
BABYLON dicitur peccatum : Raban. Maur., CXII, 872. — Babylonis rex est typus diaboli : Rupert. abb., CLXVII, 1500.
BEL. Luxuria similis est idolo Bel a Daniele destructo : Vener. Godefrid., CLXXIV, 255. — Per altare idoli Belis signatur omnis simonia : Petrus Cantor, CCV, 91, 124, 366.
BELLUM, persecutio, adversitas sæculi, pugna vitiorum : Raban. Maur., CXII, 874.
BESTIA, peccatum criminale, instabiles motus cordis, *ibid.*, 875. — Bestiæ, motus carnis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 106. — Vitia comparantur bestiis : Ven. Godefrid., CLXXIV, 1120, 1128.
BITUMEN, duritia discordiæ : Raban. Maur., CXII, 876.
BOS, cupiditates sensuum, elationes cordis, *ibid.*, 876.
BRUCHUS, edendi ingluvies, *ibid.*, 877.
BUCCINA, persecutio, *ibid.*
BUTYRUM, nutus carnis, *ibid.*
CÆSARIES Absalon est superfluitas bonorum temporalium : Adam. Scot., CXCVIII, 816.
CALCEAMENTUM, actio mortifera, externa mala : Raban. Maur., CXII, 880.
CALCULUS, pœna linguæ mentientis, *ibid.*
CALIGO, dicitur confusio mentis, peccatum, *ibid.*, 879.
CALIX, mundana voluptas, *ibid.*
CALLIS, doctrinæ perversæ, *ibid.*, 880.
CAMELUS, fortitudo vitiorum, *ibid.*, 882.
CANCER. Cancro similis est usura peccati : Petr. Cantor, CCV, 157.
CAPILLI abundantiam terrenæ substantiæ designant : S Greg. Mag., LXXIX, 33.
CAPUT, vitia criminalia : Raban. Maur., CXII, 884.
CARCER, pondus corruptionis nostræ, tribulatio, *ibid.*, 886.
CARO, peccatum, dilectio carnalis, immortalitatis corruptio, sapientia carnalis, concupiscentia, mollities, infirma opera, *ibid.* — Vita carnalis, delectatio carnalis, carnalitas, operis infirmitas, pœnæ carnis vel vitia, motus carnis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 207. — Caro cum pro corruptione sumitur, dicitur regnum Dei non possessura : S. Augustin., XXXIII, 948. — Carnis et sanguinis nomine ipsam corruptionem carnis et sanguinis Apostolus nuncupavit, vel opera carnis et sanguinis, XXXIII, 943, 945, 946; XXXIX, 1625. — Caro et sanguis significant peccata : Rupert. CLXVIII, 466.
CARODION, vitium loquacitatis : Raban. Maur., CXII, 887.
CARTILAGO, simulatio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 217.
CATENÆ, obligationes vitiorum : Raban. Maur., CXII, 890.
CATHEDRA, doctrina mala, *ibid.*, 889.
CAUDA, opprobrium, blandimenta, *ibid.*, 890.
CEDRI fastus superbiæ denotant : Richard., CXCVI, 295.
CEPA. Naturam cenodoxiæ Patres in modum cepæ bulborumque describunt, quæ uno decorticata tegmine, alio rursum inveniuntur induta, totiesque reperiuntur obtecta quoties fuerunt expoliata : Joan. Cassian., XLIX, 404.
CERVIX, superbia : Raban. Maur., CXII, 393; Garner. de S. Victore, CXCIII, 161.
CIBUS. dilectio mundi : Raban. Maur., CXII, 893.
CICATRICES, peccata, *ibid.*, 894.
CILICIUM peccatum significat : S. Anselm. Cantuariens., CLVIIII, 635.
CLAVIS, inclusio cordis impii : Raban. Maur., CXII, 881.
CLIBANUS, tormentum carnis et animæ, *ibid.*, 894.
CLYPEUM, superbia, *ibid.*, 895.
COGNITIO, concubitus, *ibid.*, 901.
COLLES, altitudines, *ibid.*, 900.
COLLUM, elationis extensio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 190. — Collum extentum significat superbiam : Rupert. abb., CLXVIII, 944.
COLOR, conversatio prava : Raban. Maur., CXII, 990.
COMEDERE, vexare, detrahere, *ibid.*
CONSILIUM. Isaias omne spectaculum consilium vocat impiorum a genere ad speciem : Tertull., I, 635.
COPHINUS, opus servile, corruptio : Raban. Maur., CXII, 898.
CORNU, superbia, *ibid.*, 903; S. Bruno Carthusian., CLII, 1017.
CORPUS, peccatum, corruptio : Raban. Maur., CXII, 902.

CORVUS, nigredo peccatorum : S. Eucher., L, 748. — Corvus ex arca dimissus malitiam signabat : S. Ambros., XIV, 391.
CÔTURNIX, voluptates carnales : Raban. Maur., CXII, 904.
CRUS, corruptio, *ibid.*, 905.
CRYSTALLUS, duritia cordis, *ibid.*, 896.
CUBILE, mens prava, *ibid.*, 901.
CURRUS, magna peccata, res mundi instabiles, *ibid.*, 903.
CUTIS, mollities, peccatum, *ibid.* — Mollities infirmitatis, peccatum carnis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 203.
CYGNUS, superbia : Raban. Maur., CXII, 894.
CYMBALUM, vitium loquacitatis, *ibid.*, 895.
CYNIPHES et cinomya adulationem et detractionem designant : Petr. Cantor, CCV, 140.
DENTES dicuntur vitia edacitatis, dura, crudelitatee : Raban. Maur., CXII, 907. — Pravæ suggestiones : Garner. de S. Victore, CXCIII, 178.
DIES, delectatio peccati, calor tentationis, æternitas diei : Raban. Maur., CXII, 909. — Dies dicitur peccati delectatio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 370
DILUVIUM, peccatum : Raban. Maur., CXII, 911.
DOMUS, cogitationes pravæ, *ibid.*
DORMITIO, torpor, ægritudo, excæcatio, casus, concubitus, *ibid.*, 913.
DRACO, malitia : Garner. de S. Victore, CXCIII, 124.
DUX, vitia principalia : Raban. Maur., CXII, 913 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 151.
EBRIETAS dicitur error : Raban. Maur., CXII, 914.
EDOM, peccatum, *ibid.*
EDUS correptio, peccata carnis, cogitationes immundæ, *ibid.*
EQUUS designat sæculi fallacem prosperitatem : Petr. Lombard., CXCI, 334. — Equus dicitur lubrica vita : Garner. de S. Victore, CXCIII, 87. — Luxuria similis est equis : Ven. Godefrid., CXLIV, 78.
ERINACII, vitium excusationis : Raban. Maur., CXII, 297.
ERUCA, luxuria, *ibid.*, 916; Garner. de S. Victore, CXCIII, 134.
ERUGO, superbia : Raban. Maur., CXII, 916.
EXACTOR, concupiscentia ventris, consuetudo prava, *ibid.*, 918.
EXERCITUS, vitia, *ibid*
EXITUS, defectus, *ibid.*, 919.
FAMES, inopia virtutis, tentatio, taciturnitas mala, *ibid.*, 921.
FARINA, cogitatio iniqui, *ibid.*
FASCICULUS dicuntur peccata, *ibid.*, 920.
FAVUS, voluptas mundi, *ibid.*, 922.
FEL, infidelitas, *ibid.*, 923.
FEMINA, affectus carnalis, *ibid.*
FEMUR, carnis delectatio, *ibid.*; Garner. de S. Victore, CXCIII, 231; Alanus de Insulis, CCX, 87.
FENUM, vana gloria : S. Eucher., L, 742.
FERA. Feræ pessimæ similis : Ven. Godefrid., CLXXIV, 201.
FERMENTUM, elatio, simulatio, malitia, appetitus laudis : Raban. Maur., CXII, 924. — Fermentum significat corruptionem : Rupert. abb., CLXVIII, 106. — Vetus fermentum dicitur peccatum : Richard. de S. Victore, CXCVI, 1074.
FERRUM, consuetudo peccati : Raban. Maur., CXII, 925.
FEX, peccata, *ibid.*
FICUS. Ficus foliis significatur pruritus libidinis : S. Augustin., XXXVIII, 442.
FLAMMA. voluptas, vehementia desiderii mali : Raban. Maur., CXII, 921. — Æstus carnalium desideriorum : Garn. de S. Victore, CXCIII, 358.
FLOS, hypocritarum laus : Raban. Maur., CXII, 929.
FLUCTUS, tentationes : S. Eucher., L, 742.
FLUMEN est doctrina hæreticorum : Rupertus abb., CLXVIII, 1760.
FOLIA, mentis levitas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 347.
FONS, pœna mortalitatis, peccatum avaritiæ, peccata : Raban. Maur., CXII, 929.
FORNAX, ardor concupiscentiæ, *ibid.*, 931.
FOSSA, cupiditas terrena, *ibid.*, 932.
FOVEA, malitia deceptionis, vitium excusationis, cupiditas terrena, *ibid.*
FRAMEA, tentationes, *ibid.*, 922.
FRENUM, ignorantia, *ibid.*, 925.
FRONS, impudentia carnis vel cordis, *ibid.*, 971.
FRUMENTUM, delectatio carnis, *ibid.*, 938.
FUGA, timor cædis, defectus, *ibid.*, 933.
FUMUS, doctrinæ malæ superbia, *ibid.*, 935. — Fumus significat cæcitatem : Rupert. abb., CLXVII, 1291.
FUNDAMENTUM, delectationes carnales : Rab. Maur., CXII, 955.
FUNICULUS, delectationes pravæ, *ibid.*, 937.
GENS, vitia, *ibid.*, 944.
GIGAS, criminale peccatum, *ibid.*, 946. — Gigantes superbi animi motus significant : Vener. Guibertus, CLVI, 86.
GLACIES, durities peccatorum : S. Eucher., L, 739.
GLADIUS, verbum corruptionis, sermo detractionis, persuasio prava, vindicta, peccatum : Raban. Maur., CXII, 940 — Ira : Garner. de S. Victore, CXCIII, 322.—Gladius occultus est adulatio : Petrus Cantor, CCV, 142.
GRANDO, violenta prædatio : Rab. Maur., CXII, 943.— Nivis et grandinis nomine afflictiones corporales intelliguntur : Rupert. abb., CLXVIII, 358.
HASTA dicitur superbia : Raban. Maur., CXII, 948.
HERBA luxuriosæ et lubricæ concupiscentiæ, voluptates carnales, *ibid.*, 950. — Herbæ aculeis refertæ, vitia et tentationum inflictiones : S. Eucher., L, 742.
HIEMS, præsens vita, persecutio vel tribulatio : S. Eucher., L, 741. — Abundantia iniquitatis, malitia : Raban. Maur., CXII, 953.— Per hiemem figuratur vita præsens : S. Greg. Mag , LXXIX, 498. — Hiems significat peccatum : Rupert. abb., CLXVIII, 867. — Hiems infidelitatem designat : Alanus de Insulis, CCX, 69.
HIRCUS, motus luxuriæ, carnis immunditiæ : Raban. Maur., CXII, 954.
HŒDUS, appetitus carnis, *ibid.*, 953. — Hœdi dicuntur motus carnis : S. Eucher., L, 752.
HOMO dicitur culpa, infirmitas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 133.
HUMOR, concupiscentia carnis : Rabanus Maur., CXII, 939.
IGNIS dicitur avarus, vindicta, vesania impatientiæ, luxuria, concupiscentiæ, indignatio, iracundia, *ibid.*, 966. — Malitia, luxuria, avaritia, invidia : Garner. de S. Victore, CXCIII, 355.— Igni sacro comparatur usura : Petr. Cantor, CCV, 157.
IMAGO, exempla mala : Raban. Maur., CXII, 969.
IMPETIGO, avaritia, *ibid.*
INFERNUS, avaritia, deperatio, peccatum criminale, *ibid.*, 970.
INVIDIA significatur per cor mœrens : Rupertus abb., CLXVII, 1275. — Detractionis mater est invidia : Petrus Cantor, CCV, 53. — Invidia vermi comparatur : Alanus de Insulis, CCX, 128.
JERICHO figura est sæcularium voluptatum : S. Damas., XIII, 350.
JUGUM, peccatum : Raban. Maur., CXII, 972.
JUNIPERUS dicuntur peccata, *ibid.*
LABRUSCÆ dicuntur vitia, *ibid.*, 977.
LAC, blandimentum peccati, *ibid.*, 978.— Lacti coagulato comparatur superbia : Petrus Cantor, CCV, 46.
LACUS, calamitas mundi, corruptio carnis, vitia : Rab. Maur., CXII, 978. — Peccatum : Garn. de S. Vict., CXCIII, 302.
LAMIA, simulatio : Raban. Maur., CXII, 979.
LANCEÆ, jacula tentationis, fraudes præmeditatæ, *ibid.*, 980.
LAPIS, cordis duritia, dura peccati consuetudo, dura gentilium corda : Garner. de S. Victore, CXCIII, 350. — Lapis, duritia cordis : Raban. Maur., CXII, 981.
LAQUEARIA infirmitates figurant : Alanus de Insulis, CCX, 64.
LAQUEUS, suggestio, deceptio : Raban. Maur., CXII, 982.
LECTUS, caro, concupiscentia, delectatio carnis, reprobus sensus, *ibid.*, 983.
LEPRA, peccatum vel falsa doctrina, *ibid.*, 985.— Lepra spiritualis peccatum : Alanus de Insulis, CCX, 279.
LEX corruptio, stimuli carnis : Raban. Maur., CXII, 984.
LIGNUM, doli iniquitatis, *ibid.*, 985. Ligna, vitia, cogitationes invidæ, *ibid.*, 986. — Ligna dicitur insensibilitas mentis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 329.
LINGUA, falsitatis doctrina, *ibid.*, 176.
LIPPUS, caligo mentis : Raban. Maur., CXII, 987.
LITTUS, finis sæculi : S. Eucher., L, 742.
LOCULUS, conscientia mala : Rabanus Maurus, CXII, 989.
LOCUSTA, inanis gloria, *ibid.*, 988.
LUMBI, libido, *ibid.*, 990. — Luxuria : Garn. de S. Vict., CXCIII, 229.
LUPUS, fraus et dolus : Raban. Maur., CXII, 991.
LUTUM, peccatorum glutinum : S. Eucher., L, 742. —

Res mundiales, illecebra carnis, fetor vitiorum : Raban. Maur., CXII, 991.
LUTUS, illecebra desiderii carnalis : Garn. de S. Vict., CXCIII, 276.
MACULA est peccatum : Raban. Maur., CXII, 992.
MAGI. Hypocrisis per magos figuratur : Ven. Godefrid., CLXXIV, 450.
MALLEUS, percussio cœlestis : Rabanus Maur., CXII, 997.
MALUM, adversitas, *ibid.*, 992
MAMMÆ, erroris prædicatio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 223.
MANE et vespere mutabilitatem significant : Ven. Godefrid., CLXXIV, 135.
MANUS sumitur pro vindicta : S. Bruno Carthus., CLII, 886.
MARE, sæculum : S. Eucher., L, 742. — **Mare significat mundanam sapientiam aut sæculum præsens, æstuans undis persecutionum** : Raban. Maur., CXII, 311. — **Mare sumitur pro amaritudine** : S. Bruno Carthusian., CLII, 939.
MAXILLA gulam significat : Rupertus abb., CLXVIII, 174
MOAB, peccatum : Raban. Maur., CXII, 1000.
MONILIA, blandimenta vitiorum, *ibid.*
MONS, superba corda, *ibid.*, 1001.
MORS, superbia, supernum odium, peccatum, *ibid.*, 1002. — **Carnalis consuetudo morte significatur** : S. August., XL, 79. — **Mortis nomine venit peccatum** : Alcuin., C, 431. — **Porta mortis dicitur omnis illecebra sæcularis** : Raban. Maur., CXI, 385.
MULIER, vanitas mundi, crudelitas, doctrina hæretica, impietas, id., CXII, 1002. — **Impietas, infirmitas, vitia** : Garner. de S. Vict., CXCIII, 147. — **Mulier typus est vitæ mollis** : Ven. Godefrid., CLXXIV, 825.
MURUS significat vanam spem : Rupert abb., CLXVII, 390. — **Murus, impedimentum bene faciendi** : Garner. de S. Victore, CXCIII, 392.
MUSCA, spurcitiæ idololatriæ : S. Eucher., L, 748. — **Inquietudo cordis** : Raban. Maur., CXII, 1003. — **Insolentes curæ** : Garner. de S. Victore, CXCIII, 84.
MUSTUM, vehementia pravæ mentis : Rabanus Maur., CXII, 1003.
MYRRHA, res amara, dura tribulationum significat : S. Bernard., CLXXXIII, 993.
NARES dicitur præstolatio, fatuitas : Rab. Maur., CXII, 1004.
NEBULA, ignorantia, *ibid.*, 1005.
NERVUS, afflictio, *ibid.*
NIGREDO, conscientia mala, *ibid.*, 1006.
NITRUM, perversa mens, *ibid.*
NIX, interdum bonum, interdum malum significat : Rupert. abb., CLXVIII, 176.
NOX, iniquitas, infidelitas, adversa, error, ignorantiæ cæcitas : S. Eucher., L, 741. — **Tribulatio, ignorantia, peccatum, obscuritas sæculi, afflictiones** : Raban. Maur., CXII, 1007. — **Sæculi vita** : S. Bernard., CLXXXIII, 105. — **Ignorantia,** *ibid.*, 1196. — **Consensus ad culpam, obscuritas ignorantiæ** : Garner. de S. Victore, CXCIII, 376. — **Nox adversa significare solet** : S. Bernardus, CLXXXIII, 183, 956.
NUBES dicitur caligo ignorantiæ : Garner. de S. Vict., CXCIII, 49. — **Nubes significat bonitatem** : Adamus Scot., CXCVIII, 788.
OCCIDENS, vitæ melioris defectus : S. Eucher., L, 741. — **Defectus virtutis** : Raban. Maur., CXII, 1010.
OCULUS, concupiscentiæ, illicitæ cogitationes, motus cordis, asperiores aspectus, *ibid.*, 1009. — **Oculus signat ignorantiam** : Ven. Godefrid., CLXXIV, 927.
OLEUM significat adulationem : Rupert. abb., CLXVIII, 180.
OLLA, cor carnale, carnalia opera : Garn. de S. Vict., CXCIII, 459.
ORTUS, voluptas : Raban. Maur., CXII, 1013.
OSTIUM, desideria carnis : Garner.de S. Vict., CXCIII, 406.
OS, pravæ consuetudines, prava doctrina : Rab. Maur., CXII, 1013.
OS, prava cogitatio, peccatum grande, *ibid.*
OTIOSI peccatores sunt nominandi : Ven. Godefrid., CLXXIV, 134.
OVES fatuitatem moraliter significant : Ven. Guibert. abb., CLVI, 115. — **Ovis errans peccator est a Deo aberrans** : S. Fulgentius, LXV, 232.
PALLIUM dicuntur exteriora peccata, prava vetustas, superbia, elationes : Raban. Maur., 1018.
PANIS, delectatio carnalis, *ibid.*, 1021.
PARIES, obstinatio, præterita peccata, *ibid.*, 1022. — **Peccati duritia** : Garner. de S. Victore, CXCIII, 401. — **Paries significat peccata nostra** : Rupert. abb., CLXVIII, 864 — **Hypocrisis dicitur paries dealbatus** : Petr. Lomb. CXCI, 879.
PECCATUM, pœna peccati, fomes peccati : Rab. Maur., CXII, 1024.
PECTUS, cogitatio luxuriæ, cor : Garner. de S. Vict., CXCIII, 220. — **Superbia** : Raban. Maur., CXII, 1023.
PELLIS, carnis motus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 282.
PERA in Scriptura significat publicam substantiam : Alcuin., C, 425
PEREGRINUS, concupiscentia : Rabanus Maur., CXII, 1027.
PES, exemplum malum, *ibid.*, 1025.
PETRA, duritia torporis : Garner. de S. Vict., CXCIII, 349.
PHIALÆ dicuntur persecutionis supplicium, *ibid.*, 459.
PILI, peccata : Raban. Maur., CXII, 1028. — **Superfluæ humanæ corruptionis vel vitæ veteris cogitationes** : Garn. de S. Victore, CXCIII, 164. — **Pili significant substantiam sæculi** : Ven. Guibert. abb. CLVI, 515.
PLAGA, peccata : Raban. Maur., CXII, 1019.
PLANTA, infima actio, *ibid.*
PLUMBUM, pondus peccati, *ibid.*, 1034. — **Peccatum avaritiæ** : Garner., CXCIII, 318.
POPULUS. Cogitationes carnales designantur per populum : Alanus de Insulis, CCX, 195.
PORTA, opera mala, consuetudines pravæ : Rab. Maur., CXII, 1031, — **Actiones malæ, cogitationes pravæ** : Garner. de S. Victore, CXCIII, 492.
PRESSURA. gentium denotat pressuram vitiorum : Ven. Godefrid., CLXXIV, 56.
PRIMOGENITUM, superbia : Raban. Maur., CXII, 1029.
PRUINA est temporalis miseria : Rupert. abb., CLXVIII, 995.
PULMO. In pulmone notatur superbia, illic inflatio, illic anhelitus : S. Eucher., L, 752.
PULVILLUS, adulatio : Raban. Maur., CXII, 1034.
PULVIS, carnis vanitas : S. Eucher., L, 742.
PUTREDO : Raban. Maur., CXII, 1033. — **Caligo terrenæ cogitationis** : Garner. de S. Victore, CXCIII, 250.
PURPURA, superbia : Raban. Maur., 1034.
PUTEUM, mortalitas, profunditas vitiorum, *ibid.*, 1035; Garner. de S. Victore, CXCIII, 300.
QUADRANS, minuta peccata : Rabanus Maurus, CXII, 1041.
QUERCUS dicitur duritia desperationis, sterilitas mentis, *ibid.*, 1036.
RAMUS dicitur voluptas carnis, *ibid.*, 1037.
RANA garrulitatem significat : S. Bruno Carthus., CLII, 1048,
RAPINA, præsumptio : Raban. Maur., CXII, 1037.
REGINA, superbia mundi, *ibid.*, 1038.
REGULUS, concupiscentia, *ibid.*, 1039.
RENES, opera libidinis, opera genitalia, delectatio carnis, *ibid.* — **Voluptas carnis** : Garner. de S. Victore, CXCIII, 231.
REPTILIA, cogitationes terrenæ : Raban. Maur., CXII, 1039 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 130.
RETE. peccatum : Raban. Maur., CXII, 1039.
REX, peccatum, *ibid.*, 1037.
RHAMNUS, delectatio peccati, *ibid.*
RUBIGO, iracundia. malitia, *ibid.*, 1041.
RUGA, perfidia, *ibid.*
SABBATUM dicitur torpor et negligentia, *ibid.*, 1042.
SACCULUS in Scriptura significat occultam divitiarum substantiam : Alcuin., C, 425.
SAGITTÆ mortalitatem significant : S. Bruno Carthus., CLII, 792.
SALIUNCA, cogitatio terrena : Rabanus Maurus, CXII, 1045.
SANGUIS, carnalis intellectus, peccatum, angustia, ultio peccati, crudelitas, opera libidinis, *ibid.* — **Carnalis intellectus, peccatum, cruentæ mentis malitia** : Garner. de S. Victore, CXCIII, 212.
SANIES, delectatio carnis : Raban. Maur., CXII, 1046.
SCABIES, luxuria, macula cordis, *ibid.*, 1043.
SCORPIO, desperatio, *ibid.*, 1060.
SCUTUM excusationes denotant : Richard. a S. Vict., CXCVI, 663.
SEMEN, peccatum : Rabanus Maurus, CXII, 1048. — **Cogitatio mala semen est peccati** : Adam. Scot., CXCVIII, 449.
SEMITA, superbia, angustia mortis : Rab. Maur., CXII, 1049.
SENTES, delectationes pravæ, *ibid.*

SEPULCRUM, locutio prava, opera terrena, *ibid.*, 1050.
SERPENS, incredulitas, detractiones, peccata, *ibid.*, 1051. — Serpens est mala cogitatio : S. Paulin. Aquileiens., XCIX, 231. — Serpentis typum accepit delectatio corporalis, mulier symbolum est sensus nostri, Adam mentis : S. Ambros., XIV, 311.
SIMULACRA Pompa mundi simulacris comparatur : Gillebert., CLXXXIV, 286.
SINISTRA, opus pravum : Raban. Maur., CXII, 1055.
SITIS, cupiditas, *ibid.*, 1057.
SOL significat tentationum æstus : Ven. Guibert. CLVI, 284.
SOLITUDO, separatio ab Ecclesia : Garn. de S. Vict., CXCIII, 269.
SOMNUS, torpor negligentiæ : Rabanus Maurus, CXII, 1059.
SPECTACULA, ecclesia sunt diaboli : Tertullianus, I, 658.
SPINA, superbia cordis, malitia cordis : Rab. Maur., CXII, 1056. — Peccatum, vitiorum punctiones : Garn. de S. Victore, CXCIII, 339. — Spina symbolum est peccati : Adam. Scot., CXCVIII, 759. — Spinæ, noxiæ divitiarum curæ animum suffocantes et hujus mundi sollicitudines : S. Eucher., L, 742.
SPIRITUS dicitur superbiæ tumor : Garn. de S. Vict., CXCIII. 155,
SQUAMÆ, excusationes pravæ : Rabanus Maur., CXII, 1046.
STANNUM, falsa doctrina, *ibid.*
STATURA, superbia, *ibid.*, 1047.
STERCUS, res mundialis supra Deum dilecta, fetor luxuriæ, peccata carnis, *ibid.*, 1053. — Fetor luxuriæ, peccatum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 278.
STERQUILINIUM, fetor internorum : Rabanus Maur., CXII, 1053.
STIPULA, humana abjectio : Garner. de S. Victore CXCIII, 437.
STRUTHIO, hypocrisis, *ibid.*, 79.
SULPHUR, fetor vitiorum, ardens fetor pœnæ : Rab. Maur., CXII, 1061.
TALENTUM dicitur pondus peccati, *ibid.*
TELÆ aranearum, opera temporalis concupiscentiæ, quæ nulla solidantur subtilitate, quæ ventus rapit mortalis : S. Eucher., L, 754. — Aranearum telæ comparatum mendacium propter debilitatem suam : Rupertus abbas, CLXVIII, 128.
TEMPESTAS persecutionum vel tribulationum impetus : S. Eucher., L, 739.
TEMPLUM, patria cœlestis : Raban. Maur., CXII, 1064.
TENEBRÆ, caligo ignorantiæ, iniquitas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 378. — Angustiæ significantur per tenebras : Philipp. de Harveng, CCIII, 1175.
TERNARIUS numerus designat tria genera peccati : Garner. de S. Victore, CXCIII, 442.
TERRA, mens prava, infirma actio : Raban. Maur., CXII, 1065.
TINEA, carnis tentatio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 133.
TORRENS, persecutionis incursus : S. Eucher., L, 742.
TRABS, odium : Raban. Maur., CXII, 1063.
TRIBULUS, pravæ delectationes, *ibid.*, 1067. — Tribuli, aculei vitiorum vel tentationum : S. Eucher., L, 742.
TUNICA, interiora delicta : Raban. Maur., CXII, 1069. — Originale peccatum tunicæ comparatur : Vener. Godefrid., CLXXIV, 39.
TURRIS, superbia hujus mundi : Raban. Maur., CXII, 1070.
TYRUS significat superbiam : Rupert. abb., CLXVIII, 147.
UBERA dicuntur illicita blandimenta, illicita desideria : Raban. Maur., CXII, 1084.
ULCUS, consuetudo mala, peccata, *ibid.*
UMBILICUS, luxuria, *ibid.*, 1085 ; Rupert. abb., CLXVIII, 942 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 228.
UMBRA, oblivio vel peccata, delectatio peccatorum, oblivio mentis : S. Eucher., L, 741. — Umbra designat infirmitatem tam corporis quam animæ : Alanus de Insulis, CCX, 71.
UNCINUS pomorum significat avaritiam : Rupert. abb., CLXVIII, 355.
UNGUENTUM, delectationes carnis : Raban. Maur., CXII, 1085.
URTICA, asperitas vitiorum, affectiones pravæ, *ibid.*, 1086. — Ardor vitiorum, pruritus terrenorum desideriorum, prurigines cogitationum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 424.
UTER, carnalis cordis cogitatio, *ibid.*, 460.
UXOR, voluptas carnis : Raban. Maur., CXII, 1087. — Carnalis cogitatio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 142. — Uxor symbolum est concupiscentiæ : Ven. Godefrid., CLXXIV, 908.
VACCA dicitur sensualitas : Raban. Maur., CXII, 1072.
VAGINA, prava cogitatio, *ibid.*
VAPOR, cæcitas cordis, *ibid.*
VAS, opus pravum, *ibid.*, 1086.
VENENUM, malitia, *ibid.*, 1073.
VENTER, avaritia, *ibid.*, 1071. — Avaritia, opus luxuriæ : Garner. de S. Victore, CXCIII, 226.
VENTUS, iniquitas mentis : Raban. Maur., CXII, 1071. — Venti superbia : Garner. de S. Victore, CXCIII, 51.
VEPRES, punctiones vitiorum : Raban. Maur., CXII, 1074.
VERMIS, luxuria : *ibid.*, 1075. — Vermes, cogitationes inquietæ, curæ carnales : Garner., CXCII, 130.
VESPERE, finis vitæ vel sæculi, vel pœnæ : S. Eucher., L, 741.
VESPERTILIO, error mentis : Raban. Maur., CXII, 1077. — Vespertiliones, idolorum monstra, vel cogitationes immundæ : S. Eucher., L, 748.
VESTIGIA, mala exempla : Raban. Maur., CXII, 1076.
VINCULA, peccata, *ibid.*, 1079.
VINDEMIA, consummatio sæculi, vel vindicta in populum : S. Eucher., L, 742.
VINUM, delectatio peccati, amor mundi : Raban. Maur., CXII, 1078. — Oblectamenta mundi significantur per vinum : Wolbero abb., CXCV, 1188.
VIPERA, actus peccati : Raban. Maur., CXII, 1079. — Subita tentatio : Garner. de S. Victore, CXCIII, 128.
VITIS aliena dicitur Adam : Vener. Godefrid., CLXXIV, 831.
VITRUM fallax blandimentum hujus sæculi : Raban. Maur., CXII, 1082.
VITULUS, superbia cordis, lascivientes motus cordis, *ibid.* — Vituli Libani denotant præsumptionem : Richard. de S. Victore, CXCVI, 295.
VOLUCRES a sacrificio Abrahæ abactæ, figura malarum et inutilium cogitationum : Vener. Hildebert. Cenoman., CLXXI, 143, 430.
VOX, motus concupiscentiæ : Raban. Maur., CXII, 1083.
VULNUS, peccatum, *ibid.*, 1084.
VULPES, tentationes : S. Bernard., CLXXXIII, 1083. — Vulpes dicuntur vitia quæ sub specie virtutis nos fallunt, *ibid.*, 1084.
ZELUS dicitur invidia : Raban. Maur., CXII, 1088.
ZIZANIA, scandala : S. Eucher., L, 742.

ARTICULUS XII.

Allegoriæ quæ ad novissima nostra spectant.

ABYSSUS dicitur infernus, dolores mortis : Raban. Maur., CXII, 852. — Infernus : Garner. de S. Victore, CXCIII, 284.
ACCUBITUS, cœlestis patria : Raban. Maur., CXII, 854.
ACERVUS lapidum, increpatio ultimi judicii, *ibid.*
ADAMANS dicitur æternitas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 356.
ÆGYPTUS, infernus : Raban. Maur., CXII, 915.
ÆS, damnatio, *ibid.*, 917.
ÆSTAS, dies judicii, *ibid.*, 917 ; Garner. de S. Victore, CXCIII, 388.
AQUA, pœnæ infernales : Raban. Maur., CXII, 860 — Cruciatus inferni : Garner. de S. Victore, CXCIII, 279.
ARCUS, comminatio judicii : Raban. Maur., CXII, 862, — Dies extremi judicii, supernum judicium : Garner. de S. Victore, CXCIII, 324.
BABYLON dicitur infernus : Raban. Maur., CXII, 872. — Babylon typus est inferni : Philipp. de Harveng, CCIII. 1140.
BATUS, judicium : Raban. Maur., CXII, 874.
BELLUM, ultima damnatio, *ibid.*
CADAVER dicitur pœnæ damnatorum, *ibid.*, 878.
CALCULUS æternitas supernæ patriæ, *ibid.*, 880.
CALIGO, dies novissima, examen extremi judicii, *ibid.*, 879.
CALOR, pœna reproborum, *ibid.*, 880.
CAMINUS, infernalis vita, *ibid.*, 882.
CARCER, infernus, *ibid.*, 886.
CARO, pœnæ reproborum, *ibid.*
CATULUS, homines reprobi, *ibid.*, 889.

CEDRUS, in Scriptura sacra cedri nomine aliquando alta excellentia gloriæ cœlestis; aliquando cœlestis gloriæ celsitudo : S. Gregor. Mag., LXXVI, 649.
CELLARIUM vocatur cœlum : Alan. de Insulis, CCX, 56.
CENTENARIUS numerus qui in computo digitorum de læva transfertur in dexteram, nonnunquam in Scripturis, vitæ cœlestis habet figuram : Raban. Maur., CXI, 470.
CETUS. mors, id., CXII. 893.
CISTERNA, infernus, *ibid.*, 896.
CIVITAS, patria cœlestis, infernus, *ibid.*, 897. — Civitas munita, cœlum : S Bruno Herbipolens., CXLII, 231. — Infernus, *ibid.*, 400.
CLIBANUS, examen judicii : Raban. Maur., CXII, 894.
CŒLUM, beatitudo cœlestis, *ibid.*, 891. — Cœlestis vita : Garner. de S. Victore, CXCIII, 30.
CŒNA, refectio vitæ æternæ, *ibid.*, 892.
CRYSTALLUS significat claritatem et firmitatem æternæ patriæ : Rupert. abb., CLXVII, 1435.
DESERTUM, cœlum : Garner de S. Victore, CXCIII, 268. — Per desertum recte intelligitur infernus, ubi electorum nullus invenitur et in quo ærumnarum solatia nulla sentiuntur : S. Gregor. Mag., LXXIX, 355.
DIADEMA dicitur judicium : Raban. Maur., CXII, 909.
DIES, patria cœlestis, *ibid.* — Æternitas : Garner. de S. Victore, CXCIII, 370.
DILUVIUM, judicium extremum : Raban. Maur., CXII, 911.
DOMUS, mors, *ibid.* — Cœli habitaculum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 395. — Domus significat aliquando internum : Rupert. abb., CLXVIII, 740.
DORMITIO, mors : Raban. Maur., CXII, 913.
EDOM, infernus, *ibid.*, 914.
ESCA, refectio patriæ cœlestis, *ibid.*, 917.
FALX dicitur mors, *ibid.*, 921.
FINIS, vita æterna, æternus interitus, æternitas, *ibid.*, 932.
FLUVIUS, extremum examen, *ibid.*, 934. — Ignis extremi judicii : Garner. de S. Victore, CXCIII, 291.
FONS, æterna beatitudo : Raban. Maur., CXII, 932.
FOVEA, infernus, *ibid.* — Barathrum inferni : Garner. de S. Victore, CXCIII, 274.
FRAMEA, mors : Raban. Maur., CXII, 922.
FRIGUS, asperitas extremi judicii, *ibid.*, 937.
FRUCTUS, æterna beatitudo, præmia æterna, mors æterna, *ibid.*, 938.
FULGUR, sententiæ extremi judicii, *ibid.*, 933. — Tremendæ extremi judicii sententiæ : Garner. de S. Victore, CXCIII, 60.
FUMUS, caligo damnationis : Raban. Maur., CXIII, 935.
GAZOPHYLACIUM, patria cœlestis, *ibid.*, 943.
GLADIUS, mors, extremum judicium, æterna damnatio, *ibid.*, 940. — Sententia futuri judicii, pœna damnationis æternæ : Garner. de S. Victore, CXCIII, 322.
GOMORRHA. In Sodoma et Gomorrha significatur dies extremi judicii : S. Prosper. Aquitan., LI, 745.
HERBA dicitur gaudium æternum : Raban. Maur., CXII, 950.
HIEMS, ultimum judicium, *ibid.*, 953.
HODIE, æternitas, *ibid.*, 954.
IGNIS, pœna æterna, *ibid.*, 966 — Ardor gehennæ : Garner de S. Victore, CXCIII, 355.
JACINTHUS dicuntur præmia æterna, *ibid.*, 965.
JERUSALEM habitatio cœlestis patriæ, *ibid.*, 966; CXI, 337, 379.
JUDÆA significat cœlestem patriam, *ibid.*, 339.
JUDICIUM, damnatio, id., CXII, 973.
JUGUM, ponderosa inferni habitatio, *ibid.*, 972.
LACUS, infernus, *ibid.*, 978; Garner. de S. Victore, CXCIII, 302. — Infernus lacus, pœnalis locus : S. Hilar., IX, 540
LAMPAS, examen judicii : Raban. Maur., CXII, 981.
LECTULUS, beatitudo æterna, *ibid.*, 983.
LILIUM, beatitudo cœlestis, *ibid.*, 986. — Per lilia supernæ claritas patriæ atque immortalitatis floribus redolens paradisi designatur amœnitas, id., CIX, 457.
LOCUS, patria cœlestis, id., CXII, 987.
LONGITUDO, æternitas, *ibid.*, 989.
MARE, infernus, pœna gehennalis, *ibid.*, 993.
MATER dicitur Hierusalem cœlestis : S. Eucher., L, 755.
MATUTINUM dicitur dies judicii : Raban. Maur., CXII, 793.
MENSA, patria cœlestis, *ibid.*, 998.
MONS. Cœlum monti comparatur : S. Bernard., CLXXXIII, 626.
MORS, pœna æterna : Raban. Maur., CXII, 1002.
NIX dicitur æterna damnatio, *ibid.*, 1006.
NOX, mortis acerbitas : S. Eucher., L, 741.
NUPTIÆ, gaudia cœlestis patriæ : Raban. Maur., CXII, 1008.
OCTONARIUS numerus designat diem æterni judicii : Garner. de S. Victore, CXCIII, 450.
ORTUS, cœlestis patria : Raban. Maur., CXII, 1013.
PISCIS, mors, *ibid.*, 1030.
PLAGA, æterna damnatio, *ibid.*, 1019.
PORTA, ultimum judicium, *ibid.*, 1031. — Dies judicii : Garner. de S. Victore, CXCIII, 402.
PROFUNDUM, infernus, *ibid.*, 303.
PUTEUS. Inferni putei interitus nomine nuncupati sunt : S. Hilar., IX, 836.
REGNUM, patria cœlestis : Raban. Maur., CXII, 1038.
SANGUIS, pœnæ inferni, *ibid.*, 1045.
TEMPLUM, patria cœlestis, *ibid.*, 1064.
TENEBRÆ, supplicia inferni : Garner. de S. Victore, CXCIII, 378.
TERRA, regnum cœlorum, infernus : Raban. Maur., CXII, 1065. — Infernus : Garner. de S. Victore, 239.
THRONI, tribunal futuri judicii : Raban. Maur., CXII, 1069.
TINEA, tormentum inferni, *ibid.*, 1067.
TORRENS, mortis dilapsus : S. Eucher., L, 742. — Ultimum judicium : Raban. Maur., CXII, 1068. — Ignis extremi judicii : Garner. de S. Victore, CXCIII, 297.
UMBRA, mors carnis : S. Eucher.. L, 741. — Obscuritas inferni : Raban. Maur., CXII, 1085.
VALLIS, ima pœnarum loca : Garner. de S. Victore, CXCIII, 258.
VELUM, cœlum : Raban. Maur., CXII, 1075.
VENTILABRUM, discrimen judicii, *ibid*, 1071.
VERMIS, vestimenta inferni, *ibid.*, 1075. — Vermis nomine intelligi potest memoria animi peccatoris in inferni pœna constituti, id., CXI, 236.
VESTIBULUM, vita æterna, id., CXII, 1076.
VIA, status reproborum, *ibid.*, 1077.
VIRENTIA, æterna bona, *ibid.*, 1081.
VIRGA, sententia judicis, *ibid.*

ARTICULUS XIII.

Allegoriæ quæ ad sacram Scripturam spectant.

ABYSSUS dicitur profunditas Scripturarum; item profunditas Veteris et Novi Testamenti : S. Eucher., L, 739; Alcuin., C, 423. — Vetus et Novum Testamentum vocatur abyssus : Raban. Maur., CXII, 852. — Abyssi duæ sunt duo Testamenta : S. Bruno Herbipolens., CXLII, 178.
ACERVUS. Libri sacri sunt tritici acervus : S. Bernard., CLXXXV, 182.
ACETUM. Per acetum lex vetus exprimitur quæ diu in populo priore perseverans, Pharisæorum traditionibus corrupta, nativum saporem servare non potuit : Raban. Maur., CVIII, 1208.
ADEPS, simplex intellectus Scripturæ, id., CXII, 852.
ADVERSARIUS, Scriptura sacra, *ibid.*, 872.
AGER, Scriptura sacra, *ibid.*, 854; Garner. de S. Victore, CXCIII, 256. — Potest agri nomine Scripturæ sacræ latitudo signari : S. Gregor. Mag., LXXV, 1150.
ALÆ, duo Testamenta : S. Eucher., L, 748. — Alarum seraphim tria paria, tres intellectus Scripturæ significant : Alan. de Insulis, CCX, 270.
ANNULUS. Liber evangeliorum dicitur annulus : Raban. Maur., CXII, 858. — In quatuor annulis quibus altare portabatur, quatuor Evangelistarum libri non inconvenienter accipiuntur, id., CVIII, 210.
AQUA significat Scripturam sacram : Vener. Guibert., CLVI, 42, 50, 56; Rupert. abb., CLXVII, 902; Garner. de S. Victore, CXCIII, 279. — Aqua Vetus signat Testamentum : S. Petrus Damian., CXLIV, 909. — Arcana locutio prophetarum, sancta prædicatio Christi aqua dicitur : Raban. Maur., CXII, 860. — Aquæ amaræ occidentis litteræ et legis habent figuram : Raban. Maur., CVIII, 76. — Aqua sapientiæ est sermo divinus : S. Bernard., CLXXXIII, 878. — Aqua tenebrosa dicitur Scriptura prophetarum et apostolorum : S. Bruno Herbipolens., CXLII, 93. — Aqua scientiam Scripturæ notat : S. Eucher., L, 741 ; Vener. Godefrid., CLXXIV, 783.
ARBOR. Sacri codices dicuntur arbor : Garner. de S. Victore, CXCIII, 333.
ARCA significat spiritalem Scripturæ sacræ scientiam : S. Gregor. Mag., LXXIX, 202.
ARCTURUS, Vetus Testamentum : Raban. Maur., CXII, 862. — Vetus lex : Garner. de S. Victore, CXCIII, 47.
ARCUS, Scriptura sacra : Raban. Maur., CXII, 862 : Garner. de S. Victore, CXCII, 324. — Arcus nomine in sacro eloquio ipsa eadem eloquia divina signantur : S.

Gregor. Mag., LXXVI, 133. — Arcus Domini Novum et Vetus Testamentum dicitur : S. Bruno Herbipol., CXLII, 65, 230.

ARGENTUM, dicuntur divina eloquia : S. Gregor. Mag., LXXIX, 253, 506; Garner. de S. Victore, CXCIII, 311. — Sacra Scriptura est aurum et argentum Domini : Rupert. abb., CLXVIII, 248. — Aurum significat interiorem sensum Scripturæ; argentum vero exteriorem : Rupert. abb., CLXVIII, 853. — Nitor eloquentiæ divinæ, argentum : Raban. Maur., CXII, 863.

ARUNDO, Scriptura sacra, *ibid.*, 949.

AURUM legem et prophetas signat : Rupert. abb., CLXVII, 1413.

BASES columnarum sunt libri legis et prophetarum : Raban. Maur., CXI, 394.

BINARIUS numerus duo Testamenta indicat : Garner. de S. Victore, CXCIII, 439.

BRACHIUM. Scripturæ veritates significantur per cor et brachium : Rupert abb., CLXVIII, 934.

BUTYRUM designat sensum tropologicum sacræ Scripturæ : Alanus de Insulis, CCX, 240.

CALAMUS, Scriptura sacra : Garner. de S. Victore, CXCIII, 425.

CALIGO dicitur prophetia : Raban. Maur., CXII, 879. — Caligo profunditas est Scripturarum : S. Bruno Herbip. CXLII, 92.

CALIX, Scriptura sacra : Raban. Maur., CXII, 879. — Duo intelligi debent Testamenta per duos calices, unus ad agnum pertinens, alter ad mysterium corporis : S. Paschasius Radbert., CXX, 1360.

CAMELI decem servi Abraham sunt decem præcepta legis : Rupert. abb., CLXVII, 437.

CAMPI. Scripturæ divinæ dicuntur campi ; S. Eucher., L, 741.

CANALES, sacra Scriptura : Rab. Maur., CXII, 883 ; Garnier. de S. Victore, CXCIII, 303.

CANCELLI per quos dilectus in pariete prospicit sunt Evangeliorum documenta : Wolbero abb., CXCV, 1110.

CANISTRUM ubi panes offeruntur significat Scripturam sanctam ubi refectio est spiritalis alimoniæ, evangelica doctrina conspersa atque copulata oleo lætitiæ, gratia videlicet Spiritus sancti : Raban. Maur., CVIII, 624; CXII, 882.

CAPITELLA, duo Testamenta, *ibid.*, 885.

CARO, sententiæ sacræ Scripturæ, *ibid.*, 886.

CASEUS designat sensum allegoricum sacræ Scripturæ : Alanus de Insulis, CCX, 240.

CATARACTÆ. profundæ sententiæ sacræ Scripturæ : Raban. Maur., CXII, 890.

CATHEDRA, Scriptura sacra : Hugo de S. Victore, CXCV, 510, 511.

CELLA vinaria lex est Mosaica : Alanus de Insulis, CCX, 66. — Scriptura sacra per cellam vinariam figuratur : S. Gregor. Magn., LXXIX, 495.

CELLARIA regis sunt lex et Evangelium : Wolbero abb., CXCV, 1036.

CERA, vetus lex : Raban. Maur., CXII, 893.

CHERUB, duo Testamenta, *ibid.*, 891. — Duo cherubim in tabernaculo Moysis sunt duo Testamenta : Rupert. abb., CLXVII, 1153. — Cherubim arcæ fœderis duo designant Testamenta : Adam. Scot., CXCVIII, 759.

CISTERNA, sacra Scriptura, libri sacri : Raban. Maur., CXII, 896.

CIRCULUS, sacra Scriptura, *ibid.*, 896.

CLAVIS, apertio sacræ Scripturæ, *ibid.*, 881.

CLERI, duo Testamenta, *ibid.*, 892.

CLYPEI decem sunt præcepta decalogi : S. Bernard., CLXXXIV, 1074.

CŒLUM dicitur Scriptura sacra : S. August., XXXVII, 1341, 1909; S. Eucher., L, 738; Raban. Maur., CXII, 891; Adam. Scot., CXCVIII, 276. — Scriptura sacra comparatur cœlo : Vener. Godefrid., CLXXIV, 562. — Cœli sunt libri utriusque Testamenti : S. August., XXXVI, 112. — Libri evangelici merito cœli dicuntur, quia continent Christum Salvatorem : Cassiodor., LXX, 75.

COLLIS, Scriptura sacra est colli similis : S. Gregor. Mag., LXXIX, 288.

COLLUM. Sacrum eloquium nomine colli designatur : Garn. de S. Vict., CXCIII, 190.

COLUMNA, Scriptura sacra : Rabanus Maurus, CXII, 899.

COMÆ capitis Christi, Scripturæ veritates : Rupert. abb., CLXVIII, 922.

CONCUBINA, lex vetus : Raban. Maur., CXII, 901.

CONDENSA. Opaca vel contecta Scripturæ divinæ dicuntur condensa : S. Eucher., L, 741.

CORNU, duo Testamenta : Raban. Maur., CXII, 903.

CORUSCATIONES, splendores Evangelii : S. Eucher., L, 738.

COTURNIX, duo Testamenta : Raban. Maur., CXII, 904. — Coturnices legis historicæ figuram habent, in., CXI, 250.

CURRUS Dei dicitur quadriformitas Evangeliorum : S. Eucher., L, 737.

DELICIÆ dicuntur eloquia divina : Raban. Maur., CXII, 907.

DENTES in Ecclesia sacræ Scripturæ expositores sunt : Wolbero abb., CXCV. 1150.

DIGITUS quatuor Evangelia : Rabanus Maurus, CXII, 910.

DIVITIÆ, verba legis, *ibid.*, 911.

EMUNCTORIA dicuntur duo Testamenta, *ibid.*, 915.

EXPLORATORES dicuntur duo Testamenta, *ibid.*, 918.

FACIES, vetus lex, *ibid.*, 920.

FAVUS imago est divinarum Scripturarum : S. August., XLVI, 819. — Litteralis intellectus Scripturæ sacræ favus : Raban. Maur., CXII, 922.

FEMEN, Junctura feminum, concordia duorum Testamentorum : Wolbero abb., CXCV, 1227.

FERCULUM Salomonis est Scriptura sacra : Rupert. abb., CLXVIII, 880.

FERMENTUM : Raban. Maur., CXII, 924.

FEX, littera legis, *ibid.*, 925.

FICUS imaginem legis tenet, *ibid.*, 926; S. Petr. Dam., CXLV, 469.

FIRMAMENTUM. Scriptura sacra mystice dicitur firmamentum : Rupert. abb., CLXX, 185.

FLUMEN, duo Testamenta : Raban. Maur., CXII, 935. — Flumina quatuor paradisum irrigantia, quatuor Christi Evangelia præfigurabant : S. Cyprian., IV, 412.

FLUVIUS, duo Testamenta : Raban. Maur., CXII, 934. — Scriptores sacri fluvio comparantur : S. Greg. Mag., LXXV, 513.

FONS. sacræ Scripturæ : Raban. Maur., CXII, 929.

FORCEPS, duo Testamenta, *ibid.*, 931.

FRAGMEN, secretiora legis, *ibid.*, 932.

FRUMENTUM, Scriptura sacra, *ibid.*, 938; Garn. de S. Victore, CXCIII, 430.

FUNDA, duo Testamenta : Raban. Maur., CXII, 935.

GALAAD significat sacram Scripturam, in qua fœdus et pactum inter Deum et homines constitutum legitur, id., CXI, 360; Wolbero abb., CXCV, 1149.

GEMELLI fetus duo sunt Testamenta, *ibid.*, 1150, 1155. — Gemelli fetus designant sensum allegoricum et moralem Scripturæ : Alanus de Insulis, CCX, 78.

GLADIUS bis acutus Testamentum Vetus et Novum : Petr. Lomb., CXCI, 1234.

GUTTUR dilecti sacræ Scripturæ sonus accipitur : Wolbero abb., CXCV, 1203. — Per guttur sponsi intelligitur testamentum Christi per quod nobis loquitur : S. Greg. Mag., LXXIX, 525.

HEDERA significat legis litteram : Rupert. abb., CLXVIII. 436.

HERBA, sententiæ Veteris Testamenti : Raban. Maur., CXII, 950. — Scientia Scripturæ vocatur herba : Garner. de S. Victore, CXCIII, 419.

HIEMS. Per hiemem legis austeritas : S. Greg. Mag., LXXIX, 498.

HOEDI duo quos attulit Esau Isaac significant duo Testamenta : Rupert. abb., CLXVII, 460.

HORDEUM. Legis littera vocatur hordeum : S. Euch L, 741. — Vetus Testamentum dicitur hordeum : Garn. de S. Victore, CXIII, 432.

HORTUS est sacra Scriptura : Rupert. abb., CLXVIII, 960. — Libri sacri horti sunt piorum : S. Bern., CLXXXV, 210. — Per hortos amœnitas Scripturarum significatur : Wolbero abb., CXCV, 1268.

HUMUS, Scriptura sacra : Raban. Maur., CXII, 958.

IGNIS. Scriptura dicitur ignis : S. Greg. Mag., LXXIX, 475.

IMBER matutinus et serotinus doctrina est evangelica : Rupert. abb., CLXX, 291.

JANUA, intellectus Scripturæ : Raban. Maur., CXII, 965.

LABIA Christi duo sunt Testamenta : Cassiodor., LXX, 113; S. Bruno Herbipol., CXLII, 86. — Labia Dei mystice utriusque Testamenti consonantia intelligitur : S. Euch., L, 731.

LAC. Doctrina sacra designatur per lac : Alanus de Insulis, CCX, 240. — Doctrina legis vocatur lac : Raban. Maur., CXII, 978. — Scriptura sacra potus est lactis : S. Paschas. Radbert., CXX, 1208. — Triplex Scripturæ

sensus in lacte designatur : Alanus de Insulis, CCX, 240.
LAGENA uncta oleo, propheticos libros designat : Rab. Maur., CVIII, 311.
LAPIS dicitur lex, id., CXII, 981. — Verba Scripturæ : Garner. de S. Victore, CXCIII, 350. — Quinque lapides David contra Goliath, quinque librorum Moysis typum tenent : Raban. Maur., CIX, 53.
LATUS, duo Testamenta, id., CXII, 982.
LENTICULA significant Scripturam sacram, in qua continetur promissio Spiritus sancti, id., CXI, 602.
LEO, austeritas legis, id., CXII, 983.
LEX, Vetus Testamentum, liber Psalmorum, *ibid.*, 984.
LIBER, Vetus Testamentum et Evangelium, *ibid.*, 767.
LILIUM, sacræ Scripturæ, *ibid.*, 986.
LIMEN, cœtus Veteris Testamenti, *ibid.* — Scientia sacræ Scripturæ : Garner. de S. Victore, CXCIII, 404.
LUCERNA, Scriptura sacra : Raban. Maur., CXII, 989; Rupert. abb., CLXVIII, 1087; Petr. Lombard., CXCI, 1296. — Cognitio legis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 364. — Prophetia lucerna est ante Christum parata ad illuminandam viam : S. Prosper Aquitanus, LI, 381.
LUMINARE. Testamentum Novum luminare majus, Vetus luminare minus appellari potest : Vener. Godef., CLXXIV, 441.
LUX, cognitio legis : Garner. de S. Victore, CXCIII, 361.
MANNA. Scriptura sacra dicitur manna : Raban. Maur., CXII, 995. — Manna Evangelium figurat : S. Petr., Dam., CXLV, 551.
MARE dicitur Evangelium : S. Ambros., XIV, 212. — Scripturæ sacræ mare dicuntur : S. Eucher., L, 741.
MEL. Scripturæ sensus mysticus comparatur melli : Alanus de Insulis, CCX, 209.
MENSA, Scriptura sacra : Raban. Maur., CXII, 998; S. Bruno Herbipolens., CXLII, 114; S. Bruno Carthus., CLII, 965. — Scriptura sacra mensa Judæis facta in laqueum : S. Bruno Herbipol., CXLII, 261. — Scriptura sacra mensa referta est : Petr. Lombard., CXCI, 637. — Mensa Christi est Scriptura sacra : Alcuin. C. 630. — Mensa Christiani est lex et Scriptura sacra : Rupert. abb., CLXVIII, 622.—Scriptura sacra mensa est Domini : Vener. Godefrid., CLXXIV, 992. — Quatuor mensæ ad holocaustum de lapidibus quadris exstructæ sunt quatuor Evangelia : S. Gregor. Mag., LXXVI, 1046.
MERIDIES, Scriptura sancta : Rabanus Maurus, CXII, 998.
MESSIS, Scriptura sacra, *ibid.*, 998 : Garner. de S. Vict., CXCIII, 432.
MICÆ, Scriptura sacra : Raban. Maur., CXII, 999.
MONS, Scriptura sacra, *ibid.*, 1001. — Scriptura sacra mons est umbrosus, condensus per sententias et umbrosus per allegorias : S. Gregor. Mag., LXXIX, 474. — Sacra Scriptura nomine montis designata : Garner. de S. Victore, CXCIII, 252. — Montes ærei duo sunt Testamenta : S. Petr. Damian., CXLIV, 785 : Rupert. abb., CLXVIII. 739.—Montes libros divinos designant : Raban. Maur., CXI, 359.
MUSTUM dicitur sensus Scripturæ mysticus : Alanus de Insulis, CCX, 104.
NAVIS. Duo Testamenta dicuntur navis : Raban. Maur., CXII, 1004.
NUBES præfulguræ eloquia divina sunt : S. Bruno Herbipol., LXLII, 93.
OBOLUS. Per decem obolos qui exigebantur pretium pro animalibus singulorum non aliud aptius quam observantiam decalogi legis intelligi valet : Rabanus Maurus, CVIII, 214.
OSTIUM. Intelligentia verbi Dei, ostium, id., CXII, 1014.
PALEÆ, sententiæ Scripturæ sacræ, *ibid.*, 1018.
PALLIUM. Littera Veteris Testamenti vocatur pallium, *ibid.*, 1918. — Evangelium Christi est pallium Eliæ : Rup CLXVII, 1238.
PANIS, doctrina sacra : Raban. Maur., CXII, 1021. — Libri legales, *ibid.* — Scriptura pani comparatur : Alan. de Insulis, CCX, 209. — Panis est typus divinæ Scripturæ : Philippus de Harveng, CCIII, 952. — Panes sine fermento, sive azymos conspersos in oleo, apostolicos libros intellige : Rab. Maur., CXIII, 311.
PANNI, mandata legis, id., CXII, 1021.
PALPEBRÆ. Scripturæ designantur per palpebras et per pluviam : S. Bruno Carthusian., CLII, 678.
PARABOLÆ. Per tria millia parabolarum Salomonis intelligitur plenitudo fidei in lege et in Evangeliis a Christo tradita : Raban. Maur., CIX, 152.
PARIES, Scriptura sacra, id., CXI, 1022.
PASTUS, sublimitas sacræ Scripturæ, *ibid.*
PECUNIA dicuntur eloquia divina : Garner. de S. Vict., CXCIII, 308, 309.
PELLIS, litteralis Scripturæ intellectus : Rab. Maur., CXII, 1026.
PENNÆ, duo Testamenta : S. Eucher., L, 748. — Pennæ columbæ deargentatæ significant Scripturas sacras : Rupert. abb., CLXVIII, 527.
PHARETRA Scriptura sacra : Rab. Maur., CXII., 919. —PHARETRA Patris est Scriptura sacra : S. Paschasius Radbert., CXX, 1158.
PICTURA. Scriptura sacra picturæ similis est : S. Greg. Mag., LXXIX, 473.
PLAUSTRUM. Evangelium est plaustrum super quod arca fœderis portabatur : Rupert. abb., CLXVII, 1126.
PLEIADES. Testamenti gratia vocatur pleiades : Garn. de S. Victore, CXCIII, 44.
PLUVIA. Verba sanctorum apostolorum dicuntur pluvia : S. Eucher., L, 739. — Pluvia temporanea et serotina significat Scripturam propheticam et apostolicam : Rupert. abb., CLXVIII, 92. Scripturæ designantur per pluviam : S. Bruno Carth., CLII, 678.
POMA, prophetiæ, præcepta utriusque Testamenti : Raban. Maur., CVI, 1030.
PORTA canon Veteris Testamenti et Scripturam sacram significat : Raban. Maur., CXI, 385. — Scientia Scripturæ sacræ dicitur porta : Garner. de S. Victore, CXCIII, 402.
PORTICUS, libri legales : Raban. Maur., CXII, 1031.
POSTES, libri Evangeliorum, *ibid.*, 1032.
PRÆSEPE, sacra Scriptura, *ibid.*, 1027.
PROPUGNACULA, munimenta Scripturarum, *ibid.*, 1032. — Propugnacula argentea divinorum eloquiorum sunt munimenta : Wolbero abb., CXCV, 1151.
PUTEUS, sacra Scriptura : Raban. Maur., CXII, 1033.— Scriptura vera : Rupert. abb., CLXII, 424, 434. — Libri Scripturæ : Garner. de S. Victore, CXCVII, 300.
QUADRANS. Quadripartita sacræ Scripturæ intelligentia dicitur quadrans : Raban. Maur., CXII, 1036.
QUADRIGÆ Aminadab sunt quatuor Christi Evangelia : Rupert. abb., CLXVIII, 635, 638; Vener. Godefridus, CLXXIV, 79; Wolbero abb, CXCV, 1221. — Quatuor Evangelia quasi quatuor quadrigæ sunt Novi Testamenti, cui præsidet auriga ipse Christus : Cassiodorus, LXX, 1093.
QUATERNARIUS numerus quatuor Evangelia designat : Garn. de S. Victore, CXCIII, 444.
RAMUS, doctrinæ sacræ, sacræ Scripturæ : Rab. Maur., CXII, 1037.
REFECTIO animæ est Scriptura sacra : Ven. Godef. CLXXIV, 1116.
REGNUM, sacra Scripturæ; Raban. Maur., CXII, 1038 : Vener. Godefrid., CLXXIV, 154.
RESTICULA, præcepta Dei : Rabanus Maurus, CXII, 1040.
RIVULI, sententiæ sacræ Scripturæ, *ibid.*
RIVUS, libri evangelici : Garner. de S. Vict., CXCIII, 296.
ROS significat evangelicam doctrinam : Rupert. abb., CLXVIII, 494.
ROTA habens quatuor facies est Scriptura sacra : Rup. abb., CLXVIII, 1585. — Vetus et Novum Testamentum rota : Raban. Maur., CXII, 1041. — Rota in medio rotæ Novum est Testamentum inter Vetus : Wolbero abb., CXCV, 1158.
SAGITTÆ, Scriptura sacra : Garner. de S. Victore, CXCIII, 326.
SALTERIUM, vetus lex : Raban. Maur., CXII, 1045.
SAXUM. Scripturæ sensus litteralis comparatur saxo; Alanus de Insulis, CCX, 209.
SCALA Jacob duo Testamenta significat, quæ et evangelicis intexta præceptis, credentes homines voluntatemque Dei facientes quasi per quosdam observantiæ gradus in cœlum levare consueverunt : S. Zeno, XI, 428. —Scala Jacob figura fuit duorum Testamentorum : Philippus de Harveng., CCIII, 499.
SEGES nominanda est sacra Scriptura : Ven. Godef. CLXXIV, 1059.
SERAPHIM significat Scripturam sacram : Alanus de Insulis, CCX, 269.
SICLUS, vetus lex : Raban. Maur., CXII, 1053.
SILVA, vetus lex ; *ibid.*, 1054.
SPECULUM. Scripturæ sacræ sunt speculum : S. Bern. CLXXXIV, 788. — Evangelium speculum est sacerdotum, *ibid.*, 1085.
SPICÆ, sententiæ sacræ Scripturæ : Rab. Maur., CXII, 1055.
SPOLIA, eloquia divina, *ibid*, 1059.
STATERA. Scripturæ designantur per stateram : S. Bruno Carthus., CLII, 926.

SYMPHONIA, Evangelii prædicatio : Raban. Maur., CXII, 1054.
TABULÆ Testamenti manu Dei scriptæ, fractæ et restauratæ figura sunt Veteris et Novi Testamenti, id., CVIII, 872.
TECTUM, subtilitas sacræ Scripturæ, id., CXII, 1064.
TERRA. Scriptura sacra comparatur terræ : Vener., Godefrid., CLXXIV, 181.
TONITRUA dicuntur voces Evangelii : S. Eucher., L, 738.
TORRENS, fluenta sacrorum librorum : Garner. de S. Victore, CXCIII, 297.
TURRIS cum propugnaculis significat Scripturam sacram : Rupert. abb., CLXVIII, 809.
TURTUR. Evangelii prædicatio significatur per vocem turturis : Rupert. abb., CLXVIII, 868; Wolbero abb., CXCV, 1112.
UBERA duo sunt Testamenta : Raban. Maur., CXII, 1084. — Mystica verba sacræ Scripturæ, *ibid.* — Verba sacri eloquii : Garner. de S. Victore, CXCIII, 221. — Per ubera sponsi, dulcedo Evangelii intelligitur : Cass., LXX, 1057.
UMBRA, duritia legis : Raban. Maur., CXII, 1085.
UTER, littera legis, *ibid.*
VACCA rufa signum Novi Testamenti : S. Augustin., XXXIV, 732.
VAS, Scriptura sacra : Alanus de Insulis, CCX, 238. — Scripturæ sacræ sunt vasa sacra : S. Bernard., CLXXXIV, 762.
VELUM, obscuritas Scripturæ sacræ : Raban. Maur., CXII 1073.
VENA, Scriptura sacra, *ibid.*
VESTIS, Scriptura sacra, *ibid.*, 1076.
VIA. Evangelium via lucernæ in umbra lucet, id est in sæculo : S. Ambros., XIV, 816.
VILLÆ dicuntur obscuritates Scripturæ sacræ : Alanus de Insulis, CCX, 102.
VINEA, Scriptura sacra : Raban. Maur., CXII, 1079. — Sacri codices dicuntur vinea : Garner. de S. Victore, CXCIII, 341.
VINUM, scientia legis, verbum Evangelii : Raban. Maur., CXII, 1078. — Veritas sacræ Scripturæ vino comparatur : Petr. Cantor., CCV, 240.
VIRGA, terror legis : Raban. Maur., CXII, 1081. — Virgæ duæ significant fœdus Dei cum hominibus bis initum : Rupert. abb., CLXVIII, 786.
VIRTUS, Evangelium prædicationis : S. Ambros., XV, 1355.
VISIO, revelatio : Raban. Maur., CXII, 1081.
VOLATUS, intellectus in Scripturis : S. Eucherius, L, 748.

XLVII.

INDEX DE ALLEGORIIS NOVI TESTAMENTI

ORDINE DIGESTUS ANALOGICO

ET IN ANALOGIA ORDINEM SERVANS ALPHABETICUM VARIASQUE SS. PATRUM REFERENS EXPLANATIONES.

—

In hoc Indice eumdem ac in præcedente ordinem observavimus, ideoque si libeat, hujusce Indicis XLVI *Monitum* adeat lector benevolus.

—

ARTICULUS I.

ALÆ quatuor animalium eloquia duorum Testamentorum figurant : B. Alcuinus, C, 1118. — Scriptura sacra per tres alas exprimitur : Rupert. abb., CLXIX, 918.
ANIMALIA quatuor sunt quatuor Evangelia : S. Victor., V, 324 ; S. Ambros., XV, 1253. — Viginti quatuor animalia sunt viginti quatuor libri prophetarum : S. Victorinus, V, 324.
AQUA. Scriptura sacra aquis et tonitruis comparatur : Rupert. abb., CLIX, 1090.
AQUILA volans dicitur Scriptura sacra, *ibid.*, 984, 1051.
ARCUS quem tenet sedens in equo albo Novum Vetusque Testamentum figurat : B. Alcuin., C, 1123.
CALCEAMENTUM. Evangelium dicitur calceamentum nuptiale : S. Ambros., XV, 1582.
COLLYRIUM præcepta divina significat : B. Alcuin., C, 1114.
GLADIUS prædicationem Veteris et Novi Testamenti significat, *ibid.*, 1099.
LIBELLUS apertus est gratia Novi Testamenti, *ibid.*, 1144. — Libellus acceptus de manu angeli est Scriptura sacra, *ibid.*, 1145.
LIBER scriptus intus et foris Vetus Testamentum significat quod datum est in manibus Christi : S. Victorin., V, 327. — Liber scriptus intus et foris utrumque Testamentum continere videtur : B. Alcuin., C, 1120.
LUMEN. Scriptura sacra est lumen in terra : Rupertus abb., CLXIX, 1204.
MAMILLÆ Christi duo sunt Testamenta : S. Victorin., V, 318.
OCULI. Prædicatio Veteris et Novi Testamenti per oculos animalium quatuor figuratur : B. Alcuin., C, 1118.
OSTIUM Domini est Vetus et Novum Testamentum : Ven. Godefrid., CLXXIV, 432.
PANIS sacram Scripturam designat : Rupertus abbas, CLXIX, 462.
SENIORES. Testamentum Vetus per viginti quatuor seniores et thronum indicatur : B. Alcuin., C, 1117.
TONITRUA. Prædicatio Veteris et Novi Testamenti per voces et tonitrua exprimitur, *ibid.*
TUBÆ septem perfectam Veteris et Novi Testamenti prædicationem indicant, *ibid.*, 1135.
VOX aquarum dicitur Scriptura sacra : Rupertus abb., CLXIX, 858. — Scriptura sacra dicitur vox de cœlo, *ibid.*, 1090.

XLVIII.

INDEX FIGURARUM.

VETERIS TESTAMENTI EXEGETICUS, ORDINE DIGESTUS ANALOGICO,

SED IN ANALOGIA SERVANS ORDINEM RERUM ALPHABETICUM SIMUL AC PATRUM CHRONOLOGICUM.

—

MONITUM.

Hoc in Indice, velut et in sequenti, ob utilitatem simul ac commoditatem lectoris, varias statuimus divisiones, et omnes figuras de quibus disseruere Patres, ad quinque capita revocavimus, scilicet, I. figuras quæ spectant ad Christum; II. quæ ad Ecclesiam; III. quæ ad apostolos et justos; IV. quæ ad Judæos et gentiles; V. quæ ad hæreticos et impios. Præterea ne quid lectorem fugeret, Appendicem subjecimus in quo omnes quæ vel diabolum, vel duo Testamenta exprimunt, collegimus figuras. In unoquoque articulo ordinem rerum observavimus alphabeticum, adeo ut quid quisque desideraverit statim reperiet.

PROŒMIUM.

Figura quid sit, et illius divisio.

Figura est antiphrasis, cum per contrarium verba dicuntur. S. Augustinus. XXXVIII, 634. — Typus seu figura est præsentium, aut præteritarum, aut futurarum rerum ignotarum per opera, secundum id quod opera sunt, manifestatio, Junilius African., LXVIII, 33. — Typorum quatuor sunt modi; aut enim : 1° grata gratis significantur ; v. g. Resurrectio Christi typus nostræ resurrectionis ; 2° mœsta mœstis, v. g. Reprobatio angelorum typus reprobationis malorum ; 3° mœstis grata, v. g. Transgressio Adæ typus justitiæ Salvatoris ; 4° gratis mœsta, v. g. Baptisma typus mortis Christi, Junilius African., LXVIII, 34.

I. — Figuræ quæ Christum præsignant.

AARON sacerdos, sacerdotem præfigurabat Christum; et illius virga miracula germinans, Christi præsignabat carnem, quæ virga dicitur a propheta; hæc enim arida floruit, quia mortua resurrexit, S. Ambrosius, XIV, 1060; XVI, 560; XVII, 25; S. Hieronymus, XXII, 545; S. Prosper, LI, 779; S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1244; S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 109; Alcuinus, C, 637; S. Petrus Damian., CXLV, 1034; Rupertus abbas, CLXVIII, 1368.

ABEL, ovium pastor, de primogenitis gregis offerens, Christum, bonum pastorem animarum, sacrificium suæ passionis offerentem præsignabat; et innocens fraterna mactatus impietate, Christum innocentem exprimebat a Judæis fratribus immolatum, S. Ambrosius, XIV, 1061; XVII, 813; S. Augustinus, XXXIX, 445, 460, 461; S. Leo, LV, 148; LVI, 1136; S. Maximus Taurin., LVII, 355; S. Paulinus Nolan., LXI, 359; Eugyppius, LXII, 672; S. Gregorius Magnus, LXXVI, 515; S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 99; B. Alcuinus, C, 768; S. Paschasius Radbertus, CXX, 674; S. Bruno Astens., CLXIV, 173; Rupertus abbas, CLXVII, 328, 343.

ABRAHAM, relicta cognatione sua, peregrinans in terris, et in monte filium suum immolans unicum, Salvatorem referebat in hunc mundum venientem, et pro mundi vita morientem, S. Augustinus, XXXVIII, 133; S. Prosper, LI, 746; S. Leo, 148; S. Paulinus Nolan., LXI, 359; S. Isidorus, Hispal., LXXXIII, 104; Rabanus Maurus, CVII, 551, 563; Rupertus abbas, CLXIX, 100.

ACHIMAAS, qui interpretatur decor, typum gerit Salvatoris, quia quicumque in sancta Ecclesia virtutum claritate fulgescunt, de plenitudine lucis illius accipiunt. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 404.

ACHINOE, qui interpretatur fratris requies, recte Christum figurat; ille enim frater noster est, qui pro nobis resurgens, nos fratres nuncupavit, S. Gregorius Magnus, LXXIX, 404.

ACHITOB, frater et bonus, figura Christi, qui frater noster, quia naturæ nostræ particeps; sed bonus, quia naturam nostram quam suscepit, ab æterna morte liberavit, S. Gregorius Magnus, LXXIX, 404.

ADAM, sexta die formatus, Christum sexta mundi ætate natum præbet, et quemadmodum in illo omnes moriuntur, ita et in Christo vivificantur. Quando Deus immisit Adamo soporem, ut de latere illi conjugem faceret, typum gerebat Christi dormientis in cruce. Latere illo Christi latus apertum ostendebatur. Tertullianus, II, 782. — S. Ambrosius, XV, 1611; XVII, 98, 813. — S. Hieronymus, XXII, 1101. — S. Augustinus, XXXIII, 684; XXXV, 1401, 1463; XXXVI, 461, 668; XXXVII, 1381; XXXIX, 778; XLIV, 462; XLV, 1171, 1223, 1225. — S. Prosper, LI, 735. — S. Petrus Chrysolog., LII, 378. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 99. — B. Lanfrancus, CLI, 121. — S. Bruno Carthusian., CLIII, 52. — S. Ivo Carnot., CLXII, 506. — Rupertus abbas, CLXX, 161. — Godefridus abbas, CLXXIV, 284. — Petrus Lombardus CXCII, 215.

ADONIRAM, Dominus meus excelsus interpretatus, Domini nostri aptus est typus, Rabanus Maurus, CIX, 137.

AMINADAB dicitur Christus, quia rex est et sacerdos, S. Ambrosius, XVI, 290. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 532. — Rupertus abbas, CLXVIII, 938.

AMOS, pastor et rusticus, typus est Christi, qui ab officio pastorali pecorum, id est, ab Hebræorum regimine translatus, nunc alios greges pascit in gentibus, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115.

AOD, utraque manu pro dextera utens, Christum figurat, Ven. Hildebertus, CLXXIV, 270.

ASER, qui interpretatur beatus, demonstrat Dominum Jesum Christum, cujus panis pinguis est in ore credentium, quia et delicias præbet regibus; hoc est corporis sui et sanguinis sacramenta dat sanctis, qui rite reges dicuntur, quoniam bene semetipsos vel sibi subditos regunt, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 107. — Rabanus Maurus, CXI, 46.

BANAIAS leonem in cisterna interficiens, Christi et Ecclesiæ typus, Rabanus Maurus, CIX, 137.

BENJAMIN, qui interpretatur filius dexteræ, est Dominus noster Jesus Christus amantissimus Patris, S. Gregorius Magnus, LXXIX, 262, 281. — Rabanus Maurus, CXI, 48.

BOOZ, vir potens et magnarum opum, Elimelech consanguineus, Redemptor noster, qui cognatus erat legis atque legislatoris, quia per legem promissus, de patriarcharum stirpe natus est, et originem habuit secundum carnem de gente Judæorum, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112. — Rabanus Maurus, CVIII, 1205. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 674.

CHORE, per passionem Christi redimendum populum præfiguravit, quia Chore interpretatur calvitium, sicut Dominus noster Jesus Christus in loco Calvariæ crucifixus est, S. Augustinus, XXXVII, 1069. — S. Gregorius Turon., LXXI, 1097. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 1003.

CIS, qui durus dicitur, non solum electos, sed ipsum etiam Redemptorem significat; nemo enim sibi durior exstitit. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 249, 282.

CYRUS rex, Dominum Salvatorem et nomine designat et actis, quod non ex nostra conjectura, sed ex manifestissimis Isaiæ prophetæ verbis constat. Rabanus Maurus, CIX, 536. — Rupertus abbas, CLXVII, 1521.

DAN, qui judicium vel judex interpretatur, ad illum transfertur qui judex exspectatur vivorum et mortuorum. Rufinus, XXI, 322.

DANIEL, in lacum leonum missus et a Deo erutus, Christum Dominum a Judæis traditum exprimebat. S. Prosper., LI, 809, 810. — Rupertus abbas, CLXVII, 1511.

DAVID, qui manu fortis interpretatur, Salvatoris nostri expressit imaginem, sive quod in sectatione Judæorum injustam persecutionem sustinuit, sive quod manu fortis fortem vicit diabolum atque alligavit, ejusque spolia in toto orbe distribuit; et sic fere per omnes vitæ suæ eventus Christum præsignavit, ac typus fuit tum bonorum quæ nobis contulit Christus, tum malorum quæ ipse passus est a reprobis. S. Hilarius, IX, 844. — S. Ambrosius, XIV, 251, 314, 861, 883; XV, 1506; XVII, 833. — S. Augustinus, XXXVI, 73, 148, 154, 245, 302, 305, 315, 600, 603, 619, 628, 646, 663, 664, 713, 716; XXXVII, 1238, 1845; XLII, 458. — S. Prosper, LI, 378, 380, 797, 799. — S. Leo, LVI, 1136. — S. Paulus Nolan., LXI, 248, 249, 250, 251. — Cassiodorus, LXX, 35, 43, 193, 1015. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 461, 505, 509, 642. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112. — B. Alcuinus, C, 634; CI, 133. — Rabanus Maurus, CIX, 49, 58, 342; CXI, 58. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 65. — S. Bruno Herbipolens., CXLII, 147, 210, 213, 230, 300. — S. Petrus Damian., CXLV, 624, 1111. — S. Bruno Carthusian., CLII, 691. — S. Ivo Carnot., CLXII, 507. — Rupertus abb., CLXVII, 1090, 1097, 1104, 1107, 1133, 1135, 1136; CLXVIII, 1566; CLXX, 20, 96, 143. — Godefridus abbas, CLXXIV, 298, 498. — Hugo de S. Victore, CLXXVII, 1078. — Petrus Lombardus, CXCI, 1251. — Adamus Scotus, CXCVIII, 389. — Philippus de Harveng., CCIII, 231, 536.

ELIACHIM, qui interpretatur resurrectio Domini, nullum melius designat quam Redemptorem nostrum qui ait: Ego sum resurrectio et vita. Rabanus Maurus, CIX, 550.

ELIAS, qui interpretatur Deus Dominus, sive Deus meus, aut fortis Deus, significat Christum Dominum de quo scriptum est: Dominus fortis, Dominus potens in prœlio. Idem propheta in desertum abiens, a corvis nutritus et in cœlum aereum sublatus, Christum exprimit ab angelis nutritum in deserto, et ascendentem in cœlos; et sic in plurimis vitæ suæ circumstantiis. S. Cyprianus, IV, 615. — S. Ambrosius, XVII, 834. — S. Prosper, LI, 803. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1217. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113. — Rabanus Maurus, CIX, 206, 207. — Rupertus abbas, CLXVII, 1256; CLXX, 248. — Ven. Hildebertus, CLXXIV, 1089.

ELIMELECH, interpretatur Deus meus, et quis hoc nomine melius censeri potest nominatus quam Salvator noster. Rabanus Maurus, CVIII, 1199, 1201.

ELISÆUS, qui interpretatur salus Domini, quis est alius nisi Filius ejus qui et Salvator ubique vocatur. Idem propheta, projiciens se ut mortuum erigeret, exprimebat Christum, qui de cœlo descendens et seipsum humilians, mortalitatem nostram sanavit, etc. S. Ambrosius, XVI, 1274; XVII, 834. — S. Prosper, LI, 804. — S. Gregorius Magnus, LXXV, 895. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113. — S. Bernardus, CLXXXIII, 912.

ENOCH, translatus ad cœlum, ascensionem Christi præsignabat. S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1217. — Rabanus Maurus, CIX, 223.

ESAU, ex cujus semine Job, significat Christum in gentibus per fidem. S. Prosper, LI, 750.

ESDRAS figurat domum Dei, id est, per Christum Dominum restaurationem. S. Prosper, LI, 813.

EZECHIAS, qui interpretatur apprehendens Dominum, vel fortitudo Domini, serpentem æneum frangens, et sic tollens multos idololatriæ abusus, Christum præfigurabat. Rabanus Maurus, CIX, 252; CXI, 63.

EZECHIEL typus fuit Christi, et cum dicitur filius hominis, et cum triginta annos natus vidit cœlos apertos, sicut de Christo evangelica traditio narrat; et cum stat juxta fluvium Chobar, etc. S. Hieronymus, XXV, 698. — S. Prosper, LI, 812. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 796, 797. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114. — Ra-

banus Maurus, CX, 647; CXI, 67. — Rupertus abbas, CLXVII, 1422.

GAD exprimit Christum qui in secundo eventu suo contra Antichristum dimicabit. S. Isidorus Hispalensis, LXXXIII, 107.

GEDEON, qui cum trecentis perrexit ad prœlium, typum Christi portavit, qui in signo crucis de mundo victoriam reportavit : trecentorum enim numerus T littera continetur, quæ speciem crucis ostendit : et sic in aliis circumstantiis. S. Prosper, LI, 786. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 111. — Rabanus Maurus, CVIII, 1157, 1158, 1163, 1172; CXI, 56. — Petrus Damian., CXLIV, 893. — Rupertus abbas, CLXVII, 1035; CLXVIII, 17. — Godefridus abbas, CLXXIV, 34, 653. — Hugo de S. Victore, CLXXVII, 1092.

HELCANA Christum præfigurabat, et ejus sacrificium exprimebat Christi passionem. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 21, 30.

ISAAC in typo Salvatoris natus ex promissione, et a patre in hostiam deditus, ipse portans lignum sacrificii, Christum patientem præsignabat, et sic in diversis suæ vitæ circumstantiis. Tertullianus, II, 346. — S. Zeno, XI, 427. — S. Ambrosius, XIV, 319, 428, 446, 501, 1061; XVII, 133, 464. — S. Augustinus, XXXV, 1464; XXXVI, 244, 245, 603; XXXVIII, 133; XLI, 511; XLII, 772, 810, 852. — S. Prosper, LI, 696, 745, 746. — S. Leo, LVI, 1136. — S. Maximus Taurin., LVII, 356, 799. — S. Paulinus Nolan., LXI, 318, 359. — Eugyppius, LXII, 675. — Rabanus Maurus, CVII, 569, 573, 574. — B. Lanfrancus, CLI, 401. — S. Bruno Astens., CXIV, 198. — Rupertus abbas, CLXVII, 323, 397, 401, 448, 458, 465; CLXIX, 95, 101. — Ven. Hildebertus, CLXXI, 684. — Adamus Scotus, CXCVIII, 135.

JABES, iste magister scribarum atque cantorum, quem melius significare potest quam Redemptorem nostrum qui est verus magister sanctorum doctorum et rite Deo laudes canentium. Rabanus Maurus, CIX, 295, 296.

JACOB, qui interpretatur supplantator, tum descendens in Ægyptum, tum luctans cum angelo; aut habens visionem, aut Laban filiam nubens, Christum præsignabat. S. Hilarius, IX, 878. — S. Zeno, XI, 428. — S. Ambrosius, XIV, 624. — S. Hieronymus, XXV, 930. — S. Prosper, LI, 751, 756. — S. Leo, LVI, 1136. — S. Maximus Taurin., LXII, 608. — S. Fulgentius, LXV, 437. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 563. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 105. — Rabanus Maurus, CVII, 591, 610; CXI, 38. — S. Ivo Carnot., CLXII, 506. — Rupertus abbas, CLVII, 490; CLXIX, 100; CLXX, 23.

JAIR, qui interpretatur illuminans, Christum, lucem veram, significabat. Rabanus Maurus, CVIII, 1176.

JECHONIAS Christum adumbravit. S. Augustinus, XXXVIII, 341.

JEPHTE et ejus filia. Jephte post victoriam filiam immolans, Redemptoris ostendebat figuram, qui a facie fratrum suorum, id est, Judæorum, abscedens, in gentibus principatum accepit. S. Augustinus, XXXIV, 1817. — S. Prosper, LI, 789. — S. Isidorus Hispalensis, LXXXIII, 111. — Rabanus Maurus, CVIII, 1177; CXI, 57. — Rupertus abbas, CLXVII, 1040. — Godefrid. abbas, CLXXIV, 33.

JEREMIAS propheta et verbis et factis Christi mortem et passionem figuravit. S. Hieronymus, XXV, 666. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114. — Rupertus abbas, CLXVII, 1365; CLXX, 122.

JESRAEL Christi semen significat. Rupertus abbas, CLXVIII, 30.

JESU NAVE filius, minister Moysis et sacerdos magnus, et nomine et gestu Christi Salvatoris mundi typum expressit, nam quemadmodum induxit populum Israel in terram promissionis, sic nos ad veritatem Salvator deduxit, et in regnum gloriæ collocabit. S. Hilarius, X, 463. — S. Ambrosius, XIV, 1154; XVI, 651. — S. Hieronymus, XVX, 1391. — S. Augustinus, XLII, 328. — S. Prosper, LI, 782. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 193, 630. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 111, 115. — Rabanus Maurus, CVIII, 118, 137, 1120; CIX, 1090; CXI, 54, 65. — Rupertus abbas, CLXX, 187.

JOATHAN, qui interpretatur perfectus, typus fuit et figura Christi. Rabanus Maurus, CIX, 513; CXI, 62.

JOB, justus, verax, dives, tentatus a diabolo, amittens facultates et filios; ulceribus maculatus, ab uxore hortatus ut peccet, amicorum insolentias sustinens, in sterquilinio sedens, sanitatem recuperans, etc., etc., imaginem Christi præfert, qui his omnibus similia pro nobis sustulit. S. Zeno, XI, 441, 442. — S. Hieronymus, XXVI, 623 *et seqq.* — S. Gregorius Magnus, LXXV, 524, 525, 532, 576, 583, 1063; LXXVI, 237. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 108. — Rupertus abbas, CLXVII, 1607; CLXVIII, 963, 967.

JONAS, typum per omnia tenuit et implevit Salvatoris : sive cum fugit a facie Domini, sive cum auctor suæ demersionis exsistit; sive cum demersus est in profundum et triduano die sanus evadit, S. Hilarius, IX, 473. — S. Zeno, XI, 418. — S. Hieronymus, XXII, 546. — S. Augustinus, XXXIII, 384. — S. Petrus Chrysolog., LII, 303. — S. Maximus Taurin., LVII, 357. — S. Paulinus Nolan., LXI, 404, 405. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 474, 475, 477, 532, 553. — Rupertus abbas, CLXVIII, 402; CLXX, 125.

JONATHAS, Christi figura. S. Bernardus, CLXXXIV, 761.

JOSEPH sive somnians, sive mortis in lacum missus, vel a fratribus venditus, aut in Ægyptum traductus, et enutriens esurientes Ægyptios, etc., etc., per omnes vitæ suæ eventus Christum Salvatorem mundi exprimebat. Tertullianus, II, 346. — S. Cyprianus, IV, 689. — S. Ambrosius, XIV, 405, 644, 645, 649, 688, 1096, 1110. — Paulus Mediolan., XX, 727. — Ruffinus, XXI, 328. — S. Hieronymus, XXII, 462; XXV, 1493. — S. Prosper, LI, 752, 753, 755, 756. — S. Petrus Chrysolog., LII, 595. — S. Leo, LVI, 1136. — S. Paulinus Nolan., LXI, 359. — S. Gregorius Turon., LXXI, 166. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1217. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 107. — B. Alcuinus, C, 792. — Rabanus Maurus, CVII, 622, 624, 629, 663; CIX, 223. — S. Bruno Astens., CLXIV, 218. — Rupertus abbas, CLXVII, 448, 506, 524, 526, 535, 576; CLXX, 107. — Godefridus abbas, CLXXIV, 1148, 1151. — Hugo de S. Victore, CLXXV, 651. — S. Bernardus, CLXXXIV, 760, 1025; CLXXXV, 141. — Alanus de Insulis, CCX, 231, 236.

JOSIAS præsignavit Christum pro nobis passum, qui vitia dejicit, exusta comminuit, et in hujus sæculi torrente projicit. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114. — Rabanus Maurus, CXI, 63.

JUDAS, catulus leonis, Dominum Salvatorem præsignat, tanquam leonina ortum prosapia, videlicet regia stirpe progenitum. Paulinus Mediolan., XX, 721. — Rufinus, XXI, 301, 302. — S. Hieronymus, XXV, 1493. — Eugyppius abbas, LXII, 694. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 106. — Rabanus Maurus, CXI, 43.

LOTH, justus et hospitalis in Sodomis, qui ex illo incendio quod erat similitudo futuri judicii, meruit salvus evadere, typum referebat corporis Christi, quod in omnibus sanctis et nunc inter iniquos atque impios gemit, quorum factis non consentit, et a quorum permistione sæculi in fine liberabitur, illis damnatis supplicio ignis æterni Rabanus Maurus, CVII, 536; CXI, 36.

MALACHIAS, qui angelus Domini interpretatur, Salvatorem, qui angelus magni consilii dicitur, præsignabat. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115.

MANUE apparens angelus et stans in altaris flamma, magis significasse intelligendus est illum magni consilii angelum in forma servi, hoc est in homine, quem susceperus erat, non accepturum sacrificium futurum. Rabanus Maurus, CVIII, 1192.

MATATHIAS Dominum Salvatorem significat, qui princeps est populi Dei et defensor electorum suorum. Rabanus Maurus, CIX, 1163.

MELCHISEDECH rex panem offerens et vinum, Christi regnum ei sacerdotium, cujus corporis et sanguinis sacramentum panis et vini specie offertur, repræsentat. S. Cyprianus, IV, 376. — S. Leo, LV, 148. — Cassiodorus, LXX, 889. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 104. — B. Alcuinus, C, 1064. — Rabanus Maurus, CVII, 320. — S. Petrus Damian., CXLIV, 754. — S. Bruno Astens., CLXIV, 188. — Rupertus abbas, CLXIX, 460.

MOYSES, qui populum suum e servitute Ægyptiorum liberavit, fere per omnes suæ vitæ eventus Christum Salvatorem mundi exprimebat. Tertullianus, I, 667; II, 347. — S. Ambrosius, XIV, 319. — S. Augustinus, XXXIV, 743. — S. Prosper, LI, 759, 761, 777, 782. — S. Paulinus Nolan., LXI, 359. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 109. — Rabanus Maurus, CVIII, 17, 18, 84, 86. — S. Petrus Damian., CXLX, 1034. — Rupertus abbas, CLXVIII, 576. — Godefridus abbas, CLXXIV, 260, 1151. — Hugo de S. Victore, CLXXVII, 492. — S. Bernardus, CLXXXII, 306.

NAASSON, qui interpretatur serpentinus fuit figura Christi. S. Ambrosius, XV, 1222.

NABOTH moriens aptissime Christi a principibus falso accusati et cruci affixi typus est. Rabanus Maurus, CIX, 217; CXI, 65. — Rupertus abbas, CLXVII, 1251.

NABUCHODONOSOR lapidem pretiosum, id est, Christum somniavit. B. Alcuinus, C, 1129.

NOE, qui interpretatur requies, de vinea inebriatus et nudatus in domo sua, cui non appareat Christi esse figuram, qui inebriatus est dum passus est, nudatus est cum

crucifixus est; in domo sua, id est, in gente sua et in domesticis sanguinis sui, utique Judæis; tunc enim nudata est mortalitas carnis ejus. Quam nuditatem, id est, passionem Christi, videns Cham irrisit; et Judæi Christi mortem videntes, subsannaverunt, etc., etc. S. Cyprianus, IV, 375. — S. Ambrosius, XV, 1610. — S. Augustinus, XXXV, 1022; XLI, 472. — S. Paulinus Nolan., LXI, 200, 359. — S. Gregorius Turon., LXXI, 164. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 102.—Rabanus Maurus, CVII, 320, 525.—S. Bruno Astens., CLXIV, 183. — Rupertus abbas, CLXVII, 340, 346, 362; CLXX, 151, 231.

OSEE propheta Christum præfigurabat. Rupertus abbas, CLXVIII, 17, 158.

OSIAS præsignabat Christum, qui ex fornicatione gentium assumpsit in corpore suo Ecclesiam. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114.

OTHONIEL, civitatem Cariath percutiens, Christum exprimebat. Rupertus abbas, CLXVII, 1623. — Godefridus abbas, CLXXIV, 272.

SALOMON Christi prænuntiat figuram, qui ædificavit domum Domino in cœlesti Hierusalem, non de lignis et lapidibus, sed de sanctis hominibus, ad cujus sapientiam audiendam regina venit Ethiopiæ, hoc est Ecclesia de gentibus; et sic in pluribus aliis. S. Augustinus, XXXVII, 1668. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113. — Rabanus Maurus, CIX, 186; CXI, 59. — Rupertus abbas, CLXVII, 1141. — Godefridus abbas, CLXXIV, 521, 759. — S. Bernardus, CLXXXIII, 147, 672, 912. — Wolbero abbas, CXCV, 1274. — Alanus de Insulis, CCX, 75.

SAMSON nascens, vivens et moriens, Christum in plurimis exprimebat. S. Ambrosius, XVII, 774. — S. Hieronymus, XXVI, 454. — S. Augustinus, XXXIX, 1646, XLVI, 820. — S. Prosper, LI, 790, 792. — S. Paulinus Nolan., LXI, 254, 264. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 491, 1173. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 111. — Rabanus Maurus, CVIII, 1194, 1197, 1198. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 928. — Rupertus abbas, CLXVII, 1043. — S. Petrus Damian., CXLV, 1090. — Godefridus abbas, CLXXIV, 275.

SAMUEL præfigurabat Christum Dominum, ducem, sacerdotem, prophetam, sacerdotes arguentem, etc. S. Cyprianus, IV, 689. — S. Prosper, LI, 795. — Rupertus abbas, CLXIX, 43. — Godefridus abbas, CLXXIV, 428.

SAUL in persecutione gessit typum Christi in multis. Rupertus abbas, CLXX, 250.

SETH, qui interpretatur resurrectio. Christum signat resurgentem. S. Augustinus, XXXIX, 445, 460, 461. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 101.

TOBIAS filius, Domini nostri Jesu Christi imaginem habuit, qui velut absconditam et obcæcatam figuram caligine legis, claritate suæ virtutis illuminat. S. Prosper, LI, 815. — S. Isidorus Hispal.. LXXXIII, 116. — Rabanus Maurus, CXI, 66. — Godefridus abbas, CLXXIV, 1101.

ZARA, qui interpretatur oriens, figura fuit Christi. S. Ambrosius, XV, 1600.

ZACHARIAS, summus sacerdos, typum Christi gessit. S. Ambrosius, XV, 1542. — Rupertus abbas, CLXVIII, 699.

ZOROBABEL, typus Salvatoris, qui reduxit de captivitate populum, et de vivis lapidibus construxit templum. S. Gregorius Turon., LXXI, 170. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116. — Rupertus abbas, CLXVIII, 697.

II. — Figuræ quæ ad Ecclesiam spectant.

AARON, typus episcoporum, Ecclesiæ tenet imaginem, quam bene monti fortissimo comparavit, quæ et honore sancto præeminet, et fidei soliditate consistit. Illius virga verum significat sacerdotium. Cassiodorus, LXX, 554. — S. Bruno Carthusian., CLIII, 536. — Philippus de Harveng, CCIII, 669.

ABEL immolatus, primitiæ Ecclesiæ et populi Christiani typus. S. Ambrosius, XIV, 318. — S. Augustinus, XXXVII, 1589.

ABIGAIL orando ad David, præveniens typum gessit Ecclesiæ in sacrificio altaris. Rupertus abbas, CLXVII, 1113; CLXX, 39.

ABIMELECH, domus gentium, Ecclesiam præsignabat. Rupertus abbas, CLXVII, 415.

ABRAHAM, uxorem Saram occultans, typus Ecclesiæ, occultæ Christi sponsæ; et ejus sacerdotio figurabatur regale novæ legis sacerdotium. S. Augustinus, XLI, 424. — S. Prosper, LI, 743. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 104.

ADAM typus et custos Ecclesiæ. S. Ambrosius, XV, 1632. — S. Bruno Carthusian., CLIII, 536.

ANNA sterilis, custodiens et servans quæ Dominum non clamosa petitione, sed modeste et tacite intra ipsas pectoris latebras precabatur, typum refert Ecclesiæ, quæ prius sterilis nunc largiter fœcunditate pollet. S. Cyprianus, IV, 522. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 27, 62, 90. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112.

AOD, judex in Israel, bonorum Ecclesiæ prælatorum typus, Rabanus Maurus, CVIII, 1131.

ARCA NOE, prophetia nostrorum fuit temporum, Ecclesiam Christi præfigurans. S. Hieronymus, XXII, 1054. — S. Augustinus, XLI, 598.

BEMJAMIN terra dicitur Ecclesia. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 262.

BERSABEA, dum in fonte Cedron lavaretur exuta vestibus, David placuit, et ad regios compulsa est venire complexui, maritusque ejus principali jussione trucidatus est; sic et Ecclesia, id est, congregatio fidelium per lavacrum sacri baptismatis, mundatis sordibus peccatorum, Christo Domino noscitur esse sociata. Cassiodorus, LXX, 358. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 66.

DAVID, panes propositionis manducans, typus regni et sacerdotii. S. Augustinus, XXXVI, 601, — S. Petrus Damian., CXLIV, 755. — S. Bruno Carthusian., CLII, 696.

DEBBORA quæ, devicto in Sisara diabolo, canticum cœlestis gloriæ proclamavit, nobis mystice revelavit ortum surrecturæ ex gentibus Ecclesiæ. — S. Ambrosius, XVI, 249. — S. Prosper, LI, 785. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 111.

ENOS, invocans nomen Domini, signat Ecclesiam spe viventem dum veniat ad beatitudinem. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 101.

EPHREM typus est Ecclesiæ. S. Hilarius, IX, 388.

ESDRAS, parabolam pandens, figurat Ecclesiam. S. Prosper, LI, 814.

ESTHER, quæ interpretatur absconsa, et quæ altero nomine vocabatur Edissa, hoc est, misericordia, Ecclesiam gentium designat, quæ in abscondito cordis sui propter fidei castitatem placet Deo, et misericordiam ac gratiam coram oculis Dei magis invenit quam synagoga Judæorum quæ merito impietatis suæ absque misericordia per Oseam vocatur. S. Hieronymus, XXII, 547; XXV, 1337. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116. — B. Alcuinus, CI, 1127. — Rabanus Maurus, CIX, 646.

EVA, cunctorum mater viventium, de costis Adæ edita, significat quod de latere Christi in cruce per mortem sopiti, sacramenta salutis essent exitura, videlicet sanguis et aqua de quibus sponsa illi conderetur Ecclesia. S. Ambrosius, XVII, 813. — S. Hieronymus, XXII, 1101. — S. Augustinus, XXXIV, 215; XXXVI, 461; XXXVII, 1673. — S. Maximus Taurin., LVII, 357. — S. Fulgentius, LXV, 326. — S. Gregorius Turon., LXXI, 163. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 99. — Rabanus Maurus, CVII, 484. — S. Ivo Carnot., CLXII, 506. — Petres Lombardus, CXCII, 215.

EZECHIEL, præpositorum in Ecclesia personam præsignabat. S. Gregorius Magnus, LXXVII, 45, 46.

HEBER, qui propriam loquelam servat, cæteris linguis divisis, Ecclesiam præsignabat in cujus sinu unitas. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 103.

ISMAEL, ludens cum Isaac, figura fuit persecutionis Ecclesiæ. Wolbero abbas, CXCV, 1040.

ISRAEL dicitur Ecclesia, id est, in quo est Deus, et videns Deum. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 255. — S. Bruno Herbipol., CXLII, 212. — Rupertus abbas, CLXVII, 459.

ISSACHAR significat Ecclesiam de gentibus, quæ subjecit humerum suum ad crucis onus portandum: S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 106. — Rabanus Maurus, CXI, 44.

JACOB populum Novi Testamenti præfigurat, quia sicut Jacob fratri benedictione anterior exstitit, cum postea natus fuerit, ita et Christiana plebs priorem populum synagogæ fidei gressibus antecessit. S. Hieronymus, XXII, 888. — S. Augustinus, XXXVI, 1015. — Cassiodorus, LXX, 689, 962. — S. Bruno Herbipol., CXLII, 202. — Rupertus abbas, CLXVII, 459.

JAHEL, mulier illa alienigena, de qua prophetia dixit quod in manu mulieris victoria fiet, figuram tenet Ecclesiæ, quæ ex alienigenis gentibus congregata est. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 111. — Rabanus Maurus, CVIII, 1136.

JAPHETH auditores in Ecclesia signabat. Rupertus abbas, CLXVII, 362.

JEPHTE FILIA, sexaginta diebus lugens ob virginitatem, Ecclesiam filiam et virginem significabat. Rabanus Maurus, CVIII, 1189.

JOSIÆ DOMUS figurat Ecclesiam ubi Christus coronatur. Rupertus abbas, CLXVIII, 746,

JUDAS designat Ecclesiam. Cassiodorus, LXX, 358. — Adamus Scotus, CXCVIII, 191.

JUDITH, post peractam orationem exuens se vestimentis lugubribus, et induens se vestibus jucunditatis, signum est sanctæ Ecclesiæ, quæ licet aliquando pro peccatis suis pœnitentiæ gerat affectum, spe tamen remissionis et futuri præmii anxium satis exhilarat animum. S. Hieronymus, XXV, 1337. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116. — Rabanus Maurus, CIX, 365, 575.

MACHABÆI septem et illorum mater, designant Ecclesiam septiformem, quæ martyrum multitudinem coronavit Christo. S. Cyprianus, IV, 669. — S. Augustinus, XXXVIII, 1380. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116.

MARDOCHÆUS, sacco indutus et interitum Judæorum destinatum plangens, magistros Ecclesiæ figurat. Rabanus Maurus, CIX, 654.

MARIA, soror Moysis, cum mulieribus tympanum quatiens, typus Ecclesiæ fuit, quæ cum omnibus Ecclesiis quas peperit, hymnum canens, populum Christianum ducit in cœlum. S. Zeno, XI, 510.

MERETRIX, cui nupsit Samson, et meretrices duæ coram Salomone invicem de filio altercantes, typum tenent Ecclesiæ et synagogæ. S. Augustinus, XXXVIII, 92, 1640. — Cassiodorus, LXX, 358. — Rabanus Maurus, CIX, 127 *et seqq.*

MICHOL, Ecclesiæ figura. S. Petrus Damian., CXLV, 488.

MOYSIS UXOR Ethiopissa, signat Ecclesiam gentium, cujus ob causam synagoga lepra perfunditur. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 109.

MULIER de uxoribus prophetarum habens duos filios, designat sanctam Ecclesiam duorum populorum, id est, Judaici et gentilis, quasi filiorum duorum mater. Rabanus Maurus, CIX, 228.

NOE figurabat cleros et rectores Ecclesiæ. S. Augustinus, XXXVII, 1731.

NOEMI et ejus nurus figuram gestant Ecclesiæ de gentibus congregatæ, quæ nupsit Christo Filio Dei de gente Judæorum nato. Rabanus Maurus, CVIII, 1201, 1221.

ORPHA interpretatur cervix ejus; et quid per Orpham, nisi credentes ex Judæis designantur, qui cervicis nomine rite nuncupantur; quia robur fidei et fortitudinem bonæ operationis post resurrectionem Domini, ipsi primi acceperunt. Rabanus Maurus, CVIII, 1202.

PHARAONIS FILIA, quæ expositum Moysen ad ripam fluminis collegit, Ecclesia gentium est, quæ Christum ad flumen salutaris lavacri reperit. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 109. — Rabanus Maurus, CXI, 52. — Rupertus abbas, CLXVII, 1159.

RACHEL, quæ Dei ovis dicitur, primum sterilis et formosa, et idola patris sui rapiens, Ecclesiam Christi prænotabat. S. Ambrosius, XVI, 289, 1237. — S. Hieronymus, XXII, 1055; XXV, 930. — S. Paulinus Nolan., LXI, 209. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 563. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 105. — Rabanus Maurus, CVII, 607, 763. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 61, 62. — S. Petrus Damian., CXLIV, 825. — Rupertus abbas, CLXVII, 1009.

REBECCA, e camelo descendens in occursum Isaac, etc., Ecclesiam figurat e gentilitate venientem. S. Ambrosius, XIV, 452, 455, 617; XVI, 1243. — S. Augustinus, XXXVII, 1673; XXXVIII, 38. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 770. — Rupertus abbas, CLXVII, 459. — Adamus Scotus, CXCVIII, 135.

RUBUS Moysis Ecclesiam exprimebat. S. Petrus Damian., CXLV, 687.

RUTH, sicut dormivit ad pedes Booz, ita Ruth spiritalis, silicet Ecclesia, dormivit ad pedes Christi, cum in spe incarnationis ejus, unde sibi certam salutem credebat esse venturam, quasi requiescens, patienter eum exspectabat. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112.— Rabanus Maurus, CVIII, 1202, 1214, 1215. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 62.

SABA REGINA, quæ a finibus extremis Austri excita veniens, Salomonis audire sapientiam concupivit, jam tunc venturam de gentibus Ecclesiam desiderantem Christum exprimebat. S. Paulinus Nolan., LXI, 168.— S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113. — Rabanus Maurus, CIX, 472. — Rupertus abbas, CLXVII, 1175.

SALOMON, cujus nomen pax sonat, typus fuit Ecclesiæ. S. Hieronymus, XXVI, 419. — Rabanus Maurus, CIX, 186.

SAMSON præfigurabat Ecclesiam Christi in suis primordiis persecutiones patientem. S. Augustinus, XXXVII, 1126.

SARA, intacta ab Abimelech Abrahæ restituta, præclarus est sanctæ Ecclesiæ typus. S. Ambrosius, XIV, 434, 436. — Rabanus Maurus, CVII, 560. — S. Bruno Carthusian., CLIII, 25. — S. Bruno Astens, CLXIV, 196.

SAREPTANA VIDUA Ecclesia est, quæ gratia corporis Christi et chrismatis unctione nunquam minuitur. S. Gregorius Magnus, LXXVI, 808. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113.

SEM, doctores Ecclesiæ significabat. Rupertus abbas, CLXVII, 362.

SEPHORA typum tenet Ecclesiæ de gentibus, quæ præputium filii sui, id est, populi gentilis, acutissima petra, hoc est doctrina Spiritus sancti, sive illa petra de qua dicit Apostolus : Petra autem erat Christus, docet exspoliationem veteris hominis cum actibus ejus. Rabanus Maurus, CVIII, 27.

SUSANNA figuravit Ecclesiam, quam falsitate Judæi quasi adulteram accusant. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116. — Rabanus Maurus, CXI, 66.

THAMAR, typus fuit Ecclesiæ, quæ Judæ recte nupta non est, quia Christo veniente baptismatis spiritali unda in gremio renatus, Ecclesiæ filius ejus futurus fuerat, non maritus. S. Hilarius, IX, 437. — Cassiodorus, LXX, 358. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 107. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 67. — Rupertus abbas, CLXX, 241.

VIDUA, ad quam missus est Elias, Ecclesiam Christi prænotabat. S. Ambrosius XV, 1626; XVI, 235. — Pariter et vidua mortuum plangens filium. Rupertus abbas, CLXX, 324.

ZABULON Ecclesiam significat, quæ secus fluctus hujus vitæ inhabitans, omnes tentationes et turbines sæculi sustinet, et in doctoribus suis ad mentes virtutum et laudes Domino referendas convocat populos omnium gentium. Paulus Mediolan., XX, 723. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 106. — Rabanus Maurus, CXI, 44.

III. — Figuræ apostolos et justos adumbrantes.

AARON devotionem denotat. Richardus de S. Victore, CXCVI, 334.

ABDIAS designat omnes fidei prædicatores qui alimentis sacrarum Scripturarum credentes reficiunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115.

ABEL, agnum portans ad Dei sacrificium sicut agnus assumitur, et justos persecutionem ab impiis sustinentes præfigurat. S. Augustinus, XLI, 436. 614. — S. Petrus Chrysolog., LII, 502. — Rupertus abbas, CLXVII, 1752. — Adamus Scotus, CXCVIII, 480.

ABISAG Sunamitis, idea est gratiæ divinæ et charitatis, ac illius quadripartitum munus designat quadripartitum munus sapientiæ. Adamus Scotus, CXCVIII, 231, 312, 313, 825.

ABRAHAM, unigenitum suum offerens, typus oblationis religiosæ, et viri devoti. S. Paschasius Radbertus, CXX, 82. 83. — B. Lanfrancus, CLI, 118. — Adamus Scotus, CXCVIII, 328, 480, 821.

ADAMUS, typus rationis. Petrus Lombardus, CXCII, 341. — Richardus de S. Victore, CXCVI, 363.

AGGÆUS, figura sanctorum qui nobis in hujus peregrinationis vita futurum tempus liberationis declarant. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115.

AMALECH, qui bis percuti et demoliri præcipitur, quid est, nisi quia prædicator eos quos ad pudicam vitam erudit, promovere debet ad perfectionem virtutis. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 407, 410.

ANNA, mater Samuelis, figura Christianæ religionis et gratiæ. S. Augustinus, XLI, 528.

ARIOCH, qui interpretatur ad solitudinem redigens, zelum rectitudinis et districtæ severitatis rigorem significat. Richardus de S. Victore, CXCVI, 1243.

ASER, pinguis panis : aliqui putant hoc dictum propter Annam prophetissam, Phanuelis filiam, ex tribu Aser, quæ prima cum Symeone refertur de Domino in Evangeliis prophetasse, et prophetiæ suæ fide, velut escam dedisse principibus, id est, apostolis, cæterisque credentibus, quæ de ipso fuerant prophetata. Rufinus, XXI, 325.

BENJAMIN, lupus rapax, id est, Paulus, natus ex tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, juxta legem Pharisæus, circumcisus octavo die; ad matutinum comedens, quando juvenis fuit, et in vesperum dans escam, quando credens spiritalem præbuit cibum Ecclesiis a se institutis. Tertullianus, II, 148.— S. Ambrosius, XIV, 660, 692; XV, 1273.— Paulinus Mediolan., XX, 731. — Rufinus, XXI, 333. — S. Hieronymus, XXV, 724, 862. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 107. — Rabanus Maurus, CVII, 664; CVIII, 1144; CXI, 48. — S. Bruno Astens., CLXIV, 232.

BETHSABEE, Virginis Mariæ figura, Godefridus abbas, CLXXIV, 1026.

DANIEL, in cœlibatu serviens Deo figuram expressit servorum Dei, id est, monachorum et continentium qui terrenis copiis non abutuntur. S. Augustinus, XXXVII, 1771; XL, 714, 717. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII,

114. — Ven. Hildebertus, CLXXI, 643, 725. — Godefridus abbas, CLXXIV, 1113. — Richardus de S. Victore, CXCVI, 1243.

DAVID, hominem probum, contemplativum et humilem repræsentat, et per illum recte sanctam animam accipimus, quæ illum qui quasi leo rugiens circuit quærens quem devoret, in seipsa interfecit. S. Paulinus Nolan., LXI, 626. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 551. — Rupertus abbas, CLXVII, 1060. — Godefridus abbas, CLXXIV, 467. — Adamus Scotus, CXCVIII, 195.

DEBBORA, quæ interpretatur avis, significat prophetiæ suavitatem et cœlestis doctrinæ dulcedinem. Rabanus Maurus, CXI, 56.

ELCANA, pater Samuelis, in oratione perseverans, in pietate constantes præsignabat. Rabanus Maurus, CIX, 14

ELIAS, ad Sareptanam viduam missus, et illius duplex spiritus, præfigurat apostolos missos ad gentes. Rupertus abbas, CLXVII, 1240. — S. Bernardus, CLXXXIII, 322.

ELISÆUS Eliam sequens, et ejus duplicem deposcens spiritum, apostolos Christum sequentes, et animam Deum sitientem repræsentat. S. Prosper, LI, 803. — Rupertus abbas, CLXVII, 1254, 1255; CLXX, 248. — Godefridus abbas, CLXXIV, 334.

ESDRAS typum habet et apostolorum et prædicatorum Evangelii Christi, qui spiritale ædificium Dei, post exitum fidelium de Babylone istius mundi, atque regressum in terram repromissionis, verbis et exemplis quotidie instaurando reædificant. Rabanus Maurus, CXI, 70.

EVA, figura beatæ Virginis Mariæ, nam sicut hæc nos damnari fecit per arboris pomum, sic illa absolvit per arboris fructum, quia et Christus in ligno pependit ut fructus. Tertullianus, II, 782. — S. Ambrosius, XVII, 692.

EZECHIAS designat omnes sanctos quibus ad acquirendum cœlum quinque libri Moysis et decem præcepta decalogi sunt dati. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114.

EZECHIEL, eximius propheta, quadraginta diebus jacens latere uno, captivitatem futuram dum præfigurat, absolvit; qui sacratus numerus iste suscepit iniquitates ut deleat, captivitates ingreditur ut absolvat, vincula patitur ut relaxet. S. Petrus Chrysologus, LII, 635.

GEDEON pœnitentis typum gessit. Hugo de S. Victore, CLXXVII, 705.

HABACUC, populus est fidelis qui super excelsa constitutus, in cruce Dominum contemplatur. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115.

ISAAC, typus oblationis religiosæ et filiorum promissionis. S. Augustinus, XXXIV, 566. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 83. — Petrus Lombardus, CXCII, 148. — Adamus Scotus, CXCVIII, 481.

ISAIAS signat evangelistas et apostolos, qui universa sacramenta Christi quasi præsentia prædicavit. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114.

ISRAEL, id est, vir Deum videns, electos et vitam contemplativam significat. B. Alcuinus, C, 1105. — Godefridus abbas, CLXXIV, 1130, 1138.

ISSACHAR, symbolum religiosæ professionis, et quia merces interpretatur, apostolorum typus, qui putandi sunt merces Filii Dei. Ruffinus, XXI, 317. — Adamus Scotus, CXCVIII, 482.

JACOB, per varias suæ vitæ circumstantias, electos et illorum virtutes præfiguravit, necnon et cœlorum regnum, etc. S. Augustinus, XXXIV, 567; XXXVII, 1597, 1598, 1771, 1772, 1936; XXXJX, 34, 31, 687; XLI, 518. — Rabanus Maurus, CVIII, 10, 11. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 84, 352. — S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 586. — Rupertus abbas, CLXVII, 1558. — Godefridus abbas, CLXXIV, 1030, 1136, 1138. — Adamus Scotus, CXCVIII, 820. — Petrus Cantor, CCV, 77.

JAPHETH, typus apostolorum et prædicatorum. Rupertus abbas, CLXVII, 362.

JOATHAN sicut per fugam recessit, et reliqui interfecti sunt fratres, sic nemo evadere poterit persecutionem Antichristi, nisi qui per fugam recesserit, et in montem benedictionis ascenderit. Rabanus Maurus, CVIII, 1172.

JOB, conjugatos et pœnitentes, filii autem ejus apostolos signarunt. S. Augustinus, XXXVII, 1732. — S. Gregorius Magnus, LXXV, 535. — Ven. Hildebertus, CLXXI, 643, 725. — Godefridus abbas, CLXXIV, 1113. — Hugo de S. Victore, CLXXVII, 705.

JOEL signat eos qui fidei ostium et divinæ scientiæ incipiunt cognoscere sacramentum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115.

JOIADA qui in locum Achitophel substituitur, significat quod Juda prævaricante ac decidente de apostolatu, non remansit duodecimus locus vacuus, sed in loco prævaricatoris, Petro cæterisque apostolis ordinantibus, successit Matthias, humilis atque fidelis. Rabanus Maurus, CIX, 406.

JOSEPH apostolorum, castitatis et gratiæ typus. S. Hilarius, IX, 923. — S. Prosper, LI, 754, 757. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 146. — Godefridus abbas, CLXXIV, 199.

JOSIAS, typus electorum. Adamus Scotus, CXCVIII, 824.

JOSUE castos et qui baptismalem candorem servant designat. Ven. Guibertus abbas, CLVI, 587.

JUDAS, quantum intelligi datur, ex parte prophetarum, ex parte patriarcharum, Patrumque typus erat, qui ob justitiam Dei omnes homines filios computabant. S. Zeno, XI, 435.

LIA, quæ interpretatur laborans, figura est vitæ activæ. S. Augustinus, XXXIV, 1046. — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 449. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 84. — S. Petrus Damian., CXLIV, 303. — Rupertus abbas, CLXVII, 474. — S. Bernardus, CXXXIV, 755, 1276.

LOT, Sodomis fugiens, et religiosos et sanctos qui in fine sæculi ab impiorum incendio liberabuntur. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 105. — S. Bernardus, CLXXXIV, 1044.

MACHIR, qui interpretatur restituet, et est primogenitus Manasse primogeniti Joseph, significat populum priorem de quo principes, hoc est, apostoli et doctores primitivæ Ecclesiæ descenderunt. Rabanus Maurus, CVIII, 1144.

MARDOCHÆUS doctores gentium significat, et maxime B. Paulum apostolum, qui etiam de stirpe Jemineа, hoc est, de tribu Benjamin se esse testatur. Rabanus Maurus, CIX, 646.

MATATHIÆ filii designant apostolos et martyres. Rabanus Maurus, CIX, 1141.

MOYSES discretionem denotat. Richardus de S. Vict., CXCVI, 334.

NAAMAN, hominis figura mundani ad meliora conversi. Godefridus abbas, CLXXIV, 220.

NABOTH justos omnes præsignat. Rupertus abbas, CLXVIII, 25.

NEHEMIAS typum habet et apostolorum et prædicatorum Evangelii Christi, qui spiritale ædificium Dei, post exitum fidelium de Babylone istius mundi, atque regressum in terram repromissionis, verbis et exemplis quotidie instaurando reædificant. Rabanus Maurus, CXI, 70.

NEPHTHALIM, figuram gerit apostolorum et prædicatorum qui instar cervi transilientes, ad superna seipsos et audientes erigunt. Paulinus Mediolan., XX, 727. — Rufinus, XXI, 327. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 106 — Rabanus Maurus, CVIII, 1144.

NOE, typus electorum. Ven. Hildebertus, CLXXI, 643, 725. — Adamus Scotus, CXCVIII, 821.

ORPHA ET RUTH. Alii post perceptam gratiam baptismi et societatem fidei retro ad errores pristinos relabuntur, quorum typum gessit Orpha, quæ ad doos suos et ad populum suum reversa est; alii vero diffinito consilio et instandi studio sequuntur gratiam quam perceperunt, quorum figuram Ruth expressit. Rabanus Maurus, CVIII, 1204. Godefridus abbas, CLXXIV, 1026.

PHINEES designat sanctos doctores qui Judæos et hæreticos spirituali mucrone feriunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 110.

RAAB, figura castissimæ Virginis Mariæ. Godefridus abbas, CLXXIV, 1025.

RACHEL, quæ visum principium interpretatur, vitam contemplativam nobis exhibet. S. Augustinus, XXXIV, 1046; XLII, 432. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 934; LXXVI, 449. — S. Paschasius Radbertus, CXX, 203.

SAMSON per capillos, omnes electos; uxorem suam invisens, apostolorum prædicationem significat. S. Ambrosius, XVII, 774. — Rupertus abbas, CLXVII, 1048.

SAMUEL Joannem Baptistam refert. Rupertus abbas, CLXVII, 1091.

SARA prudentiæ imaginem præbet. Adamus Scotus, CXCVIII, 331.

SEM figura prophetarum et apostolorum qui ex ejus stirpe nascuntur. S. Isidorus Hispal., LXXXIII. 103.

SOPHONIAS designat eos qui per contemplationis arcanum ad perfectum veniunt meritorum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115.

THAMAR figurat beatam Virginem Mariam. Godefridus abbas, CLXXIV, 1022. — Adamus Scotus, CXCVIII, 384.

TOBIAS prudentiæ typus. Rupertus abbas, CLXX, 331.

URIAS Hebræus, typus et exemplum fervoris et affectus ad bonum commune. Adamus Scotus, CXCVIII, 485.

ZABULON venatores, nihil sunt nisi apostoli Domini, ex cujus tribu aliqui fuere. Rufinus, XXI, 317.

ZACHARIAS, qui memor Domini interpretatur, et fuit

filius Selemiæ, doctores gentium, qui ab apostolis et primis prædicatoribus Evangelii ad prædicandum gentibus ordinati sunt, præfigurat. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 115. — Rabanus Maurus, CIX, 397.

IV. — Figuræ quæ ad Judæos et gentiles spectant.

AARON cum Moyse loquens contra Pharaonem, legem et vetus sacerdotium significat, moriens illius sacerdotii interitum docet. Rupertus abbas, 581, 888.

ABEL populum ex gentibus Christianum signat. Eugyppius abbas, LXII, 669.

ABIGAIL, de qua refert Scriptura quod mulier prudentissima et speciosa fuerit, typum tenet plebis illius, qui ex Judæis ad fidem conversi Domino placere meruerunt. Rabanus Maurus, CIX, 64.

ABRAHAM vocatione sua terram viventium populo Christiano futuram, et semine eumdem populum ut stellas multiplicandum figurat. S. Prosper, LI, 742, 743.

ABSALON typum tenet Judæorum qui seditionem levaverunt contra verum David, invidentes ei, et principatui ejus insidias molientes. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 642. — Rabanus Maurus, CIX, 107; CXI, 59. — S. Petrus Damian., CXLV, 1105. — Rupertus abbas, CLXXVII, 1077.

ACHIOR, Ammonitarum dux, designat paganos, qui cum viderent sanctam Ecclesiam per fidem et constantiam hostium ac persecutorum ferocitatem superare, nimio pavore concussi, a contumacia elationis suæ corruunt, atque sanctam Ecclesiam venerari nimio terrore compelluntur. Rabanus Maurus, CIX, 576.

ACHITOPHEL denotat Judæos qui Patrum prærogativa aliquando erant charissimi, et collocutione Dei clarissimi, sed incarnatione et passione scandalizati, hostes facti sunt crudelissimi. Rabanus, Maurus, CIX, 408.

ADONIAS, filius David major, per fastum superbiæ volens pro patre in regnum succedere, indicat populum Judaicum, qui quasi major filius esse videtur, cum prior legem susceperit, gentilem populum, qui per gratiam Dei posterior vocatus est, spernens, solum secum Dominum æstimabat regnaturum. Rabanus Maurus, CIX, 425.

AGAR et ejus filius synagogam et Veteris Testamenti carnales præfigurabant. S. Augustinus, XLI, 512. — S. Maximus Taurin., LVII, 491. — B. Alcuinus, C, 547, — Rupertus abbas, CLXVII, 388, 503.

AMAN, typus Judæorum, qui prophetas occiderunt, et ipsum Dominum prophetarum ejusque apostolos interficere non timuerunt. Rabanus Maurus, CIX, 652.

AMMON, qui interpretatur filius generis mei, sive populus turbidus, Judæos exprimit. Rabanus Maurus, CXI, 380.

ASAPH, interpretatur synagoga, significans quæ credidit, non quæ obstinata permansit. S. Augustinus, XXXV, 1347; XXXVI, 916, 929, 970, 1011, 1051. — Rabanus Maurus, CXI, 70.

ASER prædicit sanctos viros ex synagoga futuros, quorum panis pinguis est, doctrinam videlicet propheticam sancti Spiritus sagina redundans. Paulinus Mediolan., XX, 726.

BALA, figura legis Veteris Testamenti, quam populus Israel prævaricando commaculavit. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 108.

BALAAM, qui interpretatur populus vanus, videtur habere personam Scribarum et Pharisæorum Judaici populi. Rabanus Maurus, CVIII, 729.

BARACH videtur formam gerere populi prioris, qui primo omnium per prophetiam vocatus est, et invitatus ad audienda eloquia Dei et divinæ legis munera capienda, qui refulsit quidem, et in legis splendore ad breve tempus coruscavit; sed non diu permansit, nec continuum lucis potuit obtinere fulgorem. Rabanus Maurus, CVIII, 1135, 1143.

CAIN offerens de fructibus terræ munera Domino, parricidalis et maledictus, et synagogam et Judæos terrestres ac deicidas præfigurabat. S. Ambrosius, XIV, 317, 318; XVII, 813. — S. Augustinus, XXXVI, 442, 705, 997; XL, 688; XLI, 445, 258, 259, 260. — S. Prosper, LI, 737. — S. Maximus Taurin, LVII, 793. — Vigilius Tapsens., LXII, 113. — Eugyppius abbas, LXII, 669. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 100. — Rabanus Maurus, CVII, 504. — Petrus Lombardus, CXCI, 402.

CHAM, Noe filius, typus Judæorum qui Christum incarnatum atque mortuum deriserunt. Vigilius Tapsens., LXII, 675. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 103.

CHANAAN, qui pro patris delicto maledictione damnatur, exhibet posteritatem Judæorum ob Christi passionem maledictorum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 103.

DALILA, quæ interpretatur paupercula vel situla, significat synagogam quæ Christum in loco Calvariæ crucifixit. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112. — Rabanus Maurus, CXI, 57. — Rupertus abbas, CLXVII, 1050, 1112. — Godefridus abbas, CLXXIV, 281.

DINA, figura synagogæ vel animæ quam in exterioribus curis repertam corrupit diabolus. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 108.

DOEG, populum Judaicum proditorem et parricidalem significat. S. Hilarius, IX, 310.

ELISÆO pueri insultantes, figura Judæorum qui Christum in cruce deriserunt, et capti sunt a Tito et Vespasiano. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113.

EPHRAIM, figura gentium, qui per benedictionem patriarchæ præpositus est majori populo Judæorum. S. Paulinus Nolan., LXI, 283. — Rabanus Maurus, CVIII, 1144.

ESAU, typus populi Judaici, cujus loco assumitur populus Christianus per Jacob figuratus. S. Ambrosius, XV, 1485; XVII, 364. — S. Hieronymus, XXV, 1001. — S. Fulgentius, LXV, 437. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 829. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 103. — Rabanus Maurus, CVIII, 1136, 1139. — Guibertus abbas, CLVI, 515. — Rupertus abbas, CLXIX, 102.

GAD, typum gerit Judæorum electorum, qui populo novo quasi quidam præduces exstiterunt, et in terram olim promissam introduxerunt. Paulinus Mediolan., XX, 726.

GALAAD, qui acervus testis interpretatur, designat populum Judaicum, qui bene acervus testis sive accinctus dici potest, quia Vetus Testamentum in lege et prophetis conscriptum habens, inde se tutum atque undique munitum fore confidebat. Rabanus Maurus, CVIII, 1146.

HARBONA eunuchus, qui crucem Mardochæo paratam prodidit, significat doctores legis, qui dolum Judæorum et omnia quæ divinis præceptis fuerant contraria, ipsius legis lectione manifestarunt. Rabanus Maurus, CIX, 660.

HEBER figurat gentem Hebræam, cujus primatum populo Christiano tradidit Christus. S. Prosper, LI, 741.

HELI reprobatus et ejus filii, posteritatem prioris sacerdotii exstinctam et novi sacerdotii successionem designant. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 91. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112. — Rabanus Maurus, CXI, 58.

HER, primitivus Judæ filius, primitivus est populus, id est, Hemithæi, omnes potentissimi, et reges qui ferocitate virtutis ac libidinis omnem orbem corruperant terrarum. S. Zeno, XI, 435,

HOLOPHERNES, gentium est principatus, qui persecutus est Ecclesiam Christi. Rabanus Maurus, CIX, 546.

ISAAC, de repromissione conceptus, et contra spem sterilium, senum natus, omnium gentium vocationem præfigurat. S. Augustinus, XLI, 606. — S. Prosper, LI, 696. — S. Maximus Taurin., LVI, 793. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 104.

ISMAEL, ex ancilla natus, populum Judæorum repræsentat. S. Ambrosius, XVII, 363. S. Maximus Taurin., LVII, 793. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 104.

ISSACHAR, asinus fortis, typum gestat populi gentilis, qui antequam Dominum sessorem habuisset, brutus erat, et frenorum impatiens proprio libitu ferebatur. Paulinus Mediolan., XX, 724. Rabanus Maurus, CIX, 336.

JACOB, populum gentium designans, simplex habitabat in tabernaculis, quia electi ex gentibus sola fide, bonaque voluntate Deo placere studuerunt. S. Ambrosius, XVII, 818. — S. Augustinus, XXXVI, 506; XXXVIII, 53. — S. Prosper, LI, 392, 752. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 103. — S. Bruno Carthusian., CLII, 840, 1028. — Guibertus abbas., CLVI, 515. — Rupertus abbas, CLXVII, 502.

JAPHETH designat populum gentium qui versatur in Ecclesiis Israelitarum. S. Isidorus Hispal. LXXXIII, 103.

JEHU gentium principatum denotat. Rabanus Maurus, CXI, 61.

JOATHAN, junior filius Jerobaal, qui fugit ut gladium inimici evaderet, figura est residui populi Israel, prædicante Elia, extremis temporibus crediturí, et Antichristi gladium evasuri. Rabanus Maurus, CVIII, 1171.

JOB eversa domus figura erat synagogæ; quæ domus corruens, oppressit liberos, quia dum Judæa in crudelitatem Dominicæ passionnis cecidit, apostolorum fidem de sperationis formidine obruit. S. Gregorius Magnus, LXXV, 1029.

JOSEPH gentiles designat. S. Bruno Carthusian., CLII, 1029.

JUDAS, infidelis populi Judæorum typus. S. Ambrosius, XIV, 1082.

LABAN, legis et diaboli typus, ex cujus corpore assumpsit sibi Christus duas conjuges. Judæorum scilicet et gentium. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 103.

LEVI et auctor et figura principum sacerdotum qui Christum crucifixerunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 106.

LIA lippientibus oculis et fetosa, sacramenta demonstrat synagogæ, quæ infirmis oculis cordis sacramenta Dei speculari non potuit. S. Ambrosius, XV, 1488. — S. Hieronymus, XXII, 1055; XXV, 930. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 105. — Rupertus abbas, CLXVII, 473, 503.

LOT, personam habet legis, de qua infidelitatis opera pariunt qui ea carnali intellectu utuntur; duæ illius filiæ monstrant Samariam et Jerusalem quæ fornicantur in lege per adulterium illicitæ doctrinæ. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 105, 106.

MANASSES, populi prioris typus. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 107.

MARIA, soror Moysis, speciem præfert synagogæ, quæ leprosa propter detractionem et murmurationem contra Christum, cujus vendidit sanguinem. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 109. — Rabanus Maurus, CXI, 53. — Rupertus abbas. CLXVII, 947.

MICHOL, despiciens David ludentem, præsignat synagogam Christum blasphemantem. Rupertus abbas, CLXVII, 1112, 1126.

NAAMAN, qui princeps militiæ regis Syriæ esse describitur, quem melius significare potest, quam populum gentilem qui in orbe per virtutem bellorum principatum gerebat ac rerum decore fruebatur. S. Ambrosius, XVII, 834. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114. — Rabanus Maurus, CIX, 231.

NABAL, de quo dictum est quod vir durus et pessimus et malitiosus esset, typum tenet populi Judæorum, quorum aliqui uva fellis et botro amaritudinis inebriati dura cervice, et incircumcisis cordibus semper Spiritui sancto resistebant, atque carnalem sensum in lege sequentes, stulti facti sunt. Rabanus Maurus, CIX, 64.

NOE in tribus filiis figurantur gentes quas Christus Dominus sparsas invenit et collegit. S. Prosper, LI, 741.

OCHOSIAS significat populum Judæorum, et maxime, principes synagogæ, qui, peccatis et vitiis dediti, veritatem a se repellebant, imo et persequebantur. Rabanus Maurus, CXI, 65.

ONAN, secundus Judæ filius typus est Judaici populi, cui præcipitur ut semen excitet fratris, id est, reliquas nationes idololatriæ deditas ad Dei cultum excitet. S. Zeno, XI, 436.

OZIAS leprosus, figura Judæorum qui dedecus suum in fronte portant. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114.

PHILISTÆI Samsonem in Gaza comprehensum custodientes, significant Judæos sepulcro Christi apponentes custodiam. S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1173.

RAAB, gentilitatis typus. Rupertus abb., CLXVII, 1008.

ROBOAM ET JEROBOAM divisionem repræsentant Judæorum in Christi adventu, quorum pars Christum, pars Antichristum sequetur. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113.

RUBEN, primogenitus, figuram habet populi qui violavit cubile Dei Patris, quando carnem Christi confixit in patibulo crucis. Paulinus Mediolan., XX, 717. — Rufinus, XXI, 313. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 106.

RUTH, eliciens ex spicis hordeum, gentilium conversorum constantiæ typus. S. Prosper, LI, 795. — Rabanus Maurus, CVIII, 1206, 1207, 1209.

SAMSON leonem interficiens, Judæorum typus. S. Paulinus Nolan., LXI, 265.

SAMUEL novi sacerdotii signat successionem, abjecto veteri sacerdotio. S. Augustinus, XLI, 532, 533. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 91. — S. Isidorus Hispal., LXXIII, 112.

SAREPTANA VIDUA gentilitatem præfigurabat. Rupertus abbas, CLXVIII, 326; CLXX, 106.

SAUL Judaici populi insinuat reprobationem, sive ejusdem populi æmulationem, qui David, id est, Christum, injusto judicio conatus est perdere. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112. — Rabanus Maurus, CXI, 58.

SERON, princeps exercitus Syriæ, refert istius mundi principatum. Rabanus Maurus, CXI, 1150.

SIMEON ET LEVI Scribas et Pharisæos designant adversus Dominum non armorum pugna bellantes, sed versutia callida. Paulinus Mediolan., XX, 719. — Rufinus, XXI, 315. — S. Isidorus Hispal., LXXVIII, 106, — Rupertus abbas, CLXVII, 551.

SUNAMITIS FILIUS, figura humani generis, super quod Christus spiritum septiformem aspiravit. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113.

THAMAR geminos in utero filios gestans, duos gestabat populos, quorum posterior natus qui manum prior ex utero misit, quia gentium populus antea quidem est per prophetas ostensus, sed postea revelatus cujus ideo obstetrix ligavit dexteram cocco, quia idem populus per sanguinem Christi crucis notatus est signo. S. Isidorus Hispal., CLXXXIII, 108.

TOBIAS priscæ legis imaginem portat, cujus oculos Judaicæ hirundines obcæcant, dum eos luminis sacramenta male intelligentes obcæcant. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116. — Rabanus Maurus, CXI, 66.

URIAS cum litteris missus ut occidatur, populus est Judaicus portans legem per quam moriatur. S. Paschasius Radbertus, CXX, 67. — Rupertus abbas, CLXVII, 1135; CLXX, 294.

VASTHI regina plebem exprimit Judaicam, quæ quasi regina regnasse videbatur, cum in cultu unius Dei cæteris gentibus præeminere inveniebatur. Rabanus Maurus, CIX, 642.

ZACHARIAS populum gentilem demonstrat. Rupertus abbas, CLXVIII, 834.

V. — Figuræ quæ hæreticos et impios repræsentant.

ABBADDON, rex locustarum, typus est hæreticorum. B. Alcuinus, C, 1141.

ABIMELECH, ancillæ filius et seditiosorum rex, personam gerit Antichristi, qui omnium iniquorum caput est et princeps; præfigurat etiam Judam proditorem, per quem fraude contra Redemptorem nostrum, qui vere rex est, operatus est diabolus. S. Prosper, LI, 788. — Rabanus Maurus, CVIII, 1175; CIX, 59; CXI, 56. — S. Petrus Damian., CXLV, 388, 392.

ABIRON, CORE ET DATHAN, qui se a Moyse et Aaron segregantes, sacrificium usurpare conati sunt, hæreticorum pravitatem designant, perniciemque eorum qui se a sacerdotibus Christi et societate Ecclesiæ dividunt, et sacrificia profana accipiunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 110. — Rabanus Maurus, CVIII, 681; CXI, 53, — Adamus Scotus, CXCVIII, 814.

ABSALON, dum patrem suum David crudeliter insequeretur, mulæ impetu perductus, in condensam quercum, ramis ejus colla nectentibus, in aeris sublimitate suspensus est, quadam præfiguratione Dominici traditoris; nam sicut Judas innodatus laqueo vitam finivit, ita et persecutor David, constrictis faucibus, exspiravit. S. Augustinus, XXXVI, 97; XXXVIII, 1847. — Cassiodorus, LXX, 43. — S. Gregorius Turon., LXXI, 1097. — Rabanus Maurus, CIX, 807; CXI, 59. — S. Bruno Carthusian., CLII, 647. — Rupertus abbas, CLXVII, 1136. — S. Bernardus, CLXXXIV, 72, 752. — Petrus Lombardus, CXCI, 77. — Adamus Scotus, CXCVIII, 801, 816. — Philippus de Harveng, CCIII, 558.

ACHAB, qui in Samaria regnabat, hæresiarchas exprimit, qui perditorum turbam per errorum devia ducunt, et in perpetuum mortis præcipitium mergunt. Rabanus Maurus, CXI, 60.

ACHAM, qui de Jericho anathemate concupivit, designat nequam Christianum, qui post perceptam fidem, sæculares mores vel mundi illecebras appetit. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 111. — Rabanus Maurus, CXI, 54.

ACHARIS qui interpretatur amarus, hæreticos refert, qui merito ipsi dicuntur amari, qui non meruerunt divina gratia fieri repleti. Rabanus Maurus, CIX, 898.

ACHITOPHEL, qui recedens a David ad Absalon transmigravit, hæreticos significat, qui recedentes a tramite veritatis, se sociant hosti antiquo et subsequuntur errorem. Judam pariter proditorem exprimit. Rabanus Maurus, CIX, 107, 406.

ADAM fugiens a paradiso, hominem a veritate fugientem exprimit. Hugo de S. Victore, CLXXV, 165.

AGAR ancilla, fugiens a facie Sara, hæreticorum et carnis figura. S. Augustinus, XXXVIII, 32. — S. Paulinus Aquileiens., XCIX, 233.

ALCIMUS, contaminator legis et proditor patriæ, repræsentat eos qui Testamentum Dei sectis nefandis profanare, et Ecclesiam Dei perturbare non metuunt. Rabanus Maurus, CIX, 1185.

AMALECH spiritum fornicationis et vitium luxuriæ designat. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 397, 407.

AMAN superbus significat et diabolum et fastum potentum hujus sæculi, qui beneficiis sibi divina pietate collatis abutentes, proximos suos, quos consortes habent naturæ, gratiæ socios habere despiciunt. Rabanus Maurus, CIX, 652. — Rupertus abbas, CLXIX, 169.

AMMON, qui interpretatur filius mœroris, designat hæreticos et illos omnes gehennæ prædestinatos, ubi erit eis fletus et stridor dentium, tanquam populo mœroris. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 396. — Rabanus Maurus, CVIII, 1187; CXI, 380. — Adamus Scotus, CXCVIII, 384, 815.

ANTIOCHUS, rex sceleratissimus, qui persecutus est populum Dei, præfigurabat Antichristum, qui Christi populum persecuturus est. S. Cyprianus, IV, 669. — S. Hieronymus, XXV, 568. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 651. — Rupertus abbas, CLXIX,1411. — Godefridus abbas, CLXXIV, 1152.

ARCHELAUS, jactantiæ typus. Adamus Scotus, 331.

ASAEL typum tenet eorum quos vehementer arripiens furor in præceps ducit; qui in eodem furoris impetu tanto cautius declinandi sunt, quanto insane rapiuntur. S. Gregorius Magnus, LXXVII, 77. — Rabanus Maurus, CIX, 76.

ASSUR, Antichristi typus. Rabanus Maurus, CX, 818.

BALAAM, qui interpretatur populus varius, designat hæreticos et eos qui per fidem cognitionem Dei habentes, obscurati malis operibus corruunt : simul etiam sæculares maledicentes religiosis quos imitari negligunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 110. — B. Alcuinus, C, 1105. — Adamus Scotus, CXCVIII, 337.

BALAM, typum gessit sacerdotum vendentium ecclesiastica quæstus gratia. Rupertus abbas, CLXVII, 895.

BEELPHEGOR, Antichristi typus. Rupertus abbas, CLXVII, 908.

CAIN Antichristi et malorum justos persequentium figura. S. Augustinus, XLI, 456. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 484. — Rupertus abbas, CLXVII, 1752. — Adamus Scotus, CXCVIII, 813.

CHAM, verenda patris revelans, hæreticos præsignabat. Rupertus abbas, CLXVII, 362.

CHUSAN RASATHAIM, Judæorum oppugnator, mystice quilibet tyrannus. Rabanus Maurus, CVIII, 1126.

CIS asinæ, peccatrices animæ. S. Gregorius Magnus, LXXIX, 249, 282.

DALILA, animæ peccatricis et concupiscentiæ figura. Godefridus abbas, CLXXIV, 287. — Adamus Scotus, CXCVIII, 815.

DAN præfigurat Antichristum, qui futurus est velut coluber in via, et cerastes in semita, quia in via et semita mandatorum Dei ambulantibus, quantum in se est, obicem se præfert duplici armatus contra eos ingenio. S. Ambrosius, XIV, 1079. — Paulinus Mediolan., XX, 725. — Rufinus, XXI, 321. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 107. — Rabanus Maurus, CVII, 661, 662.

DINA, animæ torpentis et artibus diaboli deceptæ, typus. S. Gregorius Magnus, LXXVII, 108.

DOEG Idumæus, Judæ et Antichristi figura, nam sicut ille David adversarius fuit, ita Christo Antichristus erit. S. Ambrosius, XIV, 1646. — Cassiodorus, LXX, 373. — Rupertus abbas, CLXVII, 1106.

ELEAZARUS, qui elephantem interficiens occubuit, personam gerit arrogantium, qui dum volunt aliquid fortiter gerere, non tamen simplici sed erecto animo, in suis conatibus devicti prosternuntur. Rabanus Maurus, CIX, 1174.

ENOCH, filius Cain, urbem condens, significat impios in hac tantum vita esse fundatos. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 100. — Adamus Scotus, CXCVIII, 813.

ESAU figura non tantum eorum qui fidem negant, sed etiam eorum qui usque in finem vitæ in malis operibus perseverant; gulosos etiam et carnales designat. S. Ambrosius, XIV, 317. — S. Augustinus, XXXVI, 527. — S. Fulgentius, LXV, 438. — Rupertus abbas, CLXVIII, 190, — Adamus Scotus, CXCVIII, 814. — Petrus Cantor, CCV, 332.

GOG, superbiæ typus, hæreticos apte denotat Rabanus Maurus, CX, 868, 871.

GOLIAS, superbi figura. S. Bernardus, CLXXXIII, 333.

HELIU, typus doctorum fidelium, sed superborum, qui rectis quidem sensibus loquuntur, sed ad stulta elationis verba derivantur. S. Gregorius Magnus, LXXV, 527; LXXVI, 252, 452. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 108.

ISMAEL significat nativitatem eorum qui servi peccati sunt. S. Ambrosius, XVII, 363.

JACOB descendens in Ægyptum, figurat lapsum Adæ, et prævalens angelo, persecutores Christo prævalentes. S. Augustinus, XXXVI, 1022. — Rupertus abbas, CLXX, 71.

JEROBOAM hæreticorum typus. Rupertus abbas., CLXVII, 1237; CLXIX, 331.

JEZABEL, mortem æternam et hæreticos repræsentat. Rupertus abbas, CLXVII, 1245; CLXIX, 881.

JOACHAZ, qui interpretatur retentus, significat pravos rectores, quos populus terræ, carnales videlicet terrenæ cupiditati dediti secundum mores suos consentientes vitiis suis,personas eligunt. Rabanus Maurus, CIX, 530.

JOB amici tres prænotant hæreticos, qui sub specie consolandi, studium gerunt seducendi; illius uxor quæ ad maledicendum eum provocat, carnalium pravitatem exprimit. S. Hieronymus, XXV, 619. — S. Gregorius Magnus, LXXV, 526, 621, 729. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 108. — Rabanus Maurus, CXI, 50.

JORAM refert, eos qui catholica fide imbuti, ac Christiano baptismate regenerati, Ecclesiæ instituebantur sacramentis; sed relinquentes fidei veritatem, errores sequuntur hæreticorum. Rabanus Maurus, CXI, 61.

LABAN mundum hunc et prælatos Ecclesiæ captatores designat. Rabanus Maurus, CVII, 607. — Rupertus abbas, CLXVII, 441, 481, 958. — Petrus Cantor., CCV, 83.

LAMECH, cujus crimen Christus diluit, signat et hæreticos, et hujus sæculi figuram. S. Hieronymus, XXII, 1053. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 101.

LOT typum habet vitiosæ multitudinis, et illius uxor, eorum qui per gratiam Dei vocati, postmodum retro respiciunt, et ad ea quæ reliquerant redire contendunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 105. — Rabanus Maurus, CXI, 36. — Rupertus abbas, CLXVII, 374. — Petrus Cantor, CCV, 210.

LYSIAS, Judæorum hostis sævissimus, qui paganorum tenet principatum, eos qui Ecclesiam Dei gravissimis infestant persecutionibus, significat. Rabanus Maurus, CIX, 1224.

MICHOL, Davidem humiliatum despiciens, typus est eorum qui Christum professione, Antichristum vero opere sequuntur. Rabanus Maurus, CIX, 87.

NAAMAM Syrus et leprosus, hominis superbi et luxuriosi figura. Adamus Scotus, CXCVIII, 411.

NABAL prælatos Ecclesiæ munera captantes denotat. Petrus Cantor, CCV, 83.

OZA, arcam sustentans declinantem, ad sacram Eucharistiam indigne accedentes exprimit. Rabanus Maurus, CIX, 339.

PHARAO, vanæ gloriæ typus. Adamus Scotus, CXCVIII, 332.

PRINCEPS COQUORUM, qui muros Jerusalem subvertit, hoc significat quod omnes qui ventris desiderio serviunt, virtutes animæ destruunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116.

ROBOAM signat scissuram hæreseon e quibus Christus colligit oves. S. Prosper, LI, 801.

RUBEN, per incestum hæreticos animas commaculantes et concupiscentiam denotat. S. Paschasius Radbertus, CXX, 87. — Rupertus abbas, CLXVII, 550.

SAMSON crine servato invictus, abscisso autem captivus peccatoris typus. S. Paulinus Nolan., LXI, 264.

SAUL malos pastores, potentum elationem et mortem præsignat. S. Gregorius Magnus, LXXVII, 53, 55. — S. Bruno Carthus., CLII, 695. — Rupertus abbas, CLXVII, 1060.

SEDECIAS designat divites et peccatores, qui a diabolo capti, intelligentiæ oculos perdunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 114.

TIMOTHEUS typum tenet hæreticorum, qui tam per se quam per aliorum auxilium et suffragia, fidem Christi ac veritatem Evangelii destruere semper nituntur. Rabanus Maurus, CIX, 1242.

APPENDIX.

Hoc in Appendice, ne quid lectorem prætereat, omnes apposuimus figuras quæ vel diabolum vel duo Testamenta olim præsignabant, et quas memorarunt sancti Patres; unde scilicet :

I. — Figuræ quæ diabolum denotant.

ALEXANDER tentatorem præfigurabat diabolum. Godefridus abbas, CLXXIV, 1130.

AMALECH. S. Cyprianus, IV, 662. — S. Isidorus Hispal. LXXXIII, 109.

AMAN, affectans adorari. Rupertus abbas, CLXX, 106.

AMMON, qui interpretatur dolor eorum. Rabanus Maurus, CIX, 371; CX, 372.

ASSUR, virga furoris Dei et baculum indignationis ejus. Rabanus Maurus, CIX, 383; CX, 818.

BENADAD. Rabanus Maurus, CIX, 236.

CAIN, ab initio fratricida. S. Hilarius, IX, 648.

CHANAAN reges maligni. Rabanus Maurus, CVIII, 1147.

CHUSAM-RASATHAIM, Judæorum oppugnator. Rabanus Maurus, CVIII, 1126.

EGLON, qui interpretatur rotatus vel orbitus. Rabanus Maurus, CXI, 55. — Godefridus abbas, CLXXIV, 270.

GOLIATH, superbus. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 113. — Rabanus Maurus, CIX, 52, 53; CXI, 58. — Rupertus abbas, CLXVII, 1098.

HOLOPHERNES, iniquorum caput. Rabanus Maurus, CIX, 546.

LABAN, qui interpretatur dealbatio. Rabanus Maurus, CVII, 606.

MOLOCH. Rabanus Maurus, CVIII, 462.

NABUCHODONOSOR, princeps confusionis. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 116. — Rabanus Maurus, CIX, 272; CXI, 65. — Rupertus abbas, CLXIX, 1344; CLXX, 338.

NEMROD. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 103.

OZIAS, rex leprosus. Rabanus Maurus, CIX, 246.

PHARAO, qui populum Dei perdere tentat. S. Zeno, XI, 510. — S. Prosper, LI, 761. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 108. — Rupertus abbas, CLXVII, 637. — S. Bernardus, CLXXXIII, 978; CLXXXIV, 577.

RAPSACES. Godefridus abbas, CLXXIV, 73.

SEHON rex. S. Isidorus Hispal., LXXIII, 109. — Rabanus Maurus, CVIII, 719, 850.

SISARA. S. Isidorus Hispal., LXXXIII. 111.

URIAS Hethæus. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 112.

II. — Figuræ duo Testamenta præsignantes.

ABRAHAM DUO FILII, duo Testamenta signant. Victorinus Afer, VIII, 1185. — S. Augustinus, XXXV, 2133.

AGAR ET SARA, S. Hieronymus, XXII, 1055. — Rupertus abbas, CLXVII, 388.

EXPLORATORES DUO. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 111.

JACOB DUÆ UXORES, una libera, altera ancilla, Eugypius abbas, LXII, 691. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 104.

MOYSES ET AARON. S. Zeno, XI, 510.

XLIX.

INDEX FIGURARUM

NOVI TESTAMENTI EXEGETICUS, ORDINE DIGESTUS ANALOGICO,

SED IN ANALOGIA SERVANS RERUM ORDINEM ALPHABETICUM SIMUL AC PATRUM CHRONOLOGICUM.

I. — Figuræ quæ ad Christum spectant.

ANGELUS movens aquam, Christum designat; nam descendente angelo sanabatur infirmus, et descendente Christo sanatur mundus. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 128.

EVANGELISTÆ quatuor, sub quatuor animalium vultibus figuraliter Christum exprimunt, S. Isidorus Hispal., LXXXIII., 116.

JOANNES per figuram aquilæ signat Christum post resurrectionem carnis evolasse in cœlum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 117.

JOSEPH, virginis Mariæ sponsus, Christum indicat qui ad custodiam deputatus est sanctæ Ecclesiæ quæ non habet maculam aut rugam. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 117.

LUCAS, per mysticum vituli vultum, Christum pro nobis immolatum prædicat. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 117.

MARCUS, a solitudine exorsus, leonis figuram induit, et Christi regnum invictum potentiamque proclamat, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 117.

MARTHA, quæ sollicita circa frequens ministerium describitur, non incongrue assumptam Christi humanitatem figurare potest. Godefridus abbas, CLXXIV, 959, 960.

MATTHÆUS Redemptorem natum et passum annuntians in similitudinem hominis comparet. S. Isidorus Hispal., CLXXXIII, 117.

PETRUS ET JUDAS, duo Christi oculi; quos ille novus Samson amisit, quando Petrus in voce ostiariæ ter illum negavit, et quando Judas, qui tradidit illum, laqueo sese suspendit. Godefridus abbas, CLXXIV, 284.

SPONSUS, designat Christum, qui in nuptiis cum Ecclesia aquam in vinum mutat, quia credentes per lavacri gratiam transeunt ad passionis gloriam. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 127.

II. — Figuræ quæ Ecclesiam denotant.

APOSTOLI totius Ecclesiæ portant typum, qui similem potestatem in remittendis peccatis acceperunt, habentes formam patriarcharum, qui per pradicationem in toto orbe populos Christo genuerunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 119.

ARCHISYNAGOGI FILIA, signat Ecclesiam de gentibus, quæ post prædicationem Christo credidit, et salutem accipere promeruit. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 119.

CHANANÆA MULIER, Ecclesiam exprimit de gentibus, quæ tanquam canis micas quærit de doctrina apostolorum et prophetarum. S. Augustinus, XXXVIII, 487, 486, 544. — S. Isidorus Hispal., LXXIII, 118. — Illius filia pariter Ecclesiæ typus fuit. S. Hilarius, IX, 1004, 1005.

DISCIPULI SEPTUAGINTA DUO, designant illustrationem totius orbis per Evangelium, qui ideo mittuntur bini, propter prædicandum Dei amorem et proximi, vel mysteriorum gemina Testamenta, scilicet Ecclesiam Dei. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 117.

EUNUCHUS ÆTHIOPS, qui venerat adorare in Hierusalem, refert Ecclesiam de gentibus, quæ foris stabat quia legis et prophetarum scientiam non invenerat. Rupertus abbas, CLXX, 228, 229.

LAZARUS suscitatus, figura Ecclesiæ Dei. S. Augustinus XXXVI, 872.

MARIA, Christi Mater sicut Ecclesiam, quæ desponsata Christo virgo nos de Spiritu concepit, virgo etiam peperit. S. Ambrosius. XV, 1555. — S. Augustinus, XL, 660. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 117.

MARIA ET MARTHA. Respective ad tempus præsens et futurum Ecclesia, figuratur per Martham et Mariam, Martha enim Ecclesiam in hac vita Christum in corde excipientem, et in opere justitiæ laborantem exprimit, Maria vero sedens secus pedes Jesu, in futuro sæculo ab opere cessantem et requiescentem. S. Augustinus, XXXIV, 1341. — Isidorus Hispal., LXXXIII. 124.

MARIA MAGDALENA ET ALTERA MARIA, Ecclesiæ typum deferunt: unum nomen duas geminatur in feminas; quia hic Ecclesia ex duobus populis veniens, una figuratur ex duobus populis, id est, Judæis et gentibus, quia primi novissimi et novissimi primi. S. Petrus Chrysolog., LII, 412, 415, 432, 468. — Rupertus abbas, CLXX, 228.

MULIERES EVANGELICÆ. Plurimæ mulieres quæ in Evangelio memorantur, variis modis Ecclesiam exprimebant, quæ scilicet: Mulier abscondens fermentum in farina. S. Ambrosius, XV, 1749; XVI, 498. — Mulier a decem et octo annis infirma. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 126. — Mulier adultera. S. Isidorus Hispal., LXXXIII. — Mulier cui Christus resurgens dixit: Noli me tangere. S. Augustinus, XXXVIII, 1144, 1153. — Mulier ingressa domum Pharisæi. S. Ambrosius, XV, 1339. — Mulier patiens fluxum sanguinis. S. Ambrosius, XVI, 476; S. Augustinus, XXXIV, 821; XXXV, 1641. — Mulier Samaritana. Rupertus abbas, CLXX, 110. — Mulier ungens Christi caput et pedes. S. Ambrosius, XVI, 1110. — S. Augustinus, XXXVI, 171. — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 938. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 128. — Vidua æra duo mittens in gazophylacium. S. Ambrosius, XVI, 1043. — Zebedæi filiorum mater. Godefridus abbas, CLXXIV, 944.

PETRUS ET JUDAS. Petrus personam gerit Ecclesiæ, quæ potestatem habet dimittendi et retinendi peccata et ab inferis homines reducendi; Judas vero damnandæ Babyloniæ portat imaginem. Cassiodorus. LXX, 785. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 117.

VIRI quatuor vel quinque mille saturati panibus, Eccle-

siæ sunt populi per quinque corporis sensibus et duobus Testamentis refecti, vel gentium Ecclesia quæ in quatuor partibus mundi extenditur et gratia recreatur. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 120, 121.

III. — Figuræ quæ justos et virtutes designant.

JOANNES apostolus, vitæ typus contemplativæ, sicut activæ Petrus. Gedefridus abbas, CLXXIV, 670.

JOSEPH, vir Mariæ, electos et animam in virtute continuo crescentem designat. Adamus Scotus, CXCVIII, 224, 310.

JUDEX INIQUUS innotescere facit quantam spem habere debeat qui Dominum indesinenter exposcit, cum etiam apud aures judicis iniqui valuerit frequens instantia viduæ deprecantis; ipsa quoque vidua signat Ecclesiam perseverantia sua petentem ultionem de diabolo vel de hæreticis. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 127.

LAZARUS in sepulcro tumulatus et a Christo suscitatus, figura peccatoris quem Christus ad vitam revocat. S. Augustinus, XXXVII, 1306; XXXVIII, 433. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 645.

MAGI de longinquo ad Christum venientes, et conversorum typus et primitiæ gentium. Godefridus abbas, CLXXIV, 677, 678.

MARIA, desponsata Joseph, animam figurat fidelem, matrem Jesu futuram. Godefridus abbas, CLXXIV, 639, 640.

MARIA ET MARTHA; prima contemplativam, secunda activam vitam et Ecclesiæ pastores exprimit. S. Gregorius Magnus, LXXVII, 449, 877. — Rabanus Maurus, CX, 512. — Ven. Hildebertus, CLXXI, 200. — S. Bernardus, CLXXXIII, 624; CLXXXIV, 1004.

PARALYTICUS designat animam vitiis dissolutam in corpore suo, quæ gratia Christi sanata confestim resurgit, lectum carnis ad domum virtutum reportat, nequaquam ultra ad vitia recurrens. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 119.

PETRUS apostolus, ordinem prædicatorum, electos, præpositos et vitam activam significat. S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 600, 604, 607. — Godefridus abbas, CLXXIV, 670.

VIDUA MULIER, mittens duo minuta in gazophylacium, anima fidelis in thesauro cordis sui fructum servans dilectionis Dei et proximi. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 127. — Viduæ Naim filius, quem Christus suscitat et matri reddit, peccatorum exhibet quem Christus sanat per gratiam et reddit Ecclesiæ. S. Isidorus Hispal. LXXXIII, 128.

IV. — Figuræ Judæos et gentiles referentes.

CÆCUS a nativitate, missus ad Siloe fontem, genus humanum per aquas baptismi sanatum : — Cæcus et mutus dæmonium habens, eos qui ex idololatria ad fidem Dominicam convertuntur. — Cæcus sedens secus viam, populum gentilem qui per Christum fidei meruit claritatem. — Cæci duo juxta viam sedentes, utrumque populum per fidem Christo appropinquantem designant. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 119, 127, 128.

CENTURIO, indicat fidem gentium, quæ salutem sui filii infirmi humiliter petit; et filius ejus sicut et Chananææ mulieris filia, gentes signant quas licet corporaliter non visitet Christus, per fidem verbi salvat. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 118.

DÆMONIACUS, a legione liberatus, gentilem populum exprimit cultui multorum dæmoniorum obnoxium. S. Isidorus Hispal. LXXXIII, 119.

ELISABETH, typum tenet veteris legis, seu prophetiæ, sicut Zacharias maritus ejus veteris sacerdotii. Rabanus Maurus, CXI, 74.

EUNUCHUS Candacis reginæ, synagogam repræsentat. Rupertus abbas, CLXVII, 520.

HERODES ET PILATUS, amici facti propter Christum, designant utrosque populos divisos et per Christi passionem concordes inter se. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 129.

HOMO manum habens aridam, synagoga misericordiæ operibus infructuosa. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 120,

JOANNES BAPTISTA, qui interpretatur in quo est gratia Dei, et veterem et novam legem repræsentat. S. Petrus Damian., CXLIV, 331. — Godefridus abbas, CLXXIV, 1001.

LATRONES DUO in cruce, utrumque designant populum, quorum unus blasphemat Christum in cruce pendentem, alter gentilis, Judæos increpat. S. Isidorus Hispal., LXXXII, 130.—Rupertus abbas, CLXVII, 1342.

LAZARUS PAUPER, populi figura gentilis, quem divinum adjutorium tanto magis erigit, quanto minus de suorum virium facultate confidit. S. Gregorius Magnus, LXXVI, 341. — Rupertus abbas, CLXX, 315.

LAZARUS QUATRIDUANUS designat mundum qui quarta die mortis resuscitatur : prima dies, tracta ex Adam propago mortis; secunda, transgressio legis naturalis; tertia, prævaricatio datæ legis; quarta, contemptus Evangelicæ prædicationis. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 128.

LEPROSUS humanum indicat genus, delicti contagio maculosum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 118.

MAGI gentium populos designant, lucem fidei cognituros, indicantes sacramentorum muneribus Christum per thus esse Deum, per myrrham hominem passum et sepultum, per aurum regem omnium sæculorum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 117.

MARIA MAGDALENA, ut peccatrix, gentilitatem præfigurabat. Rupertus abbas, CLXIX, 650.

MATTHÆUS publicanus gentilis populi typum tenet. S Petrus Chrysolog., LII, 285.

MULIER ADULTERA, synagogæ figura. Rupertus abbas, CLXVII, 845.

PHARISÆUS ET PUBLICANUS. Pharisæus orans in templo, Judæorum populus qui ex justificationibus legis extollit merita sua; Publicanus, populus gentilis confitens peccata, et propter humilitatem justificatus a Domino. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 127.

PRINCEPS SACERDOTUM, scindens vestimenta sua, Hebræus populus, nudatus sacerdotio et evacuatus regno scisso. Illius servus, cujus amputatur auricula, Israeliticus populus propter incredulitatem servus effectus. Dexteram aurem amittit, dum ad sinistrum per intellectum litteræ transit, cui Dominus in his qui credunt auditum restaurat fidei. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 129.

SAMARITANA MULIER, synagoga quam Christus hortatur lavacri percipere gratiam vel intelligentiam legis. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 128.

SIMON CYRENÆUS, cui gestandam crucem imposuerunt, populus gentium est, qui peregrinus in lege obediens efficitur in Evangelio. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 129.

SIMON LEPROSUS, gentilis populus, qui est a Redemptore mundatus. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 128.

SOCRUS PETRI febricitans, indicat synagogam carnalibus desideriis accensam, cujus filia datur Petro regenda S. Isidorus, LXXXIII, 118.

THOMAS INCREDULUS, Judæorum typus. Rupertus abbas, CLXX, 259.

ZACHÆUS, gentilis est populus, meritis pusillus, sed sublevatus, per lignum crucis, Christi mysterium contemplatur. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 127.

V. — Figuræ quæ ad hæreticos et impios spectant.

BARABBAS, qui Judæis a Pilato dimittitur figurat Antichristum quem illi errantes meruerunt pro Christo suscipere. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 129. — Rupertus abbas, CLXVII, 849.

CÆCI designant illos qui fidem quam credunt nequaquam intelligunt; CLAUDI illos qui implere salutaria negligunt præcepta; MUTI hos qui fidem Christi non confitentur; SURDI autem illos qui non exhibent obedientiam præceptorum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 118.

HERODES diabolum exprimit, vel gentes nomen Christi de mundo exstinguere cupientes, vel etiam regum luxuriam et superbiam. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 118. — Godefridus abbas, CLXXIV, 677. — S. Bernardus, CLXXIV, 856. — Adamus Scotus, CXCVIII, 398.

HOMO manum habens aridam, designat animam operibus misericordiæ infructuosam; ille vero qui sæpe in ignem vel in aquam cadit, designat mundum qui semper arripitur igne cupiditatum et aqua voluptatum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 120, 121.

HYDROPICUS figurat illos quos fluxus carnalium voluptatum exuberans aggravat. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 126.

JUDAS, diaboli ministerium dicitur, et novus est Absalon in patrem infensus. S. Hilarius, IX, 712, 838.

LAZARUS, amicus Christi mortuus, anima terrenis peccatis obruta. S. Augustinus, XL, 59. — Rupertus abbas, CLXVII, 1242; CLXX, 119. — Adamus Scotus, CXCVIII, 741.

LEPROSI decem, sunt hæretici qui diversitatem habent schismatum, et ideo mittuntur ad sacerdotes ut unitatis recipiant sacramentum. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 127.

PASTORES pecorum fugientes, principes impiorum, qui fidem fugientes, virtutes tamen stupentes prædicant. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 119.

PILATUS, typus omnium judicum qui damnaturi essent eos quos innoxios existimarent. S. Ambrosius, XV, 1828.

SCRIBA repudiatus, designat eos qui Christi fidem non propter Dominum, sed propter sæculi lucrum appetunt. S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 119.

Ampliora si lector optaverit, homiliarum et sermonum Indicem adeat, præsertim de Scripturis; ibi alias figuras reperiet explanatas.

L.

INDEX EXEGETICUS

PARABOLARUM NOVI TESTAMENTI PRÆCIPUARUM,

ORDINE RERUM ALPHABETICO SIMUL ET PATRUM CHRONOLOGICO DISPOSITUS, QUO SCILICET EXHIBENTUR VARIÆ ILLARUM EXPLANATIONES QUÆ IN PATROLOGIA LATINA REPERIUNTUR.

—

PROŒMIUM.

Parabolæ definitio. — Parabolæ sunt similitudines rerum quæ comparantur rebus de quibus agitur. Ruffinus XXI, 140. — S. Hieronymus, XXV, 161. — S. Augustinus, XXXV, 546; XXXVI, 852. — Salonius, LIII, 967, 968. — Cassiodorus, LXX, 623, 1277. — S. Gregorius Magnus LXXVI, 38. — S. Isidorus Hispalensis, LXXXII, 239. — Rabanus Maurus, CVII, 939; CVIII, 723; CX, 694, 698. — S. Ivo Carnot., CXLII, 259, 290. — S. Bruno Carthus., CLII, 847, 1030. — S. Bruno Astens., CLXV, 191. — Rupertus abbas, CLXVIII, 614, 1553. — Petrus Lombardus, CXCI, 724.

Divisio. — Parabolæ Domini secundum similitudinem et dissimilitudinem sunt intelligendæ. S. Augustinus, XXXV, 1338. — Ven. Beda, XCII, 550, 551.

Utilitas. — Parabola proponit similitudines earum rerum quæ in conversatione humani generis frequentantur, ut auditor idoneus ad operandi studium comparationis magisterio informetur. S. Gaudentius, XX, 973. — S. Hieronymus, XXVI, 132. — S. Augustinus, XL, 320. — S. Petrus Chrysologus, LII, 469. — Salonius, LIII, 968.

PARABOLA I. — Amicus petens noctu ab amico panes pro hospite. *Luc.* XI, 5.

Homo ille qui media nocte postulabat ab amico tres panes, similitudinem exprimit cujusque in media tribulatione Dominum postulantis, ut det ei necessaria. Eusebius Vercellens., XII, 598. — S. Ambrosius, XV, 1721, 1722. — S. Hieronymus, XXIX, 630. — S. Augustinus, XXXVIII, 618-620. — S. Petrus Chrysolog., LII, 543-545. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 125. — Ven. Beda, XCII, 473, 474, 519, 520. — Paulus diacon., XCV, 1339. — Smaragdus abbas, CII, 305, 306. — Rabanus Maurus, CX, 224-226. — Haymo, CXVIII, 530-534. — Radulphus Ardens, CLV, 1902. — Zacharias Chrysopolit., CLXXXVI, 149-152, — Thomas Cisterciens., CCVI, 658. — Joannes Algrinus, CCVI, 745. — Innocentius III, CCXVII, 427, 438.

PARABOLA II. — Dives epulo et Lazarus mendicus. *Luc.* XVI, 19.

Dives ille qui induebatur purpura et bysso, significat Judæorum superbiam, florentem quondam imperii claritate vel honoris excellentia; mendicus ulcerosus demonstrat gentilem populum, confessionibus peccatorum humiliatum; quinque fratres divitis illius qui apud inferos torquebatur, Judæi intelliguntur, qui sub quinque libris legis positi sunt. Tertullianus, I, 630. — S. Ambrosius, XV, 1768, 1771. — S. Hieronymus, XXIX, 639; XXX, 575. — S. Augustinus, XXXV, 1350; XLVI, 921, 923. — S. Petrus Chrysolog., LII, 529-532. — Victor Capuan., LXVIII, 308.—S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1301; LXXIX, 1222.— S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 126.— Ven. Beda, XCII, 533; XCIV, 268. — Paulus diacon., XCV, 1362.— Smaragdus abbas, CII, 348-352.— Rabanus Maurus, CX, 294-297; CXI, 81. — Haymo, CXVIII, 589-595. — Radulphus Ardens, CLV, 1962. — S. Bruno Astens., CLXV, 422, 793.—Hugo de S. Victore, CLXXV, 822. — Robertus Pullus, CLXXXVI, 824, 825. — Zacharias Chrysopolit., CLXXXVI, 337-340. — Thomas Cisterciens., CCVI, 833, 834.

PARABOLA III. — Dives sibi gratulans de divitiis multis. *Luc.* XII, 16.

Dives ille cujus ager uberes fructus attulit, significat hominem luxuriis deditum, et abundantem peccatis quem immoderate plus amplius peccare desiderantem arguit Dominus dicens: Stulte, hac nocte auferunt animam tuam abs te; quæ parasti, cujus erunt? Tertullianus, I, 1161; II, 432.—S. Cyprianus, IV, 533.—Eusebius Vercellens., XII, 611, 612.—S. Hieronymus, XXV, 679; XXIX, 632, 633.—S. Petrus Chrysolog., LII, 490.—Victor Capuan, LXVIII, 307.—S. Gregorius Magnus, LXXIX, 1020. — Alulphus, LXXIX, 1214, 1215.— S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 125.— Ven. Beda, XCII, 491, 492.— Rupertus abbas, CLXVIII, 1518; CLXX, 323.— Ven. Hildebertus, CLXXI, 574. — Hervæus monac., CLXXXI, 76. — Petrus Comestor, CXCVIII, 1799.—Petrus Cantor, CCV, 338.

PARABOLA IV.— Domus supra petram fundata. *Matth.* VII, 24; *Luc.* VI, 48.

Petra Christus est, auctor apostolorum. Domum autem quam dixit, habitaculum corporis nostri est. In hac igitur petra, hoc est, Christo, domum nostram ædificemus; hoc est, corpus nostrum sanctificemus, ut cum flumina et ventus venerint, hoc est, impetus persecutionis et procellæ, impulsi non cadamus. Arena autem non aliud quam hæreses intelliguntur, quæ omni tempestate volvuntur. Super igitur hanc arenam, hoc est, hæresim, quicumque domum suam ædificaverit, stultus est; mox enim advenient flumina et venti, hoc est, impetus persecutionis, et illico cadet. S. Hieronymus, XXVI, 50.—Arnobius, LIII, 574. —S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 118.—Rabanus Maurus, CXI, 75.—S. Paschasius Radbertus, CXX, 329.

PARABOLA V. — Drachma perdita, quam cum mulier quærens invenerit, sibi suisque congratulatur. *Luc.* XV, 8.

Mulier, divina sapientia; decem drachmæ, novem ordines angelorum, cum adjunctione humanæ naturæ. Mulier enim decem drachmas habuit, cum Deus homines et angelos ad imaginem suam creavit; sed unam perdidit cum homo a similitudine Creatoris recessit; sed sapientia lucernam ad quærendum accendit, cum in carne apparuit; quia lucerna lux est in testa, id est Verbum in carne: quæ ubi inter homines claruit, domum evertit, quia conscientias hominum consideratione reatus sui perturbavit; et sic drachma reperitur, dum in homine similitudo Conditoris reparatur. Tertullianus, I, 1242; II, 993.—Eusebius Vercellens., XII, 635, 636.—S. Hieronymus, XXIX, 637. — S. Augustinus, XXXV, 1344. — S. Petrus Chrysologus, LII, 641, 643. — Victor Capuan., LXVIII, 302.—S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1246, 1249. —S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 121.—Ven. Beda, XCII, 521. — Smaragdus abbas, CII, 360, 361. — Rabanus Maurus, CXI, 77. — Haymo, CXVIII, 613, 615 — Hugo de

S. Victore, CLXXV, 820. — Zacharias Chrysopolit., CLXXXVI, 303. — Petrus Lombardus, CXCII, 757. — Philippus de Harveng, CCIII, 977. — Thomas Cisterciens., CCVI, 629. — Innocentius III, CCXVII, 645, 810.

PARABOLA VI. — FERMENTUM IN FARINÆ SATIS TRIBUS MISSUM. *Matth.* XIII, 33; *Luc.* XIII. 21.

Mulier ista quæ fermentum accepit, et abscondit illud in satis tribus farinæ, donec fermentaretur totum, vel prædicatio est evangelica, vel Ecclesia quæ e diversis gentibus congregata est; hæc tulit fermentum, notitiam scilicet et intelligentiam Scripturarum, et abscondit illud in farinæ satis tribus, ut spiritus et anima et corpus in unum redacta, non discrepent inter se, sed cum duobus vel tribus convenerit, impetrarent a Patre quodcunque postulaverint.

Mulierem istam multi Ecclesiam interpretantur, quæ fidem hominis cum farinæ satis tribus commiscuerit, credu'itati Patris et Filii et Spiritus sancti, cumque in unum fuerit fermentatum, non nos ad triplicem Deum, sed ad unius divinitatis perducunt notitiam. Farinæ quoque sata, dum non est in singulis diversa natura, ad unitatem trahunt substantiæ. S. Sixtus papa, V, 87. — S. Hilarius, IX, 994. — Eusebius Vercell., XII, 227. — S. Ambrosius, XV, 1749, 1750; XVII, 620-630. — Juvencus Aquil., XIX, 214. — S. Hieronymus, XXVI, 91, 92; XXIX, 559, 635; XXX, 552. — S. Augustinus, XXXV, 1326; XXXVIII, 641. — S. Petrus Chrysologus, LII, 477, 479. S. Maximus Taurin., LVII, 514. — Victor Capuan., LXVIII, 287. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 120. — Ven. Beda, XCII, 67, 507. — Rabanus Maurus, CVII, 948, 949, 950; CXI, 76. — Walafridus Strab., CXIV, 133 — S. Paschasius Radbertus, CXX, 498. — S. Bruno Astens., CLXV, 191, 250. — Hugo de S. Victore, CLXXV, 794. — Zacharias Chrysopol., CLXXXVI, 228-231.

PARABOLA VII. — FICULNEA INFRUGIFERA, QUÆ JUBETUR EXCIDI. *Luc.* XIII, 6.

Homo qui arborem fici in vinea sua plantavit, Christus est, qui Synagogam in Judaico populo condidit; quem cum Dominus quasi inutilem jussisset abscidi, fit illi a colonis apostolis fossa humilitatis, adhibetur stercus, id est, confessio peccatorum, sicque in novissimo credendo immutabitur in melius, dabitque fructus justitiæ copiosos. S. Hilarius, IX, 1037. — Eusebius Vercellens., XII, 621, 622. — S. Ambrosius, XV, 1741-1744. — Juvencus Aquil., XIX, 270. — S. Hieronymus, XXVI, 153; XXIX, 569, 634. — S. Augustinus, XXXVIII, 553-555, 638, 639. — S. Petrus Chrysolog., LII, 495. — Victor Capuan., LXVIII, 505, 316, 334. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 122-1229. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII. — Ven. Beda, XCII, 244, 503; XCIV, 315. — Druthmarus Christian., CVI, 1433-1435. — Rabanus Maurus, CVII, 1035, 1045; CXI, 80. — Haymo, CXVIII, 699. — Remigius Antissiod., CXXXI, 868. — S. Petrus Damian., CLXV, 1086. — S. Bruno Astens., CLXV, 245-247, 274, 401, 828, 1033. — Hugo de S. Victore, CLXXV, 817. — Zacharias Chrysopol., CLXXXVI, 380, 393, 470.

PARABOLA VIII. — FILII DUO, UNUS PŒNITENS ET PATRI OBEDIENS, ALTER VERO FINGENS SE OBEDIRE. *Matth.* XXI, 28.

Duo hi filii ad operandam vineam duorum populorum typum demonstrant. Primus enim missus vocatur gentium populus per naturæ intelligentiam ad operis divini culturam : qui tamen spernens, contumax exstitit et sese iturum negavit. Adveniente autem Domino, priorem contumaciam sequenti emendavit obedientia. Secundus autem filius missus Judæus per legis cognitionem respondit : Omnia quæcunque dixerit nobis Dominus faciemus. Sed idcirco damnatur, quia non solum in confessione legis prævaricatus est, sed in ipsum Dominum vineæ parricidales manus extendit. S. Hilarius, IX, 1040. — Eusebius Vercellens., XII, 287. — Hieronymus, XXIX, 569; XXX, 537. — Victor Capuan., LXVIII, 317. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 122. — Venerab. Beda, XCII, 94. — Druthmarus Christian., CVI, 1436. — Rabanus Maurus, CVII, 1047; CXI, 78. — Haymo, CXVIII, 137, 238. — S. Bruno Astens., CLXV, 247, 794. — Rupertus abbas, CLXVII, 1565. — Hugo de S. Victore, CLXXV, 797. — Zacharias Chrysopol., CLXXXVI, 384.

PARABOLA IX. — FILIUS PRODIGUS. *Luc.* XV, 11,

Homo quidam, id est, Deus Pater. *Duos filios*, Judæos et gentes, quia Judæis prius data est lex. *Da mihi portionem*, id est, vitam præsentem. *Divisit substantiam*, id est, dedit libertatem arbitrii utroque populo. *Peregre profectus est*, id est, longe a Deo : *vivendo luxuriose*, id est, idolis adorando : *fame valida*, id est, de verbo Dei, *uni civium*, id est, philosopho : *in villa sua*, id est, in mundo : *pascere porcos*, id est, ut more pecorum vixit : *et de siliquis*, id est, implere ventrem, et non impinguescere : *porci*, id est, stulti. *Mercenarii patris mei*, id est, qui viliores sunt servi Dei : *panibus saturantur*, id est, doctrina. *Peccavi in cœlo*, ipsi dicunt hoc, qui diabolum patrem habent, qui peccavit in cœlo. *Misericordia motus*, id est, venit in carne : *ad servos suos*, id est, ad apostolos : *stola prima*, fides quam Adam perdidit : *annulum*, id est, crux in fronte : *calceamenta*, id est, Evangelium : *vitulum saginatum*, id est, Christus ex duabus legibus. *Mortuus erat*, id est, Adam : *revixit*, id est, per baptismum : *perierat*, id est, in desperatione : *inventus est*, id est, in spe. *Filius senior*, id est, Judæi : *in agro*, id est, immundo desiderio : *symphonia et chorus*, id est, prophetia et Evangelium, etc. Tertullianus, I, 1242. — Eusebius Vercell., XII, 637. — S. Ambrosius, XV, 1756-1760. — S. Hieronymus, XXIX, 637; XXX, 574. — S. Augustinus, XXXV, 1374. — S. Prosper Aquitan., LI, 395. — S. Petrus Chrysologus, LII, 197. — S. Maximus Taurin., LVII, 825. — Victor Capuan., LXVIII, 303. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 1066. — Alulfus, LXXIX, 1218. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 126. — Ven. Beda, XCII, 522; XCIV, 375, 510. — Paulus Winfridus, XCV, 1257. — Haymo, CXVIII, 247-253. — S. Bruno Astens., CLXV, 414-420. — Godefridus abbas, CLXXIV, 201, 210. — Hugo de S. Victore, CLXXV, 820. — Zacharias Chrysopol., CLXXXVI, 305-310.

PARABOLA X. — JUDEX INIQUUS ET VIDUA. *Luc.* XVIII, 2.

Judex ille iniquus, qui Dominum non timebat, assidue tamen deprecantem viduam exaudivit, similitudo est qua demonstratur quantam spem habere debeat qui Dominum indesinenter exposcit, cum etiam apud aures iniqui judicis valuerit frequens instantia viduæ deprecantis. Ipsa autem vidua significare potest Ecclesiam, perseverantia sua petentem ultionem de inimicis suis, id est, diabolo vel hæreticis, S. Hieronymus, XXIX, 640, 641. — S. Augustinus, XXXV, 1358. — Victor Capuanus, LXVIII, 316. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 127. — Ven. Beda. XCII, 550; XCIV, 314. — Rabanus Maurus, CXI, 81. — Haymo, CXVIII, 696-698. — Zacharias Chrysopol., CLXXXVI, 383.

PARABOLA XI. — MARGARITA PRETIOSA. *Matth.* XIII, 45.

Bonæ margaritæ, quas quærit institor, lex et prophetæ sunt et notitia Veteris Instrumenti. Una autem est pretiosa margarita, scientia Salvatoris et sacramentum Passionis illius et resurrectionis arcanum; quem cum invenerit homo negotiator, omnia legis prophetarumque mysteria et observationes pristinas in quibus inculpate vixerat, quasi purgamenta contemnit et quasi quisquilias, ut Christum lucrifaciat; non quo inventio unius novæ margaritæ sit condemnatio veterum; sed quo comparatione ejus omnis alia gemma sit vilior. S. Cyprianus, IV, 608. — S. Hilarius, IX, 995. — Eusebius Vercell., XII, 229. — S. Hieronymus, XXVI, 93; XXIX, 559; XXX, 552. — S. Augustinus, XXXV, 1371. — S. Petrus Chrysolog., LII, 331. — S. Maximus Taurin., LVII, 528. — Victor Capuan., LXVIII, 288. — S. Gregorius Magnus, LXXVI, 1115. — Ven. Beda, XCII, 69. — Druthmarus Christian., CVI, 1376. — Rabanus Maurus, CVII, 954. — Walafridus Strab., CXIV, 133. — Paschasius Radbertus, CXX, 504. — S. Bruno Astens., CLXV, 192, 1067, 1070. — Rupertus abbas, CLXVII, 1564. — Godefridus abbas, CLXXIV, 719. — Hugo de S. Victore, CLXXV, 794. — S. Bernardus, CLXXXIII, 687. — S. Ogerius abbas, CLXXXIV, 1131-1133. — Zacharias Chrysopolit., CLXXXVI, 235. — Joannes Algrinus, CCVI, 629. — Innocentius III, CCXVII, 799.

PARABOLA XII. — MNÆ DECEM IN SERVOS AD NEGOTIANDUM DISTRIBUTÆ. *Luc.* XIX, 12.

Servus qui mnam unam accipiens decem acquisivit, significat doctores qui, accepta gratia Evangelii, in decem verborum Decalogi prædicamentis bene usi sunt, et docendo multos in fide acquisierunt, idcirco, adveniente Domino, laudabuntur, quia lucrati sunt. Qui vero ex una quinque acquisivit, illos demonstrat qui mandatum Dei servantes, consequuntur scientiam legis in quinque libris Moysi scriptam, eamque docendo ad usum salutis necessarium fœnerantur. Qui vero mnam unam ipsam in sudario conservavit, ostendit eum qui creditum sibi gratiæ donum delicate otioseque tractavit, unde et recte amittit collatam gratiam, quia per negligentiam prædicare contempsit, ut ei augeretur quod laboravit. S. Hilarius.

IX, 1038-1061. — Luciferus Caralit., XIII, 975. — S. Ambrosius, XV, 1792, 1794. — S. Hieronymus, XXIX, 642. — S. Augustinus, XXXV, 1359. — Victor Capuan., LXVIII, 337. — Alulfus, LXXIX, 1229. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 127. — Ven. Beda, XCII, 562; XCIV, 472. — Smaragdus, CII, 540. — Druthmarus Christian., CVI, 1512, 1516. — Rabanus Maurus, CXI, 82. — S. Bruno Astiens., CLXV, 435, 438, 852, 1058. — Godefridus abbas, CLXXIV 773, 780. — Zacharias Chrysopolit., CLXXXVI, 485, 488.

PARABOLA XIII. — NUPTIÆ FILII REGIS, AD QUAS INVITATI VENIRE NEGLEXERUNT. *Matth.* XXII, 2; *Luc.* XIV, 16.

5° Docendo humilitatem. Sic : Tertullianus, I, 1267, 1326; II, 417. — S. Cyprianus, IV, 734, 735. — S. Hilarius, IX, 561, 567, 674, 675, 790; X, 67. — Zeno, XI, 318. — S. Ambrosius, XIV, 333; XV, 1236, 1257, 1329, 1332, 1341, 1397, 1369, 1409, 1483, 1485, 1490, 1511, 1525, 1776. — Sedulius, XIX, 706. — Ausonius, XIX, 825. — S. Bonifacius papa, XX, 781. — S. Hieronymus, XXIV, 219; XXV, 138, 417, 423, 511; XXVI, 144, 492, 493. — S. Augustinus, XXXII, 1379, 1384; XXXIII, 63, 92, 419, 622; XXXIV, 923; XXXV, 1410, 1605, 1711, 2039; XXXVI, 266; XXXVIII, 578, 671, 685, 782, 875, 1278, 1315, 1321; XL, 412, 413; XLIV, 161. — Cassianus, XLIX, 424, 426, 430, 434, 450, 474, 1004, 1111. — S. Prosper Aquitan., LI, 290, 320, 377, 403, 439, 711. — S. Valerianus, LII, 735. — Salonius, LIII, 974. — S. Leo Magnus, LIV, 285, 317; LV, 162-180. — S. Maximus Taurin., LVII, 251. — Julianus Pomerius, LIX, 478, 488. — S. Paulinus Nolan., LXI, 190, 200, 322, 367. — S. Fulgentius, LXV, 165, 322, 324. — S. Martinus Dumiens., LXXII, 32, 36, 40. — Luculentus, LXXII, 857. — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 884, 917. — S. Columbanus, LXXX, 10. — Taio, LXXX, 827, 885, 928. — S. Chrodegangus, LXXXIX, 1059. — S. Paulinus Aquil., XCIX, 228. — B. Alcuinus, C. 454; CI, 476, 619, 630, 631. — Smaragdus, CII, 808. — Halitgarius, CV, 659. — Rabanus Maurus, CXII, 1351, 1354. — Jonas Aurelian., CVI, 234, 238. — Haymo Halberstat., CXVIII, 904. — S. Odo Cluniac., CXXXIII, 214, 301, 368. — Atto Vercell., CXXXIV, 595. — Adalgerus, CXXXIV, 917. — Arnoldus, CXLVI, 211, 268, 285. — Manegaldus, CLV, 164. — Ven. Guibertus, CLVI, 591. — Wernerus abb., CLVII, 1106, 1169. — Eadmerus, CLIX, 607, 664, 682. — S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 865. — Placidius, CLVIII, 639. — Franco abb., CLXVI, 755. — S. Bruno Astens., CLXV, 915. — Rupertus, CLXIX, 1223; CLXX, 624. — Ven. Hildebertus, CLXXI, 861. — Godefridus abb., CLXXIV, 552. — Hugo de S. Victore, CLXXVI, 999, 1002. — S. Bernardus, CLXXXII, 941-972; CLXXXIII, 592, 1112, 1197; CLXXXIV, 791. — Joannes Saresberiens, CXCIX, 696, 713. S. Stephanus Grandimont., CCIV, 1120. — Petrus Cantor, CCV. 38.

6° Castitatem. Sic : Tertullianus, I, 326, 472, 510, 1320. II, 339, 980. S. Cyprianus, IV, 822. — Zeno, XI, 288, 291, 292, 302. — S. Siricius papa, XIII, 1137, 1138; — S. Ambrosius, XIV, 641; XVI, 43, 49, 179; XVII, 23, 190, 193, 307, 844. — S. Chromatius, XX, 348. — S. Innocentius I, papa, XX, 530. — S. Hieronymus, XXII, 514, 953; XXIII, 281; XXVI, 135, 579, 582, 583. — S. Augustinus, XXXVI, 658; XXXVIII, 735, 760, 878; XXXIX, 1503, 1507, 1509; XL, 349, 355, 361, 435, 514. — Cassianus, XLIX, 221, 269, 272, 278, 282, 873, 880, 894. — S. Prosper Aquit., LII, 530. — S. Leo Magnus, LIV, 465. — S. Maximus Taurin., LVII, 249, 749. — Gennadius, LVIII, 996, 1004, 1036, 1038. — Julianus Pomerius, LIX, 480. — Eugyppius, LXII, 1027. — Dionysius Exiguus, LXVII, 186, 195. — S. Gregorius Turon., LXXI, 184, 1042. — S. Veranus, LXXII, 701. — S. Martinus Dumiens., LXXII, 25, — S. Leander Hispal., LXXII. 882. — S. Eutropius, LXXX, 100. — Paulus Emerit., LXXX, 129. — Taio, LXXX, 858. — S. Columbanus, LXXX, 211. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 643. — S. Chrodegangus, LXXXIX, 1089. — S. Paulinus Aquil., XCIX, 233. — B. Alcuinus, C, 469; CI, 626. — Smaragdus, CII. 546. — Halitgarius, CV, 668. Jonas Aurelian., CVI, 154. — Rabanus Maurus, CXII, 1238, 1248. — Haymo Halberstat., CXVIII, 915. — Regino abb., CXXXII, 189, 312. — S. Odo, CXXXIII, 359, 559. — Atto Vercell., CXXXIV, 712. — Burchardus, CXL, 926, 931, 966, 1010. — S. Leo IX, papa, CXLIII, 573. — S. Petrus Damian., CXLV, 160, 710, 721. — Othlonus, CXLVI, 286. — S. Anselmus Lucens., CXLIX, 527. — Radulphus Ardens, CLV, 1614, — Ven. Guibertus, CLVI, 587, 591. — Godefridus abb., CLVII, 116. — S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 1029. — S. Bruno Astens., CLXV, 929. — Hugo de S. Victore, CLXXVI, 1002. — S. Bernardus, CLXXXIII, 1197; CLXXXIV, 101. — Isaac de Stella, CXCIV, 1701.

7° Virginitatem. Sic : Tertullianus, I, 1184, 1287. — Zeno, XI, 286, 288, 301, 412. — Faustinus, XIII, 103, — S. Damasus papa, XIII, 405, 406. — Theodosius Magnus, XIII, 527. — S. Ambrosius, XV, 1551, 1555, 1556, 1595; XVI, 187-390; XVII, 220, 477, 579, 581, 759. — Zacchæus, XX, 1155. — S. Hieronymus, XXII, 394; XXIII, 38, 203, 204, 213, 227, 228, 235, 241, 251, 268; XXV, 461 — S. Augustinus, XXXIII, 645; XXXVI, 513; XXXVIII, 884, 1011; XXXIX, 1507; XL, 397-399, 402, 404, 421, 426. — Gennadius, LVIII, 996, 1036. — Symmachus, papa, LXII, 55. — S. Fulgentius, LXV, 324. — Dionysius Exiguus, LXVII, 58, 90, 158, 174, 245, 306. — S. Cæsarius Arelat., LXVIII, 400. — S. Leander Hispal., LXXII, 882. — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 637. — Taio, LXXX, 858. — S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 632. — S. Donatus, LXXXVII, 274-296. — S. Aldhelmus, LXXXIX, 104-161, 238-280. — Stephanus II, papa, LXXXIX, 1025, — B. Alcuinus, CI, 523. — Halitgarius, CV, 684. — Isaacus Lingon., CXXIV, 1088. — Atto Vercell., CXXXIV, 356, 359. — Ratherius, CXXXVI, 202. — Burchardus, CXL, 795, 805, 807, 817. — S. Fulbertus

Carnot., CXLI, 325. — S. Petrus Damian., CXLIV, 889, 892; CXLV, 373. Ven. Guibertus, CLVI, 580-608. — S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 726. — Ivo Carnot., CLXI, 584. — S. Bruno Astens., CLXV, 1073. — Rupertus abb., CLXX, 546-560. — Petrus Pictav., CCXI, 1127

§ II. — *Beneficia Christianismi erga hominem quoad corpus.*

Christiana religio semper vitam et sanitatem hominis omnimode tuita est, vel prohibendo nociva, vel utilia illius conservationi præscribendo.

1° Prohibendo ne quis sibi aut aliis mortem inferret; pugnas damnando singulares; in libertatem captivos et servos vindicando, etc. Quoad ea, vide Indices speciales de Homicidio, Duello, etc., etc.

2° Præcipiendo laborem sanitati necessarium, et unde peculiaria bona propriumque dominium oriuntur, quæ summopere in sanitatis tutamen vergunt, Sic : S. Ambrosius, XV, 1298, 1397, 1531, 1665; XVII, 19, 179, 229, 318, 377, 444. — Rufinus, XXI, 220. — S. Augustinus, XL, 549, 551, 552. — Cassianus, XLIX, 375, 377, 378, 383, 388, 396, 444, 451. — S. Eucherius, L, 835. — S. Benedictus, LXVI, 703. — Vitæ Patrum, LXXXIII, 740, 767, 818, 896, 898, 900. — Theodulphus Aurelian., CV, 193. — Halitgarius, CV, 670. — Haymo Halberstat., CXVIII, 917. — Atto Vercell., CXXXIV, 330. — Ratherius, CXXXVI, 149. — B. Odo, CLX, 1105. — Honorius Augustod., CLXXII, 866. — Petrus Cantor, CCV, 246. — S. Martinus Legion., CCIX, 114.

3° Damnando gulam et ebrietatem. Sic : Tertullianus, I, 613; II, 953, 958, 977. — Novatianus, III, 959. — S. Cyprianus, IV, 766. — S. Hilarius Pictav., IX, 944, 949; X, 687, 747. — S. Ambrosius, XIV, 373, 438, 701, 711-720; XV, 1374. — S. Hieronymus, XXII, 609; XXIII, 301, 310; XXIV, 81; XXV, 440; XXVI, 417, 566. — S. Augustinus, XXXIII, 90; XXXIV, 920, 1018; XXXVIII, 800, 1098. Cassianus, XLIX, 205, 223, 228, 229, 232, 236, 556. — Vigilius diac., L, 375. — S. Petrus Chrysolog., LII, 186. — S. Maximus Taurin., LVII, 270, 582, 735, 802. — Eugyppius, LXII, 826. — S. Benedictus, LXVI, 533. — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 552, 595; LXXIX, 38. — S. Eutropius, LXXX, 10. — Taio, LXXX, 940. — S. Columbanus, LXXX, 210. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 647, 649. — S. Egbertus, LXXXIX, 451. — S. Paulinus Aquil., XCIX, 234, 256. — B. Alcuinus, C, 251, 506; CI, 633. — Halitgarius, CV, 667, 676. — Amalarius, CV, 917. — Rabanus Maurus, CXII, 1246, 1368, 1370. — Hincmarus, CXXV, 777. — Regino abb., CXXXII, 218, 250, 286. — Atto Vercell., CXXXIV, 41. — Ratherius, CXXXVI, 560. — Burchardus, CXL, 889-894. — S. Romualdus abb., CXL, 1127. — S. Leo IX, papa, CXLIII, 572. — S. Petrus Damian., CXLV, 722, 728. — Othlonus, CXLVI, 211, 284. — Rupertus, CLXVII, 1061. — Hugo de S. Victore, CLXXVI, 1001. — Adamus Præmonstrat, CXCVIII, 813. — Joannes Saresber., CXCIX, 731, 762. — Petrus Cantor, CCV, 328, 330. — Alanus de Insulis, CCX, 289.

4° Laudando abstinentiam. Sic : S. Ambrosius, XVII, 322, 401, 436, 473, 605, 759. — S. Hieronymus, XXXVI, 566. — S. Augustinus, XXII, 1358. — Cassianus, XLIX, 551. — S. Petrus Chrisol., LII, 214, 219, 317, 320. — S. Leo Magnus, LIV, 185, 263, 438, 682. — S. Maximus Taurin., LVII, 570. — Gennadius, LVIII, 996, 1037. — Julianus Pomerius, LIX, 463, 467, 469, 470, 502. — Eugyppius, LXII, 604, 836. — Joannes Arelat., LXXII, 860. — S. Leander Hispal., LXXII, 882 — Taio, LXXX, 861. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 651; LXXXIV, 642. — S. Valerius abb., LXXXVII, 603. — S. Chrodegangus, LXXXIX, 1062, 1064, 1109. — S. Paulinus Aquil., XCIX, 234, 252. — B. Alcuinus, CI, 624. — Haymo Halberstat., CXVIII, 901. — Adalgerus, CXXXIV, 924. — Burchardus, CXL, 887. — S. Leo, IX, papa, CXLIII, 572. — S. Petrus Damian., CXLV, 722, 728. — S. Bruno Astens., CLXV, 936. — Hugo de Ribodimont. CLXVI, 866. — S. Bernardus Claræval, CLXXXIII, 176. — Joannes Saresber., CXCIX, 762. — Petrus Cantor., CCV, 850.

5° Arcendo impudicitiam, quæ præsertim obstat valetudini corporis. Vide supra, § II, n. 6, 7.

6° Inhibendo avaritiam, eleemosynam præcipiendo. hortandoque ad pauperes fovendos. — Sic : Zeno, XI, 285, 326, 329, 330, 332, 337. — S. Ambrosius, XIV, 731, 736, 740, 744, 765, 767, 777; XV, 1235, 1259, 1297, 1298, 1303, 1327, 1376, 1398, 1425, 1439, 1628, 1653, 1730, 1765, 1791; XVI, 65, 80, 120, 123, 130, 137, 158, 161; XVII, 234, 308, 313, 391, 393, 434, 481, 625, 752, 757, 920. — Juvencus, XIX, 130, 134. — S. Innocentius I, papa, XX, 430. — S. Gaudentius, 935-943 — S. Hieronymus, XXII, 417, 639, 813; XXIII, 301, 350, 546, 549; XXIV, 256; XXV, 174; XXVI; 519, 521. — S. Augustinus, XXXIII, 470, 471; XXXIV, 920, 921, 951, 965, 984; XXXVIII, 89, 250, 400, 404, 407, 626, 630, 642, 897, 956, 958, 961, 962, 1045, 1129, 1200, 1461; XXXIX, 1519, 1760; XI, 267, 674. — Cassianus, XVIX, 295, 298, 313. — Fastidius, I, 396. — S. Hilarius Arelat., L, 1263. — S. Prosper Aquit., LI, 371, 460, 462, 476, 477. — S. Petrus Chrysolog., LII, 205, 208, 231, 259, 263, 269, 282, 314, 317, 320, 386, 529, 513. — S. Salvianus, LIII, 174-236. — S. Leo Magnus, LIV, 157, 159, 176, 285, 298, 301. — S. Maximus Taurin., LVII, 297, 309, 322, 394, 397, 418, 425, 478, 500, 710, 739. — Julianus Pomerius, LIX, 456, 458, 459, 506. — Eugyppius, LXII, 795, 1026. — S. Paulinus Nolan., LXI, 190, 207, 286, 344. — S. Laurentius Novar, LXVI, 105-124. — Dionysius Exiguus, LXVII, 46, 187. — S. Cæsarius Arelat., LXVII, 1077. — S. Gregorius Tauron., LXXI, 1038, 1068, 1122, — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 493, 516, 519, 705, 863, 883, 1085, 1250; LXXIX, 235, 364 — S. Eutropius, LXXX, 10. — S. Columbanus, LXXX, 211. S. Sonnatius, LXXX, 445. — Taio, LXXX, 891, 931. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 472, 728. — S. Eligius Novion., LXXXVII, 593. — S. Ambrosius Autpertus, LXXXIX, 1278. — Paulus diac., XCV, 1403. — S. Paulinus Aquil., XCIX, 200, 226, 227, 258. — B. Alcuinus, C, 204, 455, 469, 508; CI, 625, 634, — Theodulfus Aurelian., CV, 204. — Halitgarius, CV, 666. — Jonas Aurelian., CVI, 213, 215, 251, 258. — Rabanus Maurus, CVI, 112, 340, 1244. — Haymo Halberstat., CXVIII, 902, 904. — Hincmarus, CXXV, 863. — Regino abb., CXXXII, 212, 246, 252. — S. Odo Cluniac., CXXXIII, 277, 544, 609. — S. Odo Cantuar., CXXXIII, 949. — Atto Vercell., CXXXIV, 254, 464, 706. — Ratherius, CXXXVI, 149. — S. Abbo Floriac., CXXXIX, 493 — Ælfricus Cantuar., CXXXIX, 1474. — Burchardus, CXI, 701, 703, 887. — S. Petrus Damian, CXLV, 208-232, 530-544, 569, 568. — Othlonus, CXLVI, 77, 293. — S. Bruno Carthus., CLIII, 258. — Wernerus abb.. CLVII, 1014. — Ivo Carnot., CLXI, 1015, 1018. — S. Bruno Astens., CLXV, 406. — Rupertus abb., CLXVII, 1779. — Ven. Hildebertus, CLXXI, 867. — Honorius Augustod., CLXXII, 864. — Hugo de S. Victore, CLXXVI, 1001. — Abælardus, CLXXVIII, 564. — Gerhohus, CXCIV, 1313. — Stephanus Grandimont., CCIV, 1108. — Joannes Saresber., CXCIX, 670, 819. — Petrus Cantor., CCV, 65, 70, 72, 286, 290. — Guntherus monac., CCXII, 214. — Innocentius III, papa, CCVII, 746-762.

LXXVII.

INDEX DE BENEFICIIS CHRISTIANISMI

ERGA SOCIETATEM HUMANAM, VEL ERGA HOMINES IN SOCIETATE CONSTITUTOS.

ORDINE RERUM LOGICO, ET PATRUM CHRONOLOGICO CONCINNATUS.

—

MONITUM.

Societas humana sub duplici respectu perpendi potest, scilicet quoad familiam, et quoad vitam civilem; ac sub utroque Christiana religio maxima contulit hominibus beneficia. Etenim quoad familiam, matrimonium ad pristinam dignitatem revocavit; mutua parentum ac liberorum officia sancivit, etc. Quoad vitam civilem, leges constituit æquiores; belli jura humaniora reddidit; omnibus societatis ordinibus consuluit; cunctis ope indigentibus auxilia contulit et remedia; litteris ac variis artibus favit, etc., etc. Hinc hujus Indicis duo paragraphi.

§ I. *Christianismi beneficia quoad familiam.*

Insignis ac mira fuit erga familiam Christianismi utilitas. Sublata enim polygamia, quæ apud paganos fœdabat matrimonium, illud ad pristinam revocavit institutionem, ex qua duo sunt in carne una; maxima illi contulit sanctitatem, conjugii vinculum gratia sacramenti sanciendo, adeo ut Christianorum conjugum societas figura sit illius sanctissimæ et divinissimæ unionis Christi cum Ecclesia. Suam mulieri dignitatem reddidit Christianismus; uxor enim Christiana, non jam est, sicut apud ethnicos, viri sui famula tantum et ancilla, imo vero serva quam pro libitu dimittere poterat eique immaniter vitam eripere; sed est ejus carissima socia, omnisque illius sive bonæ sive adversæ fortunæ inseparabilis, blanda, suavis et usque ad mortem indefessa comes. Vir autem suam uxorem fovere ac diligere debet velut propriam carnem, sicut Christus, divinus ille sponsus, dilexit Ecclesiam.

Non minus egregie prospexit liberis Christiana religio. Vitam enim eorum, ut sacrum quoddam pignus à Deo datum, contra parentum vel incuriam vel etiam inhumanitatem protexit. Parentes jam non habent jus liberos suos tum derelinquendi, tum exponendi, tum ut rem quamlibet vendendi, tum etiam, quod infandissimum est, interficiendi, aut, ut sæpius accidit, dirissima morte illos falsorum numinum simulacris immolandi. Parentes e contra filios diligere, alere ac bonis moribus instituere debent; et, ut eximie ait Apostolus, quæcunque vera, quæcunque sancta, quæcunque pudica, quæcunque amabilia, pueri docendi sunt.

Præclare etiam liberorum officia Christianismus constituit. Præcepit enim ut filii parentes suos tanquam Dei imagines venerarentur. Omnia pietatis obsequia parentibus, sive in infirmitate sive in senectute positis, prompto ac libenti animo præstare debent. Novissimis sepulturæ expletis officiis, gratus liberorum animus eleæmosynis, bonis operibus ac piis orationibus animas ac dulcem parentum memoriam jugiter apud Deum prosequitur. Maxima insuper præmia pollicetur religio filiis parentes suos diligentibus, gravissimaque minatur supplicia contemnentibus. Sic censuerunt.

1° Circa matrimonium : Tertullianus, I, 1232, 1277, 1302; II, 282, 442, 443, 518, 896, 919, 920, 925, 936, 939, 941, 950. — Lactantius, VI, 716. — Constantinus Magnus, VIII, 233, 243, 298, 307. — S. Siricius papa, XIII, 1136. — S. Ambrosius, XIV, 421; XV, 1234, 1545, 1550, 1615, 1765; XVII, 217, 218, 225, 258, 345. — S. Chromatius, XX, 351. — S. Innocentius I, papa, XX, 602. — S. Hieronymus, XXII, 721, 867; XXIII, 220, 222, 226, 227, 277, 281; XXV, 688, 1078; XXVI, 536. — S. Augustinus, XXXIV, 1001; XXXVIII, 347, 1094; XXXIX, 1507, 1709, XL, 100, 373, 375, 382, 385, 394, 452, 467, 473, 485, 486, 579; XLI, 229, 426; XLIV, 141, 198, 413, 419, 429.—S. Eucherius, L, 779.—S. Leo Magnus (In Append.), LVI, 441, 442, 446, 451. — Gennadius, LVIII, 1036, 1037. — Eugyppius, LXII, 694, 697, 700. — S. Fulgentius, LXV, 304. — Dionysius Exiguus, LXVII, 54, 56, 58, 155, 157, 251, 296. — S. Cæsarius Arelat., LXVII, 1086. — Vigilius papa, LXIX, 21. — S. Gregorius Turon., LXI, 510. — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 681, 1320, 1322; LXXIX, 411, 415, 586. — S. Sonnatius, LXXX, 444. — Taio, LXXX, 857. — S. Cummianus, LXXXVII, 985. — Stephanus II papa, LXXXIX, 1025. — S. Chrodegangus, LXXXIX, 1089. — Ven. Beda, XCI, 63. — Theodorus Cantuar., XCIX, 954. — Halitgarius Camerac., CV, 682, 685. — Jonas Aurelian., CVI, 167, 172, 174. — Rabanus Maurus, CVII, 1015; CXII, 1410. — Adrianus II, papa, CXXII, 1318. — Isaacus Lingon., CXXIV, 1086, 1089, 1091. — Hincmarus, CXXV, 648, 903. — Remigius monac., CXXXI, 63. — Regino abb., CXXXII, 282, 285, 303, 304, 310, 329, 334. — S. Odo Cluniac., CXXXIII, 359. — S. Odo Cantuar., CXXXIII, 948. — Atto Vercell., CXXXIV, 46, 360. — Ratherius, CXXXVI, 191. — Silvester II, papa, CXXXIX, 258. — Burchardus, CXL, 773, 775, 779, 805, 815, 919, 957. — Stephanus Cardin., CXLIII, 1412, S. Petrus Damian., CXLV, 580, 662. — S. Anselmus Lucens., CXLIX, 523. — Henricus III, imperator, CLI, 1082. — Ven. Guibertus, CLVI, 57, 78. — Wernerus abb., CLVII, 1195. — S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 557. — Ivo Carnot., CLXI, 584-650, 656, 690, 1271. — Ernulfus Roffens., CLXIII, 1458. — Rupertus abb., CLXVII, 282, 284, 900. — Ven. Hildebertus, CLXXI, 244. — Honorius Augustod., CLXXII, 867, 1146. — Hugo de S. Victore, CLXXVI, 124, 153, 157, 161, 480-524. — Abælardus, CLXXVIII, 1745. — Robertus Pullus, CLXXXVI, 945, 952, 956. — Petrus Lombardus, CXCII, 908, 910-943. — Bandinus, CXCII, 1106. — Eckbertus abb., CXCV, 14, 26-36, — Petrus Comestor, CXCVIII, 1064. — Ermengandus, CCIV, 1339. — Alanus de Insulis, CCX, 367, 614, 681. — Petrus Pictav., CCXI, 1257. — Odo de Soliaco, CCXII, 62. — Innocentius III, papa, CCXVII, 924.

2° Circa parentum et liberorum officia. Tertullianus, I. 316. — S. Cyprianus, IV, 771. — Victorinus Afer, VIII, 1253. — S. Ambrosius, XIV, 643; XV, 1539, 1575, 1709, 1734, 1752. 1787, 1788; XVII, 398. — S. Innocentius I, papa, XX, 430. — S. Hieronymus, XXIII, 281; XXVI, 536, 581. — S. Augustinus, XXXIV, 899, 969, 1014; XXXV, 1950, 1951; XXXVIII, 902; XXXIX, 1532. — S. Eucherius, L, 914. — S. Petrus Chrysol., LII, 352. — Eugyppius, LXII, 690, 691, 694, 702. — S. Fulgentius, LXV, 304. — Dionysius Exiguus, LXVII, 159. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 411, 415, 585. — Theodulfus Aurelian., CV, 202. — Jonas Aurelian., CVI, 195. — Regino abb., CXXXII, 301, 307, 311. — S. Odo Cluniac., CXXXIII, 114. — Ratherius, CXXXVI, 197. — Atto Vercell., CXXXIV, 710. — Burchardus, CXL, 773, 775, 835, 919. — Arnoldus monac., CXLI, 998. — Stephanus Cardin., CXLIII, 1412. — S. Anselmus Lucens., CXLIX, 524. — Ivo Carnot., CLXI, 584-656. — Ernulfus Roffens., CLXIII, 1458. — Honorius Augustod., CLXXII, 867. — Hugo de S. Victore, CLXXVI, 124, 161, 480, 481-524. — Petrus Cantor, CCV, 333.

§ II. *Beneficia Christianismi circa societatem civilem.*

Religio Christiana universam societatem velut hominem privatum divinis æternæ veritatis illuminavit ful-

goribus, et eximiis adornavit virtutibus. Illud in primis habendum quod insulsum et omnibus contaminatum flagitiis averterit falsorum numinum cultum; abolevit etiam cruenta gladiatorum certamina et immania victimarum humanarum sacrificia, et afflante jam veritate, ab ortu solis usque ad occasum, in omni loco sacrificatur et offertur Deo oblatio munda, ac Deus qui spiritus est in spiritu et veritate adoratur. In singulis quoque societatis ordinibus præclaris eminuit virtutibus. Reges justitiam et clementiam edocuit, divites beneficentiam et miserationem, pauperes patientiam; omnes homines humilitatem, castitatem, charitatem. Leges in pace æquiores et belli jura humaniora reddidit. Servitutem impugnavit et e medio tollere conata est, prædicans Deum non esse personarum acceptorem, sed omnium Creatorem, Patrem ac Judicem qui secundum opera sua unicuique reddet.

Omnium temporum ætatibus, prout opus postulabat, congruis enituit beneficiis Christianismus. Persecutores vicit ac fregit suorum martyrum constantia, quam adeo admirati sunt spectantes ut ad fidem converterentur, et sanguis martyrum semen fieret Christianorum. Sedatis persecutionibus, cum invalesceret scelerum lues, pristinusque virtutum mollesceret vigor ac refrigesceret charitas, ad eam refocillandam Christiani fere innumeri utriusque sexus, ac cujuslibet conditionis, spretis mundi voluptatibus, in eremum secesserunt, ibique pietate, manuum labore, litterarum studio, morum austeritate, omnibus maximeque stupendis floruerunt virtutibus.

Nationes remotissimas, quas Romanorum arma subigere non valuerant, ad Christum convertit et mansuefecit. Torvi Barbarorum duces subita et insueta moti clementia et veneratione, coram imbellibus Christi ac præsulum majestate steterunt attoniti, priscæ feritatis immemores, illorumque gladius toties cruentatus jacuit obtusus.

Post tot Barbarorum irruptiones omnia miscentur jura, omnesque per fas et nefas ruunt; sed in his tam luctuosis temporibus non suo saluberrimo operi deest Christi religio. Bella civilia ubique flagrantia quodammodo compescit hac memoranda lege *Trevia* seu *Treuga Domini* dicta; principum, regum, imperatorum solutas coercet libidines; omnium vitiorum invalentem colluviem salutari auctoritate comprimit.

Quando hæretici veritatem obnubilare satagunt, Spiritus sanctus egregios doctores suscitat; si vero tempestas scelerum ingruit, viri ac virgines, conculcatis voluptatum illecebris, monasteria condunt, ubi omnium virtutum splendore fulgent Ecclesiamque exhilarant. Non solum pietate claruerunt mediæ ætatis monachi, sed etiam litteris, scientiis et omnibus artibus gnavam dederunt operam; veterum scriptorum ac SS. Patrum libros societati servarunt, transcripserunt et fere per totum orbem diffuderunt. Dum ibique ob civium inter se discordias rura jacerent inculta, monachi ea apprimo excolebant, mira exstruebant ædificia, aratoria instrumenta conficiebant, sicque litteris, scientiis, liberalibus ac necessariis artibus, agrorum culturæ et architecturæ maxime profuerunt.

Quam fauste, quam benigne, quam mire igitur mundo affulsit Christianismus! In eo solo, ut olim cecinerat propheta, misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitia et pax osculatæ sunt. Quidquid vel temporum vel personarum ratio postulabat, eximie ac semper præstitit; singulis infirmitatibus singula contulit remedia. Xenodochia pauperibus ac ægrotis aperuit, Christum in egentibus pasci jussit, captivos redimendos curavit, viduas et orphanos defendendos commendavit; senes ac infantes derelictos in suo gremio alendos et refovendos pie ac blande suscepit; omnibus intelligentiis congruum doctrinæ cibum, velut prudens ac sedula mater, distribuit, etc., etc., quod fere omnes scriptis asseruere Patres. Hinc.

1° Huic legi: *Alteri ne feceris quod tibi fieri non vis*, quæ prima et naturalis est regula ad pacem inter cives componendam, Christianismus præclarum charitatis imposuit apicem, sicque veram fraternitatem instituit. Quoad ea, vide Indicem præcedentem, n. II, § 3.

2° De officiis subditorum. Constantinus Magnus, VIII, 109. — Nazarius, VIII, 586. — S. Optatus Milevit., XI, 999. — S. Ambrosius, XV, 1339. — S. Augustinus, XXXIV, 1026. — S. Eucherius Lugdun., L, 830. — S. Fulgentius, LXV, 226. — S. Gregorius Turon., LXXI, 230, 239, 300, 421, 658. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 717. — Jonas Aurelian., CVI, 296. — Hincmarus, CXXV, 962-984. — S. Abbo Floriac., CXXXIX, 480. — Burchardus, CXL, 902. — S. Gregorius VII, papa, CXLVIII, 308. — Canutus rex, CLI, 1171. — Joannes Saresber., CXCIX, 626.

3° — De officiis populos regentium. — S. Ambrosius, XV, 1279, 1434, 1575, 1634. — S. Hieronymus, XXV, 1328. — S. Prosper Aquit., LI, 319, 320, 361, 393, 424. — S. Martinus Dumiens., LXXII, 25, 28. — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 879, 1281. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 720, 724. — S. Eligius Noviom., LXXXVII, 654. — B. Alcuinus, C, 301, 354. — Jonas Aurelian., CVI, 281. — Hincmarus, CXXV, 833, 835, 954, 983. — Collect. canon., CXXXVIII, 425. — S. Abbo Floriac., CXXXIX, 477, 478. — Burchardus, CXL, 895-897, 905. — S. Petrus Damian., CXLV, 822. — Hugo de S. Maria, CLXIII, 941, 943, 948, 976. — Gratianus, CLXXXVII, 29, 43, 67. — Joannes Saresber., CXCIX, 513, 522, 529, 537, 626. — Helinandus, CCXII, 735, 739.

4° De officio regis, in quantum est legislator. — Zeno, XI, 257, 274, 283, 286, 297, 298, 338, 389, 407, 502. — S. Ambrosius, XV, 1254, 1311, 1436, 1464, 1550, 1571, 1576, 1599, 1636, 1640, 1652, 1660, 1677; XVI, 1251; XVII, 107, 118, 253, 272, 284, 833. — Zacchæus, XX; 1087. — S. Hieronymus, XXIII, 539, 540, 544, 555; XXV, 403, 1442; XXVI, 349, 365. — S. Augustinus, XXXVI, 714; XXXVIII, 821, 833, 843; XLI, 642. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 577, 723. — Hincmarus, CXXV, 851. — S. Abbo Floriac, CXXXIX, 481. — Burchardus, CXL, 896, 907. — Joannes Saresber., CXCIX, 514.

5° De officio regis, in quantum est judex. — Constantinus Magnus, VIII, 96, 102, 142, 146, 149, 198, 203, 208, 235, 281, 292, 378. — S. Hilarius Pictav., IX, 288; X, 749. — Zeno Veron., XI, 280-285, 318, 420, 458, 460, 509. — S. Ambrosius, XIV, 507; XV, 1236, 1430, 1464, 1487, 1492, 1494, 1562, 1635, 1828; XVI, 128, 147, 149; XVII, 90, 153, 207, 750. — S. Chromatius, XX, 326. — Rufinus, XXI, 329, 346, 1076. — S. Hieronymus, XXIII, 542, 549, 563, 1044, 1207, 1215; XXVI, 211. — S. Prosp., LI, 81, 440. — S. Petrus Chrysol., LII, 212, 543. — Julianus Pomerius, LIX, 505, 506, 508. — Eugyppius, LXII, 569, 705, 787, 842, 963. — Cassiodorus, LXX, 41. S. Gregorius Turon., LXXI, 891. — S. Martinus Dumiens., LXXII, 27, 28. — S. Gregorius Magnus, LXXVII, 521, 937, 1106. — S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 720, 724. — B. Alcuinus, C, 492; CI, 628, 629. — Smaragdus, CII, 30. — S. Agobardus, CIV, 186. — Halitgarius, CV, 674. — Jonas Aurelian., CVI, 218. — Hincmarus, CXXV, 847, 850. — Ratherius, CXXXVI, 149. — Burchardus, CXL, 910, 913, 916, 960. — Arnoldus, CXLI, 1091. — S. Petrus Damian., CXLV, 422, 821. — S. Anselmus Lucens., CXLIX, 564. — Wernerus abb., CLVII, 1209. — S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 480. — S. Bruno Astens., CLXV, 912. — D. Algerus, CLXXX, 869. — S. Bernardus Claræval., CLXXXIII, 1116. — Robertus Pullus, CLXXXVI, 905. — Gratianus, CLXXXVII, 238, 240, 871. — Isaac de Stella, CXCIV, 1697. — Joannes Sarresber., CXCIX, 529, 532, 589. — Balduinus, CCIV, 509. — Petrus Cantor, CCV, 162, 282. — Helinandus, CCXII, 742.

6° De officio regis, in quantum est dux exercituum. — S. Ambrosius, XV, 1379, 1805; XVI, 63, 81. — S. Augustinus, XLI, 116, 633. — S. Eucherius, L, 830. — Ferrandus, LXIV, 928-950. — B. Alcuinus, C, 196. — Hincmarus, CXXV, 840, 841, 954. — Regino abb., CXXXII, 298. — Burchardus, CXL, 770. — S. Anselmus Lucens., CXLIX, 533. — Honorius Augustod., CLXXII, 863. — Grætianus, CLXXXVII, 1164, 1166. — Joannes Saresber., CXCIX, 589, 596, 601, 609, 616.

7° Demum Christianismus, nedum societatem arceret a progressu, e contra semper et ubique eam in meliores impulit vices, per ministros colendo scientias et artes. — S. Ambrosius, XVII, 196, 225, 251, 253, 426, 777, 797. — S. Hieronymus, XXIII, 291, 514, 515; XXV, 475; XXVI, 490, 547. — S. Augustinus, XXXII, 1011, 1013, 1042, 1066, 1082-1190, 1196-1228; XXXIII, 79; XXXIV, 55, 80; XLI, 238, 258, 265, 319, 347, 359, 437, 485. — S. Eucherius, L, 820, 821. — Eugyppius, LXII, 947, 948, 952, 955. — Boetius, LXIII, 1080-1165, 1168-1306, 1303-1364; LXIV, fere per totum. — Cassiodorus, LXIX, 505, 514, 1219; LXX, 1106-1130-1220-1239-1270. — S. Gregorius Magnus, LXXIX, 353. — Taio, LXXX, 916. — S. Isidorus Hispal., LXXXII, 74-260; LXXXIII, 9-98, 180-200, 965-1018. — S. Aldhelmus, LXXXIX, 162-238. — Crispus, LXXXIX, 370-376. — Ven. Beda, XC, 124-150, 187, 277, 293, 579, 599, 607; XCII, 9-292. — Paulus Diacon., XCV, 434-672, 1138. — B. Alcuinus, C, 208, 254, 266, 269, 278; CI, 850-1002. — S. Agobardus, CIV, 148. — Dungalus, CV, 448. — Fredegisus, CV, 752. — Rabanus Maurus, CVII, 395; CIX, 1083; CXI, 138-678. — Wandalbertus, CXXI, 625. — Scotus Erigena, CXXII, 1442. — Remigius monac., CXXXI, 932-964. — Notkerus, CXXXII, 1008, 1172. — Hucbaldus, CXXXII,

906. — S. Odo Cluniac., CXXXIII, 761. — Atto Vercell., CXXXIV, 40. — Helpericus monac., CXXXVII, 22-48. — Silvester II papa, CXXXIX, 83-92, 94-152, 16-777. — S. Abbo, CXXXIX, 522-534, 570. — Adelbodus, CXL, 1103-1120. — S Fulbertus, CXLI, 347, 354. — Guido Aretin., CXLI, 380-444. — Hermannus Contractus, CXLIII, 381-443. — Berno abb., CXLII, 1095-1158. — S. Wilhelmus Hirsaug.. CL, 1148-1176. — Aribo, CL, 1308-1346. — Joan. Catto, CL, 1392-1430. — Constantinus Afric., CX, 1560. — Manegaldus, CLV, 154. — S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 561-582. — Theogerus, CLXIII, 778, 790. — Rupertus abb., CLXVII, 1764; CLXIX, 1288. — Marbodus, CLXXI, 1738, 1780. — Ven. Hildebertus, CLXXI, 1008, 1056, 1366 — Honorius Augustod., CLXXII, 42, 196, 246. — Hugo de S. Victore, CLXXVI, 741-842. — Guillelmus abb., CLXXX, 695, 726. — Hugo Ambian., CXCII, 1300. — Adamus Præmonstra., CXCVIII, 634, 796. — Joannes Saresber, CXCIX, 436, 642, 834. — Alanus de Insulis, CCX, 112, 198.

Quoad alia Christianismi erga societatem beneficia, quæ innumera sunt, speciales adeat lector Indices qui titulis illi facile innotescent.

LXXVIII.

INDEX PRAXEOLOGICUS

VEL

PRACTICÆ VITÆ SYNOPSIS

ORDINE RERUM ALPHABETICO DISPOSITA IN QUA EXPONUNTUR VARIA RELIGIONIS, PIETATIS DEVOTIONISQUE, OPERA, USUS, CONSUETUDINES, QUÆ IN OCCIDENTALI ECCLESIA DIVERSIS TEMPORIBUS, APUD CHRISTIANOS VIGUERUNT.

—

MONITUM.

Nonnulla de hujus Indicis ratione et utilitate præmittere liceat. Studiosum præmonemus lectorem hoc fuisse mentis nostræ propositum, omnia congerere indicia vitæ Christianæ; origines exponere variarum Ecclesiæ consuetudinum, quæ olim pro locorum diversitate floruerunt; curas notare et studia quibus, unaquaque ætate, devotionem suam atque pietatem pulam professus est vere Christianus. Sic exhibentur fraternitas et concordia primævæ Ecclesiæ discipulorum; ipsorum cura de defunctis; reverentia erga sanctorum reliquias; largitates divitum et regum in ædificandis ecclesiis, in pauperibus alendis; in monasteriis condendis: peregrinationes; bella sacra; leges conditæ; regulæ monachorum, etc., etc., etc. Quædam etiam alia, tum utilia, tum jucunda, obiter annotavimus, omnia alphabetice ordinantes.

Abbas, id est pater, ab Hebræo et Syro sermone *abba* derivatur. Hoc titulo donantur a primis Ecclesiæ sæculis tum apud Græcos, tum apud Latinos, rectores monasteriorum, Hieronym, XXVI (451); August., XXXVI, 1012; XXXVII, 1419.

Abrenuntiatio pompis et operibus tum mundi, tum diaboli, in baptismate peracta a Christianis, Hieronymus, XXV, 1068; August., XLV, 1241.

Abstinentia a vitæ deliciis præsertim in esu et potu stricte colebatur ab Ecclesiæ incunabulis, Tertull., I, 487. Ab omnibus spectaculis abstinebant, 466, 493. A Saturnalibus et liberalibus festis, 492. A carnibus idolothytis, Lactant., VI, 541; August., 385. Abstinentiæ meritum, Ambros., XVI, 1191. Ante annos robustæ ætatis periculosa est teneris abstinentia, Hieronym., XXII, 874. Qualis sit tempore Quadragesimæ, August., XXXVIII, 1043. Vetustissima est in Ecclesia, Maxim., Taurin. Domino viam parat, et mentem ad cœlestia erigit, Leo Magn., LIV, 185. Abstinentia a carnibus laudabilis, Gennad., LVIII, 976; Greg. Magn., LXXVI, 1234; Isidor. Hispal, LXXXIII, 651. Abstinentiæ gradus tres, Hugo a S, Victore, CLXXVI, 548. In abstinentia cibi et potus discretio servanda, August., XXXIII, 960; S. Bernard., CLXXXIII, 1085. Catholicorum et hæreticorum abstinentiæ discrimen, *ibid.*, 1096. In usu semper fuit Ecclesia, Robert. Pullus, CLXXXVI, 1144. Ciborum delectus in Quadragesima olim qualis fuerit, *ibid.*, 1145. Vide infra *Jejunium* et *Quadragesima*.

Adolescentes. Adversus adolescentiam prima dæmonum arma, Hieronym., XXII, 399. Lubricum est adolescentiæ iter, *ibid*, 310. Multa corporis bella sustinet, *ibid.*, 529. Cogitationum sagittis percuti solet, *ibid.*, 731. Adolescentularum ei cavendum commercium, *ibid.*, 897, 1056. Adolescentibus præcepta morum traduntur, August., XXXII, 1006. Adolescentiæ quænam vitia adsolent abundare, id, XLI, 556, Adolescentes paucissimi qui ab initio nulla damnabilia admittant, *ibid.*, 750.

Adoptio. De adoptione infantium foribus ecclesiæ. expositorum, Isaac Lingon., CXXIV, 1107.

Adversitas est bonis in admonitionem, et malis in castigationem, Tertull., I, 489. Inde sæpe oritur quod non colatur Deus Cyprian., IV, 548, 549, 759. Explorat justitiam singulorum, *ibid.*, 593. Patientia virtutum maxima, Lactant., VI, 700. In adversis justus non frangitur, Ambros., XV, 1327. Tunditur, sed non subruitur, XIV, 460. Adversa quare patienter ferenda, *ibid.*, 863. Quisquis meliora sperat nunquam levioribus frangitur, id., XV, 1282. Cum animus urgetur adversis, tunc divinum implorat auxilium, *ibid.*, 1329. Magnum si tunc adhæreas Christo quando te procella aliqua contorbat, *ibid.*, 1292. In adversis et in prosperis laudetur Dei voluntas, Hieron., XXII, 467. Quid potest dicere, qui de Dei clementia in adversis gloriatur, *ibid.* Deus affligi permittit, quos diligit, August., XXXIII, 424, Adversitas donum est Dei admonentis, *ibid.*, 957. In ferendis adversitatibus adhibenda constantia, id. XXXVIII, 623. Adversa quare justis et injustis communia, id, XLI, 20, 21. Adversitates quibusdam sunt utiles et quibusdam perniciosæ, id., XLII, 451. Adversa vel corrigunt vel probant, Leo Magn., LIV, 169. Adversitas nocti comparatur, Greg. Magn., LXXV, 563, 650. Probat amicos, *ibid.*, 780. Inimicos detegit, *ibid.*, 781. Adversitas non dejicit quem prosperitas non corrumpit, id., LXXVI, 177. Adversa patienter ferenda Lupus Ferrar CXIX, 437.

Ægrotantes, infirmi. Æger impatiens per dolorem, S., Cyprian, IV, 477. Ægri salubres cibos respuunt, *ibid*, 301, 306. Infirmorum cura commendatur, *ibid.*, 326, 327. Iis in exitu subveniendum, *ibid.*, 347. Infirmi sunt visitandi, *ibid.*, 777. Nemo tentet invalidum aut præcipitet infirmum, Ambros., XV, 1784. Ægrotanti quis debet assistere, Hieron., XXII, 528. Clementia et sedulitas erga ægros, *ibid.*, 892. Nasci hic in corpore mortali, incipere est ægrotare, August., XXXVII, 132. Ægrotat periculosius, qui se sanum putat, id., XXXVIII, 495. Ægrotorum duo genera, *ibid.* Æger non exauditur ad voluntatem sed ad sanitatem, *ibid.*, 1299. Præcepta medici observando, nonnisi paulatim fit sanus, *ibid.*, 1270. Ægrotantium illicita remedia, *ibid.*, 1439. Ipsa corporis

salus est quædam ægritudo, Gegor. Magnus, LXXV, 834. Naturalis cura est ægris dare lætitiam, Cassiod., LXIX, 771. De visitandis infirmis, Regino Prumien.. CXXXII, 212. De visitandis ægrotis, Guigo Carthus., CLIII, 655.

ÆTAS. Ætatis procacitas verecundiam debentis vindicanda, Tert., II, 203. Majori ætate Deus majorem exigit honorem, *ibid.*, 417. Ætas omnis munifica Christo est, Ambros., XV, 1565. Ætatis nostræ momenta per singulos actus minuuntur, Hieron., XXII, 602. Lubricam ætatem monuisse pietatis est, *ibid.*, 729. Non facile credendum quiquid dicitur de provecta ætate, *ibid.*, 1084. Ætatis ardor Dei misericordia et jejuniórum rigore restinguitur, *ibid.*, 1116. Ætatis gradus, August., XXXIII, 966. Ætatis quot gradus, tot mortes ætatum, *ibid.*, XXXVIII, 1686. Ætas etsi longa videatur, cum pervenerit, convincitur brevis, quia finitur, *ibid.*, 1613. Ætas immatura, Greg. Magn., LXXV, 536. Hora tertia adolescentia, hora sexta juventus, hora nona senectus, hora undecima ea ætas quæ decrepita vel veterana dicitur, Garner. a S. Victore, CXCIII, 370.

AGAPE, quæ vox *dilectio* interpretatur. Sic vocabatur cœna Christianorum in communi celebrata, Tertul., I, 474. Quomodo in hoc convivio se agebant, *ibid.*, 477; vide Zenon., XL, 366 not; Hieronym., XXII, 418; August., XLII, 383; Paulin., LXI, 562. Agapes religiosa erant convivia in templis in primæva Ecclesia. Greg. Magn., LXXVI, 1216.

AGENDA, sic vocabantur mortuorum exsequiæ temporibus Roberti Pulli, CXXXVI, 799, 1106.

AGNUS DEI, id est parvulæ imagines cereæ quæ benedicebantur, legitur apud Prudent., LIX, 808 et Amalar., CV, 1038.

ALEA, ludus antiquissima origine, contra quem vehementer reclamavere Ecclesiæ rectores, Tertull., II, 1049; Ambros., XIV, 772, 773; Innocent., XX, 478. Furor aleæ a Sidonio Apollin. describitur, LVIII, 448, 449, 548. Alea quid sit, quæ ejus figuræ, Isidor, LXXXII, 660, 661; Joannes Saresber., CXCVIII, 398. Aleæ ludus seminarium dicitur omnium malorum, Petrus Bles., CCVII, 228.

ALLELUIA, Hebræa vox quæ *Laudate Deum* interpretatur, quam et in orationibus suis subjungere solebant Christiani diligentiores, Tert., I, 1194. Item in Psalmis, *ibid.* A Paschate ad Pentecosten vacabant jejunia, cantabatur Alleluia, Ambros., XIV, 867. Aliquando cantatum, in exsequiis, Hieron., XXII, 697. Vide insuper August., XXXVII, 1937, 1938. Quandonam Romæ cantaretur Alleluia, Cassiod., LXIX, 1156. Quare non cantetur a Septuagesima ad Pascha, Petr. Lomb., CXCI, 582. Unicum Alleluia in Paschate cantatur, duplex autem in Sabbato sequenti ex Alano de Insul., CCX, 210.

ALTARE, vide *Ara*.

AMEN. id est *Fiat*, juxta Hebræi interpretationem. Cur sæpius repetatur in Joannis Evang., Ambros. XIV, 1084. Quando in Ecclesia psalmus cantatur, *amen*, dicitur, id., XV, 1763; XVI, 625; Hieronym., XXIV, 643; id., XXVI, 43, 317, 438. Amen ad affirmandum aliquid assumitur, August. XXXIV, 649; id., XXXV, 1694. Fideles Eucharistiam suscipientes respondent: *Amen*, id., XXXVIII, 1267; et ad invocationes antistitum, XL., 320.

AMICITIA. Amicos diligere omnium est, inimicos autem solorum Christianorum, Tertull., I, 698. Amicitiæ leges, Ambros., XVI, 179. Constans esse debet, *ibid.*, 180. Inter mores dispares esse non potest, *ibid.*, 182. Plerumque meliores sunt amicitiæ inopum quam divitum, *ibid.* Amicitia virtus est, non quæstus, *ibid.* Pietatis custos et æqualitalis magistra, *ibid.* Correptiones in amicitia gratæ sunt, *ibid.*, 74. Amicitia quæ desinere potest nunquam vera fuit, Hieron., XXII, 335. Vera est illa, quam, non utilitas rei familiaris, non præsentia tantum corporum, sed Dei timor et Scripturarum studia conciliant, *ibid.*, 540. Amicitia vera quod sentit, dissimulare non debet, *ibid.*, 735. Amici rari sunt boni et fideles, id., XXIII, 548. In amicis res non quæritur, sed voluntas, *ibid.* 341. Amicitia quid sit, August., XXXII, 941; id., XL., 22. Amicitia nullius repudianda, id., XL., 82. Amicitia mutuo amore constat, *ibid.*, 173. Amicitia nusquam nisi in Christo fidelis est, id., XLIV, 550. Amicitia serio tractanda, Lupus Ferra., CXIX, 437. Osculum amicitiæ signum. Philipp. de Harveng., CCIII, 755.

ANACHORETÆ ET EREMITÆ. Vita eremitica ab innumeris assumitur Christianis seu ad persecutionem vitandam, seu perfectionis gratia, Rufin., XXI, 455 *et seqq.* Anachoretarum conversatio, Hieron., XXII, 420. Quæ genera operationum a solitariis eligi debeant, Joan. Cassian. XLIX, 1288. Anachoretæ sunt qui, post cœnobialem vitam, deserta petunt et soli vivunt, Isidor. Hispal., LXXXII, 293. Anachoretæ Eliam et Joannem, cœnobitæ *apostolos imitantur, ibid.* Ii sunt qui et eremitæ, *ibid.* Anachoretæ cœnobitis communiter meliores, Philipp. de Harveng., CCIII, 796. Anachoretarum solitudo excellentior quam cœnobitarum, Petrus Cantor., CCV, 213.

ANATHEMA. Anathema quid, Hieron, XXII, 998. Anathematis exempla, Salvian., LIII, 107. Anathema quid inter et excommunicationem discriminis intersit, Greg. Magn., LXXVII. 591.

ANNIVERSARIUM. Dies anniversarii pro defunctis celebrari soliti, Alcuin, CI, 1277.

ANNULUS. Vide BACULUS.

ANTIPHONA. Antiquus antiphonarum usus. Cassian., XLIX, 77. Origo antiphonarum, Cassiodor., LXIX, 1171. Antiphonas Græci primi conposuere, duobus choris alternatim concinentibus, Isidor., LXXX, 743. Antiphona quid et a quo inventa, Alcuin., CI, 1247.

APPELLATIO. Appellationum ad sedem apostolicam consuetudo, Leo Magn., LIV, 630. Appellatio episcoporum ad Romanum pontificem, LVI, 65; Greg. Magn. LXXVII, 607, 608, 850, 948.

AQUA, AQUA BENEDICTA. Aquæ laudes, Tertull., I, 1202 *et seqq.* Aspersiones aquæ apud ethnicos solitæ, *ibid.*, 1204. Aqua, baptismi figura, *ibid.*, 1203. Aquæ commendatio, Ambros., XIV, 171. Aqua in cantharis ad fores ecclesiæ, Paulin. Nol., LXI, 338, 850. Aqua benedicta ad sepulcrum S. Martini, Greg. Turon., LXXI, 376. Aquæ benedictæ virtus, *ibid.*, 958. Aqua de sanctorum fonte in honore habita, *ibid.*, 823, Aquæ benedictæ usus ad effugandos dæmones, Greg. Magn., LXXV, 237; LXXVII, 208. De aqua sancta spargenda, S. Remig. CII, 1101. De aqua sparsionis, Walafrid., CXIV, 963. Aqua die Dominica benedicenda, Hincmar., CXXV, 774. Aqua sale conspersa bene licendus populus, Isidor. Mercator, CXXX, 94. Aqua sali cinerique mixta, quacum crux aspergendo efficitur in templi dedicatione, Remig. Antissiod., CXXXI, 852. Aqua benedicta aspergitur nova ecclesia, Anselm. Cant., CLIX, 194. Aqua singulis Dominicis benedicenda. Ivo Carnot., CLXI, 193; Hugo a S. Victore, CLXXVI, 473.

ARA, ALTARE. Aræ vulgo dealbatæ et mensæ propter formam dictæ exstruebantur olim super martyrum sepulcra, et in eis celebrabantur sacra Mysteria., Optat., XI, 1008, 1009; vid. *ibid.* not., 77, 78. Aræ deorum a paganis constructæ cum titulis inscriptis, Tertull., I, 347. Aræ deorum, aræ diaboli dicuntur, Cyprian., III, 781; IV, 478. Aræ ut et alteria Deo soli dicantur apud Christianos, etsi martyrum nomina usurpent, August., XXXVIII, 1251, 1425, 1438. Inde recitabantur martyrum et sanctorum nomina, *ibid.*, 1251; XL 423. Altare quandoque ligneum, August., XLIII, 190. Altaria et ecclesiæ ad occidentem conversa, Cassiod. LXIX 154. Feminæ ad ea non accedunt, Leo IV, CXV, 677. Mundissimis linteaminibus cooperiuntur, Regino, CXXXII, 203. Nil in ea ponitur præter sacram oblationem, *ibid.*, 402. Sub S. Anselmo nudi lapides nusquam affixi consecrabantur, id., CXLIX, 194. Altaria quandoque ænea. Hugo a S. Vict., CLXXVII, 636. Reliquæ sanctorum sub iis positæ, S. Bernard., CLXXXII, 407. Concava seu quadrangula fuere, Petrus Lombard., CXCI, 724.

ARMA. Arma Christianorum, quæ, Tertull., II, 517; Leo Magn., LIV, 266; Paulin. Nol., LXI, 20; Paulin. Aquil., XCIX, 206. Dei militis virtus ad prælium prompta, id., IV, 676. Militem suum Christus spectat, *ibid.*, 353. Miles probatur in acie, *ibid.*, 590. Boni militis officium, id., III, 1115. Coronatur in persecutione, id., IV, 676. Arma cœlestia, quæ, Cyprian., III, 974. Christianum militem qualem esse decet, Ambros., XIV, 1056. Quænam eidem bella sustinenda, id., XV, 1807. Lucra sæculi non quærenda in militia Christi, Hieron., XXIII, 264, Arma contra diabolum, August., XL, 637, 638. Arma diaboli contra nos, *ibid.* Turpe est ut vincat libido quem non vincit homo, id., XXXIII, 856. Laici arma portare possunt, Honor. August., CLXXII, 614. Ad arma sumenda adversus infideles eos hortatur Urbanus II papa, CLI, 568, 570. Quot in militia sancte vixerunt, Alan. de Insulis, CCX, 186. Milites sui temporis arguit Alanus, *ibid.* Militare non prohibuit militia Christiani. August., XXXIII, 531. Milites qui, Deo auctore, bella gerunt non sunt homicidæ, id., XLI, 35, 39.

ARTIFEX. Artifices olim in urbibus celebrioribus, in diversa coalescebant corpora juxta professionem. Greg. Magn., LXXV, 436. Aliqui persolvebant qui tali ordini vel corpori sociari petebant *ibid.* Variarum professionum officia, Ratherius, CXXXVI, 144 *et seqq.*

ASYLUM. Confugientes ad ecclesiam, ibi exspectare solent, donec per intercessionem episcopi sua terminentur negotia, August., XXXIII, 430. Asylum locorum sacrorum defenditur, Alcuinus, C, 40. Qui ad ecclesiam confugiunt tradi non debent, Regino, CXXXII, 372.

Nemo violenter de ecclesia retrahendus ex decret. Bonifacii papæ, Sigebert Gemblac., CLX, 116. Impunitas ecclesiis et confugientibus ad eas probatur, Ivo Carnot., CLXI, 221. De his qui ad ecclesias confugiunt, Gratian., CXXXVIII, 1072; Innocent. III, CCXV, 1255.

Baculus, Annulus pastoralis. De baculis et annulis per manus sæcularium abusu datis, Humbert., CXLIII, 1148. Baculus pastoralis quid significet, Philipp. de Harveng., CCIII, 110.

Balnææ. Balnearum usus Christianis non interdictus, Tertull., I, 492. Balneæ promiscuæ ethnicorum ob fœditatem a Christianis respuebantur, Cyprian., IV, 458. Olim Romæ cum parentibus puberes filii balneas non adibant, Ambros., CXIV, 413. Iis sobrie uti debent adolescentes, ne foveant libidinem, Hieron., XXII, 730, 876, 957, 1075. Balneum ideo dictum, quia anxietatem pellit ex animo, August., XXXII, 777. Balneorum usus semel in mense conceditur sanctimonialibus, XXXIII, 963. Utrum liceat die Dominico, Greg. Magn., LXXVII, 1254. Quibus liceat, S. Paulin. Aquil., XCIX, 206. Ægris concedatur, S. Benedict. Anian., CIII, 1084, 1089, 1091. Sanis tardius concedendus, *ibid.* Balnea monacho vitanda, Philipp. de Harveng., CCIII, 787.

Barba totius corporis rationem probat, Lactant., VII, 33. Barba tactu inrutata, Tertull., I, 410. Barbæ capitisque rasura luctus indicium, Hieron., XXIV, 168. Barba est virili ornamento, non munimento, August., XLI, 791. In primæva juvenilis barbæ tonsione oratio specialis olim dicebatur, Greg. Magn., LXXVIII, 233, 520. De barbæ et capitis cultu apud Christianos, Ratramn., CXXI, 322. Indecorum est viro esse sine barba, S. Anselm. Cantuar., CLVIII, 349.

Basilica, Ecclesia. Ecclesiæ ab initio dicuntur arces sacræ, et orationis loca quæ admodum pusilla et sine arte inveniebantur, Zeno, 355 *not.* Modo publice, modo occulte sacræ synaxes fiebant pro ratione temporum et locorum propter ethnicorum injurias, *ibid.*; Tertul. I, 371, 468, 579. Præsidebant probati seniores, *ibid.*, 469. Domus Dei dicebantur sub Hilario Pictav., IX, 695, 696. Vera Christi Ecclesia non ea quæ in parietibus, in tectis et ædificiis sistit, id., X, 616. Plerique sunt dies, quibus statim meridianis horis adveniendum sit ad ecclesiam, canendi hymni, celebranda oblatio, Ambros., XV, 1314. Aurum et gemmæ in ecclesiis improbantur a D. Hieron., XXII, 535-536. Matronis divitibus nomine suo inflatis sordent ecclesiæ, Tertull., I, 1301. Corripiuntur mulieres quæ in vestitu superbo ecclesiam adeunt, S. August., XXXVIII, 205. Basilicarum forma, id., XXXIV, 660. Ecclesiæ constructio opus valde laudandum, id., XXXIX, 1475. Ecclesiæ ad audiendum verbum Dei institutæ, id., XLI, 52. Ibi viri seorsim a mulieribus sedent, *ibid.*, 76, 77. Præpositi sublimius plebe, et cur, id., XXXVIII, 569. Ecclesiæ asylum securum iis qui mortem vel supplicia formidabant, id., XXXIII, 430, 647, 651; XLI, 14, 17. Variis donariis ornabantur, Salvian., LIII, 127. Cantus in ecclesiis frequens, Leo Magn., LIV, 505. Basilicæ quædam dedicantur sub S. Leone in urbe Roma, LIV, 218, 468. Limina templorum exosculari Christiani solebant, Aurel. Prudent., LX, 330 *not.*; Paulin. Nol., LXI, 513. Ibi condiebantur sanctorum reliquiæ, 334. Aqua in cantharis foribus ecclesiæ ponebatur, *ibid.*, 338. Luminaria antiquitus in ecclesiis recepta, *ibid.*, 611. In basilicis olim processiones fieri solitæ, Greg. Magn., LXXVII, 542. In ecclesiis prandere non licet, Crisc., LXXXVIII, 897. Paucissimi in ecclesia sepeliendi, Theodulf. Aurelian. Ecclesiæ pretio non vendendæ, Hincmar., CXXVI, 264. Nemo in ecclesiis convivari præsumat, Regino, CXXXII, 202. De ecclesiarum defensoribus, Abbo Floriac., CXXXIX, 476. De fundatoribus, *ibid.*, 491. De earum dispensatione, *ibid.*, 496. De Sigismundi regis munificentia erga ecclesias, *ibid.*, 653. De ecclesiarum exstructione, cultu et honore, Burchard., CXL, 673. De ecclesiis, Gerard., CXLII, 1284. De ecclesiis consecrandis, Ivo Carnot., CLXI, 77. Quare ecclesiæ dictæ sunt basilicæ, *ibid.*, 215. Canticum turpe ab ecclesia removendum, *ibid.* Ecclesia honoranda, *ibid.*, 216, 233. De situ ecclesiæ, Honor. Augustod., CLXXII, 586. Ornatus superfluus ecclesiarum reprehenditur, S. Bernard., CLXXXII, 914. De familiis, servis ac ministerialibus ecclesiarum, quarum olim longe alia facies fuit quam hodiernis temporibus, Gerobus, CXCIV, 1228. De ordinatione servitii ecclesiæ, Guichard., CXCIX, 1093. De institutione ecclesiæ, Sicard. Cremon., CCXIII, 13. De fundatione, *ibid.*, 17. De variis ecclesiæ partibus, *ibid.*, 19. De nominibus diversis, *ibid.*, 26. De ejus consecratione, *ibid.*, 28-36. De ecclesiæ consecratione, *ibid.*, 37. De ecclesiæ ornatu, *ibid.*, 40.

Bellum, Militia, Miles. Militia an in totum Christiano conveniat, Tertull., I, 690; II, 91. Licita est usque ad causam coronæ, id., II, 94. Pulchrior miles in prælio occisus, quam in fuga salvus, *ibid.*, 112. Olea coronabantur, *ibid.*, 94. Christi milites, Christiani, id., II, 927. Bellatoris virtus difficilioribus locis est necessaria, Ambros., XIV, 364. In bello justitia et fides servanda, id., XVI, 63. In fortitudine bellica non mediocris honesti ac decoris forma est, *ibid.*, 83. Sunt nobis quædam et in pace prælia, et in bello pax, *ibid.*, 1091. Bella omnia non culpat doctrina Christiana, August., XXXIII, 530. Bella non fiant sine misericordia, *ibid.*, 531. Sæva nimis quæ sub Galieno gesta sunt, *ibid.*, 918. Bellorum nobis duo genera, id., XXXIV, 959. Bellare non omnibus fas est, id., XXXIV, 791. Bella justa quænam, *ibid.* Belli civilis calamitas, id., XLI, 88. Bellis Deus hominum mores emendat, virtutem exercet et auget, *ibid.*, 15. Bella socialia *ibid.*, 109. Ad belligerandum sola necessitas bonos compellit, *ibid.*, 124. Bellantium finis pax, *ibid.*, 440. Belli suscipiendi auctoritas et consilium penes principem, exsequendi ministerium penes milites esse debet, *ibid.*, XLII, 447. Bellare recte potest vir justus sub homine sacrilego, *ibid.* Est bellum quoddam adversus seipsum, id., XXXVI, 959. De bello adversus infideles gerendo sermones Urbani II papæ, CLI, 568, 570. De bello quid sentiendum, Gratian., CLXXXVII, 1159 *et seqq.* Milites templi voto astricti ad præliandum adversus infideles, Guibertus, CLVI, 702. *Vide* Arma, Cruce signati.

Metropolitanus sine episcopis causam eorum non audiat, III, 978. De primatibus et metropolitanis, et de negotiis episcoporum ad ipsos referendis, S. Stephanus I, III, 1004. — Metropolitanus nihil agat sine concilio episcoporum, nec illi sine ipsius, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, S. Julius I, VIII, 981. — De primatibus et metropolitanis, S. Felix II, papa, XIII, 17, 18. De metropolitanis, qui pallium expetere negligunt, *ibid.*, 1226. — Episcopus ab omnibus episcopis ordinetur, vel a tribus cum metropolitani consensu, S. Innocentius I, XX, 623. Extra conscientiam metropolitani episcopi nullus episcoporum audeat ordinare, *ibid.*, 468. Sine metropolitani consensu episcopus non ordinetur, *ibid.*, 627. Quod non oporteat secundum constituta imperatorum duos esse metropolitanos episcopos, *ibid.*, 547. — In unaquaque provincia nemo, contempto metropolitano, episcopus ordinetur, S. Bonifacius I, XX, 772. — Episcopus ordinetur metropolitani episcopi maxime, vel præsentia, vel auctoritas habeatur: absque quo ordinationem irritam esse voluerunt, Rufinus Aquil., XXI, 473. — Quod unaquæque provincia suo metropolitano esse debeat contenta, Cœlestinus, papa, L, 429. — A metropolitano comprovinciales episcopi conscio exarcho ordinentur, metropolitani ab ipso exarcho, S. Leo Magnus, LIV, 617. Metropolitanis sua jura serventur, *ibid.*, 667. Ut provinciales episcopi ad metropolitanos, sic metropolitanos ad exarchum seu vicarium pertinere, *ibid.*, 614. Eorumdem esse metropolitanos ordinare, *ibid.*, 615. A metropolitano comprovinciales episcopi conscio exarcho ordinentur metropolitani ab ipso exarcho, *ibid.*, 617. Ordinatio episcopi provincialis metropolitano reservatur, *ibid.*, 628. Unumquemque episcoporum ad metropolitanum in dubiis recurrere debere, *ibid.*, 1011. Episcopus ne ordinetur absque synodo et præsentia metropolitani, id., LXVII, 66. Metropolitanis sua jura serventur, *ibid.*, 293. — Qualiter metropolitanus in aliena provincia se habere debeat, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 1183.— De metropolitano, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 41. De primatibus episcoporum metropolitanorum, *ibid.*, 94. De metropolitanis episcopis, *ibid.*, 124. Non licere sine consilio metropolitani episcopi episcopum ordinare, *ibid.* 127, 131, 188. Episcopus sine formata metropolitani longius non proficiscatur, *ibid.*, 192. De rebus Ecclesiæ inconsulto metropolitano episcopo non alienandis, *ibid.*, 209. Absque metropolitano nullus ordinetur episcopus, *ibid.*, 253. Qui in metropolitana civitate non ordinatur episcopus, post duos menses se metropolitano præsentet, *ibid.*, 311. Episcopus, qui a metropolitano commonitus ad synodum non venerit, excommunicetur, *ibid.*, De primatu metropolitani, *ibid.*, 575. — Nequaquam in duos metropolitanos provincia dividatur, Crisconius Africanus, LXXXVIII, 903. Extra conscientiam metropolitani non ordinetur episcopus, *ibid.*, 913. — De honore metropolitanorum, S. Zacharias, papa, LXXXIX, 930. — Nequaquam inter duos metropolitanos provincia dividatur, Carolus Magnus, XCVII, 530. — De metropolitanis nullus absque comprovincialium episcoporum instantia aliquorum audiat causas, Remigius Caricus, CII, 1104. — Quo debeant ordine consecrari metropolitanus atque diœcesanus episcopus, Hincmarus Rhem., CXXVI, 186. De jure metropolitanorum, cum de Ansegisi primatu ageretur, *ibid.*, 189. De ordinatione archiepiscoporum et de primatibus et de patriarchis eorumque ministris, id., CXXX, 60, 73, 75. De primatibus episcoporum metropolitanorum, *ibid.*, 257. De metropolitanis episcopis, *ibid.*, 281. Non licere sine consilio metropolitani episcopi episcopum ordinare, *ibid.*, 283. Metropolitani arbitrio synodus congregetur, *ibid.*, 380. De primatu metropolitani, *ibid.*, 579. — Quod episcopus esse non possit qui, nesciente metropolitano, consecratus fuerit, Burchardus, CXL, 554. De metropolitano, si comprovincialem episcopum in sua causa audire distulerit, *ibid.*, 564. Nullus metropolitanus absque omnium comprovincialium episcoporum præsentia aliquorum audiat causas, *ibid.*, 565. Nullus primas vel metropolitanus aliquid agat de Ecclesiis, vel parochiis comprovincialium episcoporum, et de ipsorum causis sine eorum consilio omnium, *ibid.* Sine metropolitani litteris episcopi in aliam provinciam non proficiscantur, id, CLVIII, 24. De rebus Ecclesiæ sine consultu metropolitani episcopi non alienandis, Ivo Carnot., CLXI, 234. De jure metropolitanorum, *ibid.*, 322. — Usque ad proximam synodum a communione abstineat qui a metropolitano vocatus absque gravi necessitate synodi adesse neglexerit, Gratianus, CLXXXVIII, 102. A communione privetur episcopus, qui a metropolitano vocatus, ad synodum venire contemnit, *ibid.*, 103. Metropolitanorum et episcoporum examine promoveantur episcopi, non ordinetur episcopus extra conscientiam metropolitani, *ibid.*, 344. Sine metropolitani conscientia extra suam diœcesim nihil agat episcopus, *ibid.*, 794. Absque metropolitani conscientia vel provincialium episcoporum ad imperatorem episcopi non pergant, *ibid.*, 1259.

LXXXIII.

INDEX DE EPISCOPATU,

VEL

DE AUCTORITATE, OFFICIIS, OBLIGATIONIBUS EPISCOPORUM

ORDINE RERUM LOGICO DISPOSITUS.

—

MONITUM.

Episcopus græca vox est, quæ Latine *inspectorem* significat, et quæ munus designat antistitis, ut populo sibi commisso præsit, ejusque mores speculetur. Hinc episcopus debet curare divinum cultum et christianam defendere religionem; preces indicere: videre ne quid peccetur in rebus fidei, in divinis celebrandis officiis, in sacramentorum administratione; animadvertere in eos qui turbas excitant inter Christianos inquirere diligenter in libros qui in lucem emittuntur, ne quis in iis obrepat error; sacras in templo conciones habere, quod munus ita proprium est episcopi, ut illud cæteri clerici sine ejus venia aut consensu exercere prohibeantur; fidei mysteria, et sacrorum Bibliorum sensum secundum mentem Ecclesiæ populo aperire, eumque in officio, scripto et sermone, continere, etc., etc. Sed ut in hoc Indice ordinem statuamus, vicissim tractamus: I de institutione episcopatus; II de qualitatibus ab episcopo ordinando exigendis; III de electione episcopi; IV de officiciis episcoporum; V de virtutibus episcopi; VI de auctoritate; VII de administratione episcopali; VIII de episcopis indignis; IX de accusatione episcoporum; X de depositione episcopi; XI de jure appellationis; XII de reverentia episcopis debita, et sic quidquid in Patrologia circa episcopos habetur, lectoris subjicietur oculis.

I. — *Definitio et institutio Episcopatus.*

Episcoporum ordo et successiones, Tertull., II., 44. Apud hæreticos, hodie episcopus, cras alius, *ibid.*, 57. Qualem formam episcopatui dederint apostoli, *ibid.* 119. — Episcopos Deus facit, S. Cyprian., III, 711, 768, 803; IV, 396. 398, 401. Meminisse diaconi debent quoniam apostolos, id est episcopos et præpositos Domini elegit, id., IV, 396. Deus et Christus ejus episcopum fecere Cornelium, id., III, 770, 771. — Multitudo episcopalium sedium in Africa, S. Optatus, XI 832 *et seqq.* — Episcopus interpretatur *inspector*, S. Ambros., XVII, 579. Primi presbyteri episcopi appellabantur, *ibid.*, 388. — Singuli Ecclesiarum episcopi, S. Hieronym, XXII, 1080. Per singulas provincias ordinati presbyteri et episcopi ab apostolis, id., XXVI, 188. Ut unus de presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, etc., *ibid.*, 562. — Episcopus unde dictus, S. August., XXXVIII, 580; XLI, 647. Episcopus latine quomodo interpretatur, id., XXXVI, 1669. Episcopatus nomen est operis, non honoris, id., XLI, 647. Episcoporum ab ipsis apostolorum sedibus inconcussa series, id., XLIII, 506. Christus priusquam in cœlos ascenderet, imponens manum apostolis episcopos eos ordinavit, id., XXXV, 2296. Persecutionum tempore, statuebantur episcopi auxiliares ab antistite primario etiam in oppidulis et parvis locis propriæ diœcesis, id., LII. 973. Quod postea, pace Ecclesiæ data, vetitum fuit, *ibid.* Episcopi, ante pacem a Constantino datam, nullam habebant cathedralem Ecclesiam proprie dictam, neque fixum residentiæ locum, *ibid.* 986. Exempla episcoporum qui ante et post Ecclesiæ pacem, a regione in qua episcopatum agebant, appellati fuerunt, *ibid.* 987. — Episcopatus autem summus in Ecclesia gradus est, Cassiod., LXX, 784. Nomen istud non tam honoris est quam laboris, *ibid.* — Apostolorum profecto nunc in Ecclesia episcopi locum tenent, Gregor. Magn., LXXVI, 1200. Caput fidelium dicitur episcopus, id., LXXV, 1062. Episcopi nomen quid significet, id., LXXVII, 600. Episcopi vacuum nomen habere quid sit, *ibid.* 822. — Episcopus autem, nomen est operis, non honoris, S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 782. — Probari sibi episcopatus in Germania institutos, S. Zacharias, LXXXIX, 917. — De ordine tripartito episcoporum, Raban. Maur., CVII, 300. Episcopus es? Nomen ipsum, rogo, te admoneat, officium doceat, Ratherius Veron., CXXXVI, 286. — Post Christum a Petro sacerdotalis ordo cœpit, S. Anselm., CXLIX, 486. — Quid est tibi *episcopatus*, nisi cruciatus? quid aliud est hic honor, nisi *onus? quid est hæc sublimitas, niti* naufragosa tempestas? Ivo Carnot., CLXII, 29. — Επίσκοπος superintendens interpretatur, ut intelligat se non esse episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse, Herv., CLXXXI, 1421. — Paulus episcopos etiam presbyteros dicit, Petr. Lombard., CXCII, 223. — Notandum vero quid presbyterorum nomine episcopi accipiuntur, Bernardus abbas, CCIV, 801.

II. — *De qualitatibus ab episcopo ordinando exigendis.*

Si quis episcopus esse meretur, sit primo ostiarius, deinde lector, postea exorcista, etc., Caius papa, V, 190. — Ne laici ad episcopatum provehantur, S. Siricius papa, XIII, 1192. — Si quis ad clericatum promoveri desiderat, hoc justum est ut sit ostiarius annum unum, lector annos viginti, exorcista annos viginti, etc. S. Silvester papa VIII, 826. — Non prius constituatur episcopus, quam lectoris et diaconi et presbyteri ministerium peregerit, Osius Cordub., VIII, 1324. — Episcopus fieri non potest, qui filios habuerit luxuriosos, S. Hieronym,. XXII, 873. Videamus igitur qualis presbyter sive episcopus ordinandus sit, id., XXVI, 565. Episcopi aut virgines eliguntur, aut vidui, aut post sacerdotium pudici, id.. XXII, 510. Talis fiat episcopus qui non timeat propter vitia liberorum extraneos reprehendere, id., XXVI, 565. — Sed jam non satis est laicos ordinare quos nullus fieri ordo permittit, sed etiam quorum crimina longe lateque per omnes pene sunt nota provincias, ordinantur, S. Leo Magn., LVI, 578. — Nullus ex laicis, nullus bigamus, etc., sed irreprehensibilis, et qualem elegit apostolus, fiat, S. Leo Magnus, LVI, 580. Qui episcopus ordinandus est, qualis esse debeat? id., 879. — Plurimo tempore probatos esse oportet episcopos, Dionysius Exiguus, LXVII, 70. Quod ad culmen episcopatus per singulos gradus ascendi debeat, *ibid.*, 180. — Pervenit ad nos obeuntibus episcopis, quosdam ex laicis tonsurari, atque ad episcopatum præcipiti saltu conscendere, S. Gregor. Magn., LXXVII, 788. Qua præsumptione ad episcopatum audet accedere, qui adhuc longam corporis sui continentiam, filiola teste, convincitur non habere? *ibid.*, 1114. — De pastoribus animarum, quales in Ecclesia eligi debeant, Taio Cæsaraugust., LXXX, 821. — Non sunt promovendi ad regimen Ecclesiæ, qui adhuc vitiis subjacent. S. Isidor. Hispal.. LXXXIII, 706. — Quicunque laicus ad episcopatum eligitur, prius annum in ministerio ecclesiastico per omnes gradus transeat, Fulgent. Carth., LXXXVIII, 817. Nullus episcopus, etiamsi a plebe eligatur, vacantem Ecclesiam obtineat, nisi ex auctoritate plenarii concilii, Fulgent. Ferrand. LXXXVIII, 819. Qui episcopus ordinandus est, ante exa-

minetur qualis est, id , XCVI, 1282. De ætatibus quibus provehitur quis ad episcopatum *ibid.* — Non laici, nec bigami, nec viduarum mariti, sed irreprehensibiles ordinentur episcopi, Burchard., CXL, 551. Qui episcopi sunt ordinandi, quod debeant prius examinari, *ibid.* Qui eligendus est episcopus, non sit laicus, non neophytus, non secundæ conjugis aut viduæ maritus, *ibid.* — De aliena Ecclesia episcopus non eligatur, nisi dignus in propria inveniatur., S. Anselm., CXLIX, 486. Quod secundum proprietatem nominis episcopus non est, qui dilexerit præcesse et non prodesse, *ibid.* — Non laici, nec neophyti, nec bigami, nec viduarum mariti, sed irreprehensibiles ordinentur episcopi, Ivo Carnot., CLXI, 346. Plurimo tempore probantur episcopi tam verbo fidei quam rectæ conversationis exemplo, *ibid.*, 318. Non eligatur in episcopatu, nisi in sacris ordinibus constitutus, *ibid.*, 1130. Quod clerus episcopum sibi non de altera, sed de sua eligat Ecclesia, *ibid.*, 1131. Non recipiatur a comprovincialibus, qui regia ordinatione episcopale culmen est adeptus, *ibid.* — Nec desiderare episcopatum æstimandus est qui suum desiderat lucrum vel honorem, non plebis salutem, Herveus, CLXXXI, 1421. Futurus pastor Ecclesiæ qualis debet eligi, *ibid.* Non sit vinolentus, sed sic bibat, ut ignoretur an biberit, *ibid.*, 1422. — Gravem animi sui dolorem exprimit super Philippo Turonensis Ecclesiæ præsulatum indebitis modis ambienti, S. Bernard., CLXXXII, 310. — Plurimum itaque sine crimine jubetur esse episcopus, Gratian,, CXCVII, 148. Post baptismum debeat esse monogamus, qui in episcopum est ordinandus, *ibid.*, 149. Definimus omnem qui ad episcopatus provehendus est gradum, modis omnibus psalterium nosse, id., CLXXXVII, 209, — Nullus in episcopum eligatur, nisi in sacris ordinibus religiose vivens fuerit inventus, *ibid.*, 317. Miserum est eum magistrum fieri qui nunquam discipulus fuit, eum summum fieri sacerdotem qui nunquam in ullo gradu obsecutus fuerit sacerdoti, *ibid.*, 318. Non sunt eligendi ad episcopatum, nisi quos probabilis vita commendat, *ibid.*, 320. Juxta apostolum vir qui potest præesse, ille est qui desiderat operari et prodesse multis, non superbe dominari, Petrus Lombard., CXCII, 34. Ecclesiarum pastores ii constituendi sunt ex clericis qui, etc., *ibid.*, CXCII, 1248.

III. — *De electione episcopi a clero et populo.*

Episcoporum electiones quomodo faciendæ, S. Cyprian., III, 1725, 1026. — Honorem istum non pretio, sed testimonio suscipiebant, Tertull., I. 469. — Electionis episcopalis forma, S. Cyprian., III, 768. — Electio episcoporum per populum et clerum, Osius Cordub., VIII, 1320. — Suffragio totius populi eligitur episcopus, S. Optatus, XI, 919. — Electio, S. Ambrosii ; Rufinus Aquil , XXI, 522. Ecclesiastica gesta a B. Augustino confecta in designando Eraclio qui ipsi in episcopatu succederet, S. August., XXXIII, 968. Apprehensus, presbyter factus sum, et per hunc gradum perveni ad episcopatum, id., XXXIX, 1569. — Qui profecturus est omnibus ab omnibus eligatur, S. Leo Magnus, LIV, 634. Cum ergo de summa sacerdotis electione tractabitur. ille omnibus præponatur cum cleri plebisque consensus concorditer postularit, *ibid.*, 673. — Quod non sit permittendum turbis electiones eorum facere qui in sacerdotio constituendi sunt, Dionysius Exiguus, LXVII, 70, 166. — Te elegit pars maxima populorum : veni, consenti nobis, et benedicentes consecremus te ad episcopatum, S. Gegor. Turon., LXXI, 273. Cujus assensui rex præbuit voluntatem, etc., *ibid.*, 382. Simplicius, decedente Egemonio, a populis eligitur, *ibid.*, 882. Tunc clerici eligentes sanctum Nicetium episcopum acceperunt, *ibid.*, 1031, 1032. Quo veniente, dixit episcopus regi : Rogo ut Nicetius presbyter, nepos meus, Ecclesiæ Lugdunensi substituatur episcopus. Respondit rex : Fiat voluntas Dei, *ibid.*, 1042. Eum rex episcopatum jussit accersiri, cumque dato consensu populi ac decreto regis ad ordinandum abducebatur, *ibid.*, 1079. De electionibus episcoporum, *ibid.*, 1176. Gratulatur quod unanimi omnium consensu electus sit, id.. LXXVII, 558. Electio episcoporum a populo et clero, *ibid.*, 620. — Ad nos presbyterum adduxerunt, qui eis debuisset episcopus ordinari, *ibid.*, 901. Nec novum, nec reprehensibile est in eligendo episcopo populi vota in duas partes se dividere, *ibid.*, 1114. Dantur signa quibus episcopi se a Deo, non ab hominibus electos sciant, id., LXXIX, 280. — De electione episcoporum, S. Isidor. Hispal., LXXXIV, 37. — Ad eligendum episcopum sufficiat matricis arbitrium, Fulgent. Ferrand., LXXXVIII. 819. — De legitimi episcopi vocatione, Angelramn., XCVI, 1056. Nullus episcopus successorem in vita sua faciat, sed post obitum ejus boni bonum eligant, *ibid.*, 1283. — Episcopi per electionem cleri et populi secundum statuta canonum de propria diœcesi, etc., eligantur, Carol. Mag., XCVII, 521. — Item decedente episcopo in locum ejus non alius subrogetur, nisi loci illius indigena, quem universale et totius populi elegerit votum ac comprovincialium voluntas assenserit, Flodoardus, CXXXV, 105. — Dum episcopus eligitur, si contradictores habeat, quinque episcopi conveniant, Burchard. Wormat., CXL. 551. Quod populo non liceat per se sacerdotum facere electiones, idem, CXXXV, 552. Nullus est ordinandus episcopus nisi convocatis clericis et parochianis et in unum consentientibus, id., CXL, 553. — Item de eligendis episcopis, ut puris mentibus fiat et nullum pretium interveniat, S. Anselm., CXLIX, 486. Irrita sit omnis electio episcopi quæ a principibus fit, *ibid.*

IV. — *De officiis episcoporum.*

Episcopis commissa sibi divinitus castra servare debent, S. Cyprian., Id, 1135. Oportet enim episcopum non tantum docere, sed et discere, *ibid.* Oves universas fovere debent, *ibid.*, 693. Si quis episcopus hæresim facere et gregem vastare tentaverit, cæteri subvenire et oves colligere debent, *ibid.*, 991. Episcopus providere debet paci et tranquillitati, id., IV, 335. — Episcopus Ecclesiæ debet prædicationis ministerium, S. Hilarius, X, 158. — Episcopi munus docere, S. Ambros., XVI, 24. Quid et quomodo plebem suam docere debeat, *ibid.*, 880. Turbarum moderatores sunt, studiosi pacis, *ibid.*, 1037. Singulos episcopos singulis Ecclesiis præesse debere, id., XVII, 250. Episcopus necessitate præcepti tenetur verbum Dei prædicare, *ibid.*, 568, 569. — Episcopi habeant in exemplum apostolos, S. Hieronym., XXII, 583. Honoret sacerdotes et clericos, *ibid.*, 533. In Ecclesia constituitur ut populum coerceat ab errore, id., XXIII, 160. — Contradicentes redarguere possit, S. August., XXXVIII, 961. Sarcina episcopatus bene portata majorem comparat gloriam, *ibid.*, 1480. Prædicare arguere, corripere, ædificare, pro uno quoque satagere magnum opus, magnum pondus, magnus labor, quis non refugiat istum laborem ? *ibid.* Episcopalis officii partes, id., XXXVII, 1484. Episcopatus non est artificium transigendæ vitæ fallacis, id , XXXIII, 296. Ad hoc enim sunt constituti in Ecclesiis ut non pereant objurgando peccata, S. August., XLI, 23. Prædicationis onus grave, sed ab eo non est dimittendum, id.. XXXVIII, 1481. Etiamsi non audiatur, *ibid.* Episcopus qua ratione teneatur docentes quæ non oportet refellere, id., XXXIII, 133, 138. Episcopus est propter correptionis officium, id., XLI, 23. Episcopus pauperum procurationem gerit, id., XXXIII, 809. Episcopi tutores pupillorum, id., XXXVIII, 950. Episcopis incumbit necessitas recipiendi hospites, id., XXXIX, 1570. Episcopi est dispensare res Dei, populi suscipere, *ibid.*, 2142. Præsules humani generis agunt causam apud Deum, id., XL, 1759. Episcopum decet peccata diligenter attendere et percatores aut corrigere aut ab Ecclesia resecare, *ibid.*, 1086. Hæreticorum impia facta ad episcopos locorum ubi committuntur, coercere pertinet, id., XLV, 1710. Episcoporum officium quale est, id., LII, 1010, 102. — Episcoporum est vigilare ne fidei unitas violetur, S. Leo Mag., LIV, 1075. Episcopi belli tempore ab Ecclesiis suis non debent abscedere, *ibid.*, 920. Qui alios ab errore non revocat, errare se demonstrat, *ibid.*, 688. Qualis esse debeat episcopus et ejus officia, id., LVI, 734. — Scelera eorum si non dixerimus, scelerum ipsorum etiam nos reatus involvat, S. Maxim. Taurin., LVII, 735. — Quando et in quibus causis episcopi ad comitatum ire debant, Dionysius Exiguus, LXVII. 178. — Nullus episcoporum, relicta propria Ecclesia, ad aliam transeat, Hilarius papa, LVIII, 17. Ne in una Ecclesia duo episcopi habeantur, *ibid.* — Furta removete, depopulatricem humani generis luxuriam a vestro populo segregate, Cassiod., LXIX, 829. Episcopus doceat, *ibid.* — Debent episcopi prædicare, S. Gregor. Magn., LXXVI. 112. Episcopi officia, id , LXXVII, 559, 615, 626, 801, 847. Non hæreticos solum ad Ecclesiam, sed et illos qui intra Ecclesiam sunt ad rectitudinem vitæ revocent, *ibid.*, 597. Ministerium verbi cum assiduitate dispenset episcopus, *ibid.*, 546, 587. Populis sacerdotalem affectum impendat, *ibid,,* 832. In culpa lapsos eruat. *ibid.*, 914. Errantibus regredienti viam ostendat, *ibid.* Episcopus unitati ac concordiæ populorum studeat, *ibid.*, 1027. Afflictis subveniat, *ibid.*, 492. Populi necessitatibus pia compassione succurrat, *ibid.*, 669. Episcopi officia circa egenos, viduas, orphanos et oppressos, *ibid.*, 459, 521. Rerum piarum administratio episcoporum curæ olim erat commissa, id,, 697. Non res suas, sed res pauperum dispensandas habet, *ibid.*, 1274. Vexatis et oppressis opem ferre debet.

episcopus, *ibid.*, 922, 1059, 1093. Quomodo res pauperum defendere debeant episcopi, *ibid.*, 1085, 1274. Hospitum cura episcopis olim incumbebat, *ibid.*, 1145, 1184. Episcopi officia erga Ecclesiam, *ibid.*, 469, 817. Ecclesiam juxta canones regat, *ibid.* 553. Ecclesiæ rebus continendis et disponendis diligens existat, *ibid.*, 575. Ad synodum vocatus episcopus venire tenetur, aut ægritudine impeditus presbyterum et diaconum mittat, *ibid.*, 787. Errantes a fidei veritate ad Ecclesiam revocet, *ibid.*, 659. Episcopus clericos suos in officio contineat, *ibid.*, 1001, 1002. Disciplinam eis teneat, *ibid*, 694. Clericorum correctio ad episcopum pertinet, *ibid.*, 653. Episcopi officia erga monasteria, *ibid.*, 1071, 1081, 1082. Monachorum actibus debet invigilare episcopus, *ibid.*, 936. Monasteriis tuitionem impendere debet, *ibid.*, 820, 935, 1081. Monasteriorum causas debet disponere, *ibid.*, 1000. Monasteriis privilegia concessa conservare debet illæsa, *ibid.*, 1042. Monasteria nec gravet ipse, nec a suis clericis gravari permittat, *ibid.*, 458, 820. Res monasteriorum non describat nec administret, *ibid.*, 578. Episcopi officia circa causas, clericorum, manachorum ac religiosarum personarum causæ ad episcopos pertinent, *ibid.*, 653. 802, 803. In proferendis sententiis episcopus ne sit præceps, *ibid.*, 568. Odia pro veritate sustinere non renuat, *ibid.*, 916. Inter culpas et innocentiam sollicitum districtumque se exhibeat, *ibid.*, 930. Episcopus qui culpas et excessus corrigere debeat, *ibid.*, 728, 916. Episcopus circa crimina punienda negligens arguitur, *ibid.*, 682. Vitia mature corrigat, *ibid.*, 669. Quædam mansuete corrigat, quædam quæ corrigi nequeunt, æquanimiter toleret, *ibid.*, 1166. Episcopi zelus immlnente vel grassante mortalitate, *ibid.*, 483. Episcopus sit disciplinæ zelo districtus, *ibid.*, 559. Tacere non debet, sed clamare, *ibid.*, 187. Commissis animabus solerter invigilet, *ibid.*, 576. Pastores terrenos imitetur, *ibid.*, 689, 390. Canones sacros observet, *ibid.*. 648, 649. Sit in lingua ejus sermo, sit zeli fervor in animo, *ibid.*, 848. Ejus lingua sit ignea, *ibid.* Episcoporum negligentia perstringitur, *ibid.*, 559, 912, 1044, 1279. Qualis debeat esse episcopi residentia, *ibid.*, 546 not. Qui procuranda, *ibid.*, 622 not. Episcopus ad residendum cogitur; ni pareat, in monasterium detrudendus, *ibid.*, 813. Episcopi Galliarum pergere longius sine auctoritate primatis sui, prohibentur, *ibid.*, 785, 786. Sardiniæ episcopi absque metropolitani sui litteris transfretare non poterant, nisi contra eumdem metropolitanum Sedem apostolicam adirent, *ibid.*, 948. Ad comitatum non pergant episcopi, sed diaconos illuc mittant *ibid.*, 525 not. Ad comitatum sine primatis litteris proficisci non poterant, *ibid.*, 995. — Episcopi suas diœceses gubernent, S. Isidor. Hispal., LXXXIV, 135. Per singulos annos convenientes episcopi ad concilium etiam de paschali solemnitate a primate suo informentur, *ibid.*, 194. Episcopus in diœcesi factus solam eam teneat plebem in qua exstitit ordinatus, *ibid.* 197. Episcopus tantum spiritualibus debeat esse intentus, *ibid.* 202. Episcopus ægrotans pro se legatum ad synodum mittat, *ibid.* Episcopus dissidentes concordare compellat, *ibid.* — Episcopus alienum clericum peccantem redarguat, S. Isidor. Mercat., LXXXIV, 261. Episcopus, qui a metropolitano commonitus ad synodum non venerit, excommunicetur, *ibid.*, 311. Annis singulis episcopi diœcesim visitent, et non plus quam tertiam de parochiis accipiant, *ibid.*, 312. Episcopus diœcesanos presbyteros et quosdam ex laicis convenire ad synodum litteris moneat, *ibid.* 313. Confinitimi episcopi de sacra solemnitate paschali annua vice primatum suum inquirant, *ibid.*, 519. Episcopus pro sua persona ad concilium non diacocem, sed aut archipresbyterum aut presbyterum dirigat, *ibid.*, Qualiter episcopus, admonitione accepta, ad metropolitanum suum veniat, *ibid.* — Quando et in quibus causis episcopi ad comitatum ire debent, Crisconius, LXXXVIII, 891. Episcopi ad synodum imprætermisse occurrant, *ibid.*. 897. De episcopis qui ad concilia non occurrunt, *ibid.*, 952. Si episcopus negligat suam diœcesim, communione privetur, *ibid.*, 935. Non temere quemquam communione privet episcopus, *ibid.*, 936.

Episcopi diligenter discutiant per suas parochias presbyteros, eorum fidem, etc., Carol. Magn., XCVII, 238. De cura episcoporum, *ibid.* 510, Episcopi incestos emendent et corrigant, *ibid.*, 740. Omnes episcopi parochias suas annis singulis circumeant, *ibid.* 816, 883. Ea quæ episcopus in sua diœcesi corrigere non valet, ad alios referat præsules, etc., *ibid.*, 849. Nullus episcopus alterius episcopi res devastet aut plebes invadat, *ibid.*, 850. De episcopis, qualiter parochias suas diligenter perscrutentur, *ibid.*, 881. — Episcopi officium, Alcuin., C, 153, 159. ***Tua lingua clavis est regni cœlorum...*** nunquam ab admonitionibus cesset, *ibid.*, 450. Superbos et contumaces, duris increpationibus castiget, *ibid.* Humiles et quietos piis exhortationibus refoveat, *ibid.* Vide et intentius considera quantas animas in periculo animæ tuæ regendas accepisti, *ibid.* Væ mihi! si non evangelizavero, *ibid.* Instanter laboret lingua in prædicationibus, manus in eleemosynis, pes in circumeundo gregem Christi, *ibid.*, 451. Animus vigilet in orationibus et in psalmodiis solidetur et in laude Dei lætificetur, *ibid.* — Officium episcopi quale, Amal. Met., CV, 831. Prædica verbum, insta opportune, importune, *ibid.*, 842 ; Revocabo errantem, requiram perditam, etc., *ibid.* Quisquis virtutibus pollens, gregem Dei renuit pascere, pastorem summum convincitur non amare, *ibid.*, 851. — Episcopos ad synodum vocatos non debere contemnere, Isidor. Mercat., CXXX, 290. Episcopus indigentium curam per presbyteros et diacones agat, *ibid.*, 344. Episcopus causas clericis præsentibus audiat, *ibid.*, 339. Episcopus dissidentes concordare compellat, *ibid.*, 340. — De episcopis qui raro aut nunquam plebes sibi commisas per seipsos visitant, Regino Prum,, CXXXII, 193. Episcopus ambulet per suam diœcesim, *ibid.* Episcopus cum paucis suam parochiam circumeat, *ibid.*, 194. Si episcopus hoc explere nequiverit suos vicarios dirigat, *ibid.* Episcopi suam diœcesim visitent, *ibid.*, Qualiter episcopus excommunicare infideles debeat, *ibid.*, 358. Qualiter episcopus reconciliet vel recipiat excommunicatum, *ibid.*, 362. — Episcopus singulis annis parochiam suam circumeat, Burchard. Wormac., CXL, 570. De episcopis qui raro aut nunquam per seipsos plebes sibi commissas visitant, *ibid.* Episcopi presbyteros suos de ministeriis illorum diligenter discutiant, *ibid.* Si episcopus parochiam suam visitare nequiverit, viros probabilis vitæ pro se mittat, *ibid.*, 571. In circuitione episcopi omnes, qui sunt in parochia singularum matricum, exceptis infirmis, ad synodum ejus venire debeant, *ibid.*, 572. Decretalis constitutio. Eutychiani : papæ quid episcopi synodo quærere debeant, *ibid.*, 570. Quod episcopum oporteat sine intermissione Ecclesiam suam docere et amare, *ibid.*, 580. Episcopus dissidentes concordare compellat, *ibid.*, 581. Episcopus quasi hospes se continere debet, *ibid.* Episcopi de parochiis sui sortilegos et maleficos expellant. *ibid.*, 831. — Episcopi sunt præcones et doctores legum Dei, Carnutus, CLI, 1177. — Diœcesim visitet episcopus, Ivo Carnot., CLXI, 383. Prædicare debet veritatem Salvastoris nostri Jesu Christi *ibid.*, 385 ; S. Bruno Ast., CLXIV, 342 — Præsules Ecclesiæ non tam ut præsint ac semetipsos pascant, quam ut aliis prosint, constitutos esse, S. Bernardus, CLXXXII, 764. — Propriam uxorem causa religionis non abjiciat a cura sua, Gratian., CLXXXVII, 173. Filiorum crimen corrigere debet episcopus, *ibid.*, 650. — Verbo etiam et exemplo docere debet, Petrus Lombardus, CXCII, 200. — Pascite eum qui in vobis est gregem, Gerolius, CXCIV, 1261. — Præterea dum quis de lege divina dubitat, confestim ad sacerdotes currere debet et interrogare, Bernard. abbas, CCIV, 799. — Tui vultus austeritas ventum adulationis et venenum detractionis exterminet, Petrus Bles., CCVII, 1104.

V. — *De virtutibus episcopi.*

Cur episcopus bonus esse debeat, S. Hilarius, X, 158. — Apostolus describit qualis episcopus debeat esse, S. Ambros., XVII, 468. — Episcopus si simplicem fidem ac sanctam conversationem habeat, quid, S. Chromat., XX, 367. — Episcopi et presbyteri habeant in exemplum apostolos, S. Hieron., XXII, 583. E doctrina apostolorum exponitur quænam esse debeant episcopi dotes, id., XXIII, 515. — Esto forma in omni bonitate cunctis te videntibus, Alcuin., C, 151. Sint tibi epulæ, non in ebrietate, sed in sobrietate, *ibid.* Sit tibi larga manus in eleemosynis, *ibid.*, 242. — Oportet episcopum irreprehensibilem esse, Haymo Halberstat, CXVII, 791 ; S. Bruno Carth., CLIII, 440. — Cura sinceræ fidei, et charitatis non fictæ præsuli maxime necessaria, S, Bernard., CLXXXII, 818. — Sicut ventus dissipat nubes, sic tui vultus austeritas ventum adulationis et venenum detractionis exterminet, Petrus Bles., CCVII, 1104. — Multa sunt levia subditis, quæ gravia sunt prælatis, Innocent. III, CXVII, 649.

Debet episcopus ministris sinceram dilectionem et affectum præbere, Osius Cordub., VII, 1325. — Gloria episcopi est pauperum inopiæ providere, S. Hieronym., XXII, 533. — Placuit episcopos secundum prisca statuta etiam ab uxoribus continere, Dionys. Exig., LXVII, 205. — Ante examinetur si natura prudens est, si docibilis, si vita castus, si sobrius, etc., S. Greg. Turon., LXXI. 1178. — Humilitatem ergo totis viribus dilige, S. Gregor. Magn., LXXVII, 800. Pastorale munus ex charitate esse

exercendum, *ibid.*, 847. — De humilitate præpositorum, Taio Cæsar., LXXX, 827.

Agnoscat episcopus servum se esse plebis, non dominum, Isidor. Hispal., LXXXIII, 711. — Sit irreprehensibilis episcopus, S. Egbert. Ebor., LXXXIX, 383. Ut in charitate radicati et fundati, veram pacem et concordiam integram invicem habeant, *ibid.*, 384. — Oportet episcopum esse totius moderationis custodem, S. Bruno Carth., CLIII, 440. — Virtutum nitore præfulgeant episcopi, S. Bruno Ast., CLXIV, 313. — Præsulum potissima et dignissima ornamenta, castitas, charitas, humilitas nullius quidem coloris sunt, sed non nullius decoris, S. Bernard. Claræ Vall., CLXXXII, 816.

Episcopi aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certe post sacerdotium in æternum pudici. S. Hieronym., XXII, 510. — Eligatur episcopus qui unam habuerit uxorem, etc., id, XXIII, 257. Si autem laicis imperatur, ut propter orationem abstineant se ab uxorem coitu, quid de episcopis sentiendum est? id., XXIV, 568. — Nemo episcopali excellentia dignus æstimari debet, qui se a voluntate uxoria necdum frenasse detegitur, S. Leo Magn., LIV, 672. Episcopus vilem supellectilem et mensam ac victum pauperem habeat, et dignitatis suæ auctoritatem fide et vitæ meritis quærat, id, LVI, 880. Ut episcopi ab uxoribus abstineant, id., LXXXVIII, 819. — Unius uxoris vir debet esse episcopus, Haymo Halberst., CXVII, 791. — Lex continentiæ eadem est altaris ministris quæ episcopis, Ivo Carnot., 1153.

VI. — *De auctoritate episcopali.*

Non tamen sine episcopi auctoritate, propter Ecclesiæ honorem, etc., Tertull., I, 1218. Eos quoque athematizatos esse quos episcopi suis scriptis anathematizaverunt, id., III, 104. — Ut nullus episcopus alterius parochianum retineat, ordinet vel judicet, Sixtus II, V, 86. — Si quis episcopus ex alia parochia velit alienum ministrum sine consensu proprii episcopi in aliquo gradu constituere irrita exstimetur ejusmodi constitutio, Osius, VIII, 1328. — Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate pendet, S. Hieronym, XXIII, 165. — Ut episcopus absque consilio compresbyterorum suorum non ordinet clericos, S. Leo Magn., LVI, 880. Episcopi potestatem habeant res ecclesiasticas prævidere, regere, gubernare, atque dispensare secundum canonum auctoritatem volumus, id., CXXXVIII, 581. Nullus episcopus audere debet ex alia provincia ad aliam transire et ordinare aliquos in Ecclesiis, id., 710. Quid agendum si quis episcopus vacans vacantem Ecclesiam arripuerit, *ibid.* Episcopi qui super diœcesim sunt, ad Ecclesias quæ extra termina eorum sunt non accodant, *ibid.*, 722. — Alias parochias non invadant episcopi, Dionys. Exig., LXVII, 32, 78. Non ordinandi sunt episcopi per vicos et modicas civitates, ne vilescant episcopi nomen et auctoritas, *ibid.*, 178. Nullus episcopus plebem alienam usurpet, id., LXXXVIII, 819. — Episcopus qui in aliena parochia clericos nesciente eorum episcopo ordinaverit, deponatur cum his qui ordinavit, Angelramnus Met., XCVI, 1035. Irritum sit quidquid episcopus non rogatus in aliena parochia ordinaverit, *ibid.*, 1039. Nullus episcopus in alterius parochia ordinationes aliquas audeat efficere vel negotia peragere quæ ad eum non pertinent, id., XCVII, 156. — Chorepiscopi cognoscant modum suum et nihil faciant absque licentia episcopi in cujus parochia habitant, Carol. Magn., XCVII, 509.

VII. — *De administratione episcopali; de temporalibus*, etc.

Requisivit tua pia intentio qualiter oblationes et decimæ fidelium debeant dispertiri, S. Bonifacius, XX, 790. — Canonicorum legum transgressor in ordinationibus, S. Leo Magn., LIV, 711. Ne liceat episcopo plus tribus hebdomadibus abesse, id., LVI, 409. Episcopi non proficiscantur trans mare, nisi consulto primo sedis episcopo cujusque provinciæ, *ibid.*, 426 Quid agendum, si quis episcopus non consentiat abire in Ecclesiam cui fuerat ordinatus, *ibid.*, 711. Episcopus de diœcesi ad diœcesim alteram non debet transire, *ibid.*, 712. Episcopum habere ecclesiasticarum rerum potestatem, *ibid.*, 713. Episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat, *ibid.*, 880. Episcopus nec provocatus pro rebus transitoriis litiget, *ibid.* — Definit ergo sancta synodus neminem deinceps episcopum sæcularibus negotiorum administrationibus esse immiscere debere; Dionys. Exig., LXVII, 80. Episcopus nequaquam sæculares curas assumat, sin aliter, dejiciatur, *ibid.*, 142. De synodis quæ debent ad episcopis, suis temporibus, in provincia celebrari, *ibid.*, 163. Quod non oporteat episcopos prædia aliena conducere, nec tratare sæcularia negotia, *ibid.*, 171. — Ad Maximianum episcopum, defuncto episcopo, Ecclesiæ res, at gratis describendæ, S. Gregor. Mag., LXXVII, 679. Nullus episcopus hæredes extraneos vel hæreticos etiam consanguineos faciat, id. LXXXVIII, 820. Episcopi vel clerici his qui catholici non sunt nihil per donationes conferant, *ibid.* Episcopi ea quæ sunt in locis ubi ordinantur ad alia loca non transferant, nisi causas ante reddiderint, *ibid.* Præter conscientiam episcopi oblationes fructuum Ecclesiæ debitas nullus vel dare vel accipere audeat, *ibid.* — Omnes res Ecclesiæ in potestate sunt episcopi ad dispensationem pauperum, Angelramn. Met., XCVI, 1036. Res Ecclesiæ judicio episcopi dispensentur, *ibid.*, 1040. Episcopus qui filios aut nepotes non habet non alium quam Ecclesiam relinquat hæredem, id., CXIX, 1034. Omnium negotiorum ecclesiasticorum jura episcopus habeat, et ea velut Deo contemplante dispenset, *ibid.* Possessiones Ecclesiæ episcopi alienare quibuslibet titulis aut contractibus non præsumant, *ibid.*, 1031. — Placuit ut nullus episcoporum per suas diœceses ambulans præter honorem cathedræ suæ, id est, solidos duos, aliquid aliud per ecclesias tollat. Append. ad sæc. IX, Isid. Merc. Decret. coll. cap. II. Episcopus mancipia vel res ad jus Ecclesiæ pertinentes neque vendere, neque per quoscunque contractus, unde pauperes vivunt, post mortem alienare præsumat, id., CXXXV, 103.

Si quis episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici juris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi tantum, etc., Ivo Carnot., CLXI, 423. Ne episcopus de rebus viduatæ ecclesiæ quidquam alienare præsumat, *ibid.* Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes qui indigent, id., CLXIII, 631. Quæ pertinent ad Ecclesiam ex agris male non tractet episcopus, *ibid.* Quæ ab episcopis tractentur negotia perpetua stabilitate permaneant, *ibid.*, 685. — Episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat, Gratianus, CLXXXVII, 418, Episcopus nullam rei familiaris curam ad se revocet, *ibid.* Episcopus gubernationem viduarum et pupillorum ac peregrinorum non per se ipsum sed per archidiaconum agat, *ibid.* Communione privetur episcopus, qui sibi commissam Ecclesiam adire neglexerit, *ibid.*, 432. Episcopo non licet pro se alterum successorem sibi constituere, *ibid.*, 773. Episcopus ambulans per diœceses, nihil ab Ecclesiis auferre debet, nisi duos solidos, *ibid.*, 813. De rebus Ecclesiæ sub potestate episcopi constitutis, *ibid.*, 892. Episcopus hæredem non habens non alium quam Ecclesiam sibi hæredem instituat, *ibid.*, 910. Irrita episcoporum venditio et commutatio rei ecclesiasticæ erit absque conniventia et subscriptione clericorum, *ibid.*, 917. Quomodo dispensandæ sint ab episcopis ecclesiasticæ facultates, id., CXCIV, 1220. Repugnat sacris canonibus decimas Ecclesiarum ab episcopis perpetuo alienari, *ibid.*, 1314.

VIII. — *De episcopis indignis.*

Indignus nullus efficiatur episcopus, S. Siricus, XIII, 1164. — Si timorem Dei ante oculos non habuerit episcopus, tempori magis se commodans, hunc quasi infidelem et pseudoprophetam deserit Deus, S. Ambros., XVII, 469. Nihil est miserabilius episcopo, si de sancta vita episcopus periclitetur, *ibid.*, 571. Si episcopus qui videbatur corpori subdito lumen præbere, obnubiletur nequitiæ cæcitate, quid cætera facient membra, etc., *ibid.*, 578. — Si oculus, id est episcopus, per pravam fidem et turpem conversationem Ecclesiæ scandalum fuerit, eruendum eum esse, id est abjiciendum a corpore Ecclesiæ præcipit Christus, S. Chromat. Aquil., XX, 350. — Non omnes episcopi, episcopi sunt, S. Hieronym., XXII, 353. Ne confundant opera tua sermonem tuum, *ibid.*, 533, Cum ideo episcopus in Ecclesia constituatur, ut populum coerceat ab errore, quantus erit error in populo, cum errat ipse qui docet! id., XXIII, 160. Devorant plebem meam sicut escam panis, id., XXV, 329. Et quod perierit non requirunt, non tam perditos salvare cupientes, quam eos qui sunt in Ecclesiis devorare, *ibid.* Sermo Domini ad malos pastores, *ibid.*, 330. Legant episcopi qui filios suos sæcularibus litteris erudiunt et faciunt comœdias legere, id., XXVI, 540.

Possunt esse populi boni ubi fuerint episcopi mali, S. August., XLIII, 55. Novimus et nos, esse falsos angelos, et falsos apostolos, et falsos episcopos, *ibid.*, 271. — Episcopus non faciet ordinationes per pecuniam, Dionys. Exig. CLXII, 171. — Qui carnalem sibi præesse exspectant, divinam gratiam a se repellunt, S, Gregor, Magn., LXXIX, 329. — Qui non imbutus est ecclesiasticis disciplinis, nequaquam ad summum Ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumat, Gratian., CLXXXVII, 313.

IX. — *De accusatione episcoporum.*

Nullus episcopus debet accusari, aut a quoquam ei potest crimen objici, priusquam integerrime restauretur, Tertull., III, 1003. Per scripta nullius accusatio suscipiatur, sed propria voce, si legitima et condigna accusatoris persona fuerit, præsente eo quem accusare desiderat, *ibid.*, 1004. Nullus episcopus accusari potest, aut respondere suis accusatoribus debet, priusquam regulariter a suo primate vocatus sit, *ibid.* Episcopus aliter non debet audiri aut judicari, nisi in præsentia omnium comprovincialium, et ab omnibus comprovincialibus episcopis, *ibid.* Clericus qui episcopum suum accusaverit, non est recipiendus, quia infamis effectus est, *ibid.*, 1005. Accusatio episcoporum an facilis, *ibid.* Primates quomodo judicare debeant episcopum, id., V, 146. — Epistola de episcopis accusatis, S. Felix, papa V, 148. — Episcopum non accusandum apud judices sæculares, Caius papa, V, 183. De episcopo apud episcopos accusando, *ibid.* — Quod excommunicati episcopos accusare non possunt, S. Cyprianus, V, 88; S. Julius, VIII, 992. Salva apostolicæ Ecclesiæ auctoritate, nullus episcopus extra suam provinciam ad judicium revocetur, *ibid.*, 987. Detractores qui divina auctoritate eradicandi sunt, ut fautores inimicorum, ab episcopali submovemus accusatione, *ibid.*, 989. Quid, si episcopus veluti appellans confugerit ad beatissimum Romanæ Ecclesiæ episcopum, *ibid.*, 1320. — Nemo episcopum, penes sæculares arbitros accuset, sed apud summos primates, S. Felix II, XIII, 19. Si quis adversus episcopum causam habuerit, familiariter ei prius suam indicet querelam, *ibid.* Si post hoc episcopum elegerit accusare episcopum, summis primatibus episcoporum suam indicet causam, *ibid.* Si primates accusatores episcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint, tum eos ad synodum canonice convocent. *ibid.* Si episcopi accusati, aut timore ejecti, aut suis rebus expoliati fuerint ad synodum canonice evocari non possunt antequam canonice restituantur, *ibid.*, 20 *et seqq.*

Episcopus tam judicari ab alio non potest, quam nec ipse potest alterum judicare, S. August., XLIII, 128, 141, 201. — Causæ majores episcoporum ipsa prima cognitione ad Sedem apostolicam delatæ, S. Leo Magn., XV, 518, 554, 578. Quid agendum, si episcopi diversæ sententiæ sint in accusatione episcopi, id., LVI, 710. — Si episcopi episcopum judicantes dissentiant, episcopus metropolitanus e vicina provincia judices alios convocet qui controversiam tollant, Dionysius Exig., LXVII, 64. De episcoporum accusatoribus, *ibid.*, 175. Episcopum nulli criminoso liceat accusare, *ibid.*, 187. Si quis episcopus absque tempore synodi in crimine detentus fuerit, a duodecim episcopis audiatur, *ibid.*, 188. Si quis episcopus accusatur, ad primatem ipsius provinciæ causa deferatur, *ibid.*, 190. — Episcopus si causam habuerit, a duodecim episcopis audiatur, Fulgentius, LXVII, 952. Si duo episcopi in una provincia contentionem habuerint, ex alia provincia non advocent episcopos ad judicium, *ibid.* Adjudicatus episcopus ad apostolicam Sedem, si voluerit, appellet, *ibid.* Depositus episcopus ad imperatorem causam suam non deferat, *ibid.*, 953. Accusatus episcopus ad judicia publica non transeat, *ibid.* — De episcopis accusatis, S. Isidor. Hispal., LXXXIV, 117 *et seqq.* De episcoporum accusatoribus quales debeant suscipi in accusatione, *ibid.*, 170. Si a judicibus quos primas dederit, appellaverit, alii judices amplioris numeri decernantur, et si ab eis appellaverit, ad sententiam concilii differatur. id., LXXXVIII, 820. Ad judicia publica non transeat episcopus accusatus, *ibid.*, 822.

Episcopi ejecti et spoliati ante accusationem reintegrandi, Angelr. Met., XCVI, 1059. — Episcopi a suis metropolitanis vel a comprovincialibus audiantur, Carol. Magn., XCVII, 810. Si litem habuerit episcopus cum alio episcopo non alterius, sed suæ provinciæ judices quærat, *ibid.*, 758. Episcopus ante justam definitionem nullatenus propria potestate privetur, *ibid.*, 809. De episcopis non accusandis nisi ad summos primates, *ibid.*, 818, 819. — De accusatione episcoporum, Isidor. Mercat., CXXX, 59. De episcoporum accusatoribus, quales debeant suscipi in accusationem, *ibid.*, 308. — Episcopi a solo Domino sint dijudicandi, Burchard. Wormac., CXL. 588. Episcopus a suis ovibus non reprehendendus, nisi in fide erraverit, *ibid.* Si quis episcopus in crimine detentus fuerit et non potest plurimos congregare a XII episcopis audiatur, *ibid.*, 593. Qualiter accusatus episcopus discutiendus sit apud patriarchas vel primates, et quot testibus convinci debeat, *ibid.*, 594. Episcopus accusatus non communione privetur, nisi die statuta venire noluerit, *ibid.*, 593. — De episcopis criminatis qui vocati ad synodum ire recusant, Ivo Carnot., CLXI, 407. — Episcopi nonnisi a 72 testibus condemnandi sunt, Gratianus, CLXXXVII, 617. Communione privetur qui publice adversus episcopum conqueritur priusquam familiariter eum convenerit, *ibid.*, 642. Accusatio episcoporum non est facile recipienda, *ibid.*, 643. Non omnes subditi, sed criminosi tantum prohibentur accusare prælatos, *ibid.*, 643.

X. — *De depositione episcopi.*

Alius in locum ejus substituatur, et grex Christi, qui in hodiernum ab illo dissipatus et vulneratus contemnitur colligatur, Tertull., III, 994. — Patet episcopum lapsum non posse vindicare sibi sacerdotium quod providit, quasi post aras diaboli accedere ad altare Dei fas sit, S. Cyprian., IV, 389. Et ipse ab episcopatu discedat, et illi sibi alium requirant, id., XI, 1199. Si episcopus expulsus ausus fuerit ingredi civitatem qua expulsus est, quid jubeatur, id., XX. 790. Episcopis subscribere detrectantibus statutam fuisse pœnam depositionis atque expulsionis ex suis civitatibus. Marius Mercator, XLVIII, 437. — Episcopus administrationem loci celebrioris ambiens, a cathedra quidem pelletur aliena, sed carebit et propria, S. Leo Magn., LIV, 674. — Si quis episcopus a synodo depositus ausus fuerit aliquid de ministerio agere, nullam amplius in alia synodo spem restitutionis habeat, Dionys. Exig., LXVII, 62. Episcopus qui in fornicatione aut perjurio aut furto captus est, deponatur, *ibid.*, 144. Episcopus neque fideles neque infideles peccantes verberare debet sub pœna depositionis, *ibid.* Si quis episcopus juste depositus ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab Ecclesia penitus abscindatur, *ibid.* Si quis episcopus per pecunias hanc obtinet dignitatem, dijiciatur et ipse et ordinator ejus, *ibid.*, Si quis episcopus sæculi potestatibus usus Ecclesiam per ipsas obtineat, deponatur, *ibid.* Deponendus episcopus qui in aliorum diœcesibus, inconsultis episcopis ordinationes fecit, *ibid.*, 145. Si rejecerit uxorem propriam episcopus, excommunicetur, idem, LXXXVIII, 840.

Episcopus in fornicatione, perjurio vel furto captus deponatur, non tamen excommunicetur, Angelram., XCVI, 1035. Si episcopus fornicatus fuerit, viginti quinque annos pœniteat, id., XCIX. 960. Si quis episcoporum uxorem acceperit, ab officio deponendus, id., CXXXVIII, 834. Episcopus cum nulla habeat lectum. Quod si fecerit, deponatur, id., CXI, 228. — Episcopus qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur, Buchard., CXI, 926. — Si quis episcopus sæcularibus potestatibus usus Ecclesiam per ipsas obtineat, deponatur, Ivo Carnot., CLXI, 216. Officio et beneficio privetur episcopus uxorem suscipiens, id., CLXII, 1162. — Dejiciatur ab officio episcopus verberibus timeri quærens. Gratianus, CLXXXVII, 235. Cadat ab officio episcopus capitale committens crimen, *ibid.* 257.

XI. — *De jure appellationis.*

Quoties necesse fuerit, libere apostolicam appellent sedem episcopi. S. Julius I, papa, VIII, 985. Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud primatem diœceseos, aut penes universalis apostolicæ Ecclesiæ papam, judicetur, *ibid.* Placuit ut, si accusatus vel damnatus episcopus appellaverit Romanum pontificem, id statuendum quod ipse juste censuerit, *ibid.*, 986. — Qui per Italiam et Gallias Romani Pontificis judicium diffugiant, jubentur ab imperatore Romam mitti, S. Damas, papa, XIII, 228. — De appellationibus ad Episcopum Romanum, S. Leo Magn., LVI, 402. Ad metropolitanam civitatem ab his qui causas habent, sine dubio concurratur, *ibid.*, 708. Si necessitas cogit ad imperatorem excurrere, ire debebit cum deliberatione et consilio metropolitani, etc., *ibid.*, 709. Non ad imperatorem, sed ad majorem synodum episcoporum se convertat episcopus se credens injuste damnatus, *ibid.* — Cum qui depositus ad Romanum pontificem appellavit, nondum finita causa alter episcopus in ejus locum ordinetur, Dionys. Exig., LXVII, 177. Si provincialis synodus episcopum dejecerit potest hic recurrere ad pontificem Romanorum, *ibid.*, 178. Episcopus qui ab omnibus episcopis provinciæ fuerit condemnatus, facultatem judicii repetendi non habeat, id., LXXXVIII, 822. Depositus episcopus ad imperatorem causam suam non deponat, *ibid.* Si quis episcopus depositus, Romanum pontificem appellaverit, causa ejus judicio episcopi Romani determinetur, id., XCVII, 810. Si episcopus judicatus fuerit in alia causa, et ipse voluerit, renovetur concilium, id., XCIX, 1037. — Ad Romanam Ecclesiam quasi ad matrem

appelletur ab omnibus, Zeph, papa, CLXXXVII, 616. — De appellationibus, Clemens III, CIV, 1481.

XII. — *De reverentia erga episcopum. Immunitates, privilegia,* etc.

Episcopi ergo non sunt leviter accusandi vel detrahendi, quia injuria eorum ad Christum pertinet, Tertul., III, 977. Quidquid in sacratis Deo rebus et episcopis injuste agitur, pro sacrilegio reputabitur, *ibid.*, 1002. — Immunes conserventur ab omnibus publicis functionibus, Constant. Magn., VIII, 481. — In episcopo omnium ordinationum dignitas est; caput est enim cæterorum membrorum, S. Ambros., XVII, 187. Nullus episcopus, neque pro civili, neque pro criminali causa apud quemvis judicem producatur, id., XX, 789. — Non oportet presbyteros ante ingressum episcopi ingredi et sedere in tribunalibus, S. Leo Magn., LVI, 720. Episcopus in ecclesia in consessu presbyterorum sublimior sedeat, intra domum vero collegam se presbyterorum esse cognoscat, *ibid.*, 880. — Non licet clericis post obitum sui episcopi, res ad eum pertinentes diripere, Dionys. Exig., LXVII, 175. Qui posterius ordinati sunt, prioribus se non audeant anteferre, *ibid.*, 208. Judicium maximum reverentiæ pii principis Constantini circa religionem fuit, etc., Cassiod., LXIX, 896. — Ad episcopum quænam reserventur, Isidor. Hispal., LXXXIII, 895. — Clerici omni subjectione episcopis subjecti illis debitam præbeant obedientiam, S. Egbert. Ebor., LXXXIX, 386. Si quid abbates extra regulam fecerint ab episcopis corrigantur, *ibid.*, 387. — Præcipimus ne forte aliquis circa episcopos leviter aut graviter agat., Carol. Magn., XCVII, 741. Conveniens non est ut homo judicet deos, *ibid.*

Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, Isid. Mercat., CXXX, 16 *et seqq.* — Tu venerare episcopos, Rather. Veron., CXXXVI, 223. Quanta autem reverentia presbyteris etiam negligentibus debeatur Moyses demonstrat, *ibid.*, 230. — Quod Christiani principes debent episcopis caput subdere, non de eorum capitibus judicare, S. Anselm. Lucens., CXLIX, 509.— De reverentia sacerdotibus præstanda, Canut. rex, CLI, 1172. Unusquisque agnoscat quam grave sit non obedire episcopo, Goffridus Vind., CLVII. 85. — Qualiter honorandi sunt sacerdotes, Ivo Carnot., CLXI, 431. — De honore quem sacerdotibus imperatores exhibuerunt, Placidus, CLXIII, 661. — Ad episcopum specialiter pertinet basilicarum consecratio, unctio altaris et confectio chrismatis, manus impositio, etc., Hugo de S. Victore, CLXXVI, 430. — Fratres, revereamur labores eorum, S. Bernard., CLXXXIII, 832.

LXXXIV.

NDEX DE SACERDOTIO

ORDINE RERUM LOGICO DIGESTUS,

VEL

SYNOPSIS UNIVERSA REFERENS QUÆ DIXERE SS. PATRES DE SACERDOTUM DIGNITATE,

POTENTIA, SANCTITATE, VIRTUTIBUS, SCIENTIA, ETC., ETC.

—

MONITUM.

Ab episcopis ad sacerdotes pergimus. Nobilissimum est officium, et Nobilissima potestas sacerdotum novæ legis, qui Deo non vitulos aut hircos immolant, sed lege a Christo lata ipsum Dominicum corpus et sanguinem consecrant, atque offerunt Missæ sacrificio. Sacerdotes a sacris faciendis appellati sunt. Vocantur etiam *presbyteri*, Latine seniores, magis tamen sapientiæ, quam ætatis, gratia. Omnis eorum potestas vel ex ordine vel ex jurisdictione procedit.

Ex ordine trahitur infirmorum unctio, consecratio divini corporis, sanguinis, et divini verbi prædicatio, potest baptizandi, ligandi atque solvendi in sacramento pœnitentiæ. Trahitur ex jurisdictione actus ipse et jus exercendi hanc potestatem, quod ab episcopo accipitur, et episcopi arbitrio confertur, aufertur, laxatur, contrahitur, excepto mortis articulo, quo presbyteris liberam Ecclesia in morientem attribuit dimittendi peccata potestatem. Recte hinc eorum munera describit Pontificale Romanum, cum inquit: *Sacerdotem oportet offerre, benedicere, præesse, prædicare et baptizare.*

Sed non hæc omnia a quolibet sacerdote fieri possunt. Quamvis enim sacerdoti in ordinatione assignetur titulus, sive ecclesia cui inserviat, non omnibus tamen assignatur populus, quem regant et cui in rebus spiritualibus præesse debeant. Tituli assignatio facit ut in eo Missæ sacrificium offerant, panemque eucharisticum populo distribuant, et quasdam benedictiones impertiant. Verum quod attinet ad reliqua munera, quæ in Pontificali memorantur, aptum quidem ad ea facit presbyterum, et idoneum ordinatio, sed cum respectum habeant ad populum, sintque indicia spiritualis in eum jurisdictionis et potestatis, hinc omnis presbyter, qui sibi populum subjectum non habet, facultate eorum jurium exercendorum, quam in ordinatione accepit, partim contra canones illicite utitur, partim frustra omnino et inutiliter.

His dictis, exponere nobis liceat viam quam in hoc Indice tenuimus. Varios statuimus articulos, in quibus vicissim sermonem habemus: I de dignitate sacerdotis et de illius potestate; II de sanctitate sacerdotali: III de virtutibus sacerdoti congruentibus, quæ sunt: fides, charitas, castitas, humilitas, mansuetudo, mortificatio, zelus; IV de vitiis a sacerdote vitandis, quæ sunt: superbia, avaritia, vinolentia incontinentia, vitium linguæ, invidia, ambitio; V de rebus sacerdoti prohibitis quæ sunt: mulieres, convivia, tabernæ, venatio, bellum, negotia sæcularia, ludi, ornatus; VI de officiis sacerdotum, scilicet: offerre sacrificium, administrare sacramenta, prædicare, docere, orare, studio incumbere, commorari in parœcia, ecclesiæ curam habere; VII de scientia sacerdoti necessaria; VIII de onere pastorali et de præmio; IX de consiliis sacerdotibus dandis; X tandem velut in appendice memoramus libros de sacerdotio tractantes. In unoquoque articulo, dicta varia vel sententias Patrum referimus, et ita quisque concionatur et præsertim qui ad sacerdotes verba facit, auxiliante hoc Indice, ad manum habebit quidquid de his exhibet Patrologia.

I. — *De dignitate sacerdotum et eorum potestate.*

Cœleste sacerdotium, S. Siricius, XIII, 1166. — Sacerdotes in quibus est pulchritudo Ecclesiæ, in quibus flos ejus gratior, in quibus ætas perfectior. S. Ambros., XVI, 1360 De dignitate sacerdotali libellus, XVII. 568. — Sacerdotes claves regni cœlorum habentes, quodammodo ante judicii diem judicant, S. Hieronym., XXII, 352. Grandis dignitas sacerdotum, sed grandis ruina eorum si peccant, id., XXV, 443. Dignitas sacerdotum consecratione corporis Christi, id,, XXII, 252. Sacerdotum potestas, S. August., XL, 1122. Sacerdotes, patroni et rectores terræ, *ibid.*, 1299. Angelorum et paradisi cives, *ibid.* Prophetarum filii, patriarcharum cognati, apostolorum successores, *ibid.*, 1209 . Per Dei gratiam sacerdotes fiunt divinæ voluntatis indices, Pomerius. LIX, 445. Ecclesiarum Christi per apostolos fundatores, *ibid.* Fidelis populi duces, *ibid.* Veritatis assertores, pravæ doctrinæ hostes, *ibid.* Patres in fide catholica regeneratorum, prædicatores cœlestium, primæ phalanges invisibilium præliorum *ibid.* — Ipsi sunt columnæ firmissimæ quibus in Christo fundatis innititur omnis multitudo credentium, Pomer., LIX, 445. Ipsi januæ civitatis æternæ, *ibid.* Ipsi janitores quibus claves datæ sunt regni cœlorum, ipsi etiam dispensatores regiæ domus, *ibid.* — Nos sumus lapides sanctuarii, S. Gregor. Magn., LXXVI, 1147. Pro Christo legatione fungimur, etc., *ibid.*, 1236, Sacerdotes etiam dæmonia possunt ejicere, *ibid.*, 1215.

Clerici vero pro dignitate sacerdotii cœlestis non sanguinem fundunt, non tolerant ferrum, S. Cyprian., IV, 861.— Sacerdotes in Scriptura angeli et dii appellantur S. Gregor. Magn., LXXVII, 766. Vos dii estis a vero Deo constituti : Ite, et inter vos causas vestras disponite, quia dignum non est ut nos judicemus deos, *ibid.* Cum sacerdotalis dignitas aliis videatur dignitatibus eminere, *ibid.*, 1043. Agnoscat dignitatem suam sacerdos, et vim dignitatis exerceat, quia unctus est, id., LXXIX, 459. In medio fratrum ungitur, ut sit humilis et sublimis; sublimis ordine, humilis æstimatione, *ibid.* — Ad presbyterum pertinet sacramentum corporis et sanguinis Domini in altari Domini conficere, orationes dicere, et benedicere populum. Isid. Hispal., LXXXIII, 895. — Ministri Dei sunt sacerdotes, et dispensatores mysteriorum ejus, S. Zacharias papa, LXXXIX, 924. — Potestatem, vigorem et dignitatem sacerdotalem cognoscant, Carol. Magn., XCVII, 611. Deus constituit vos sacerdotes et potestatem vobis dedit de nobis quoque judicandi, *ibid.* Vos etenim, nobis a Deo dati, estis dii, et conveniens non est ut homo judicet deos, *ibid.* Ipsi decus Ecclesiæ in quibus amplius fulget Ecclesia, *ibid.*, 612. Per Dei gratiam fiunt divinæ voluntatis indices, patres Christianorum, columnæ Ecclesiæ, janitores cœli, etc., *ibid.* Quos constat esse vicarios Christi et clavigeros regni cœlorum, *ibid.*, 659. Quibus a Christo tanta collata est potestas, *ibid.* — Hæc sacerdotis dignitas laus et honor, B. Alcuin, C, 254. Memor esto sacerdotalis dignitatis linguam cœlestis esse clavem imperii, et clarissimam castrorum Christo tubam, *ibid.*, 392. Tu sacri altaris minister, tu summi honoris socius, tu sapientiæ vas, flos adolescentiæ, dignitatem tuam attende et esto quod nominaris, *ibid.*, 457. Non est ludus sæcularis sacerdotalis honor, *ibid.*, Sacerdotii excellentia, *ibid.*, 1064. Presbyter grece, latine senior dicitur, non propter senectutem, sed propter dignitatem, honorem et sapientiam, id.. CI, 1235.

Tanta igitur sacerdotibus sacerdotii dignitate collata, præcipitur populo ut eis in cunctis obediat, Agobard, CIV, 136 de dignitate sacerdotum — Theodulf., CV, 191.— Præsunt enim Ecclesiæ Christi, et in confectione divini corporis et sanguinis consortes cum episcopis sunt, Amal. Met., CV, 826.—Christi corpus sacro ore conficiunt, Jonas Aurel., CVI, 210. Claves regni cœlorum habent. *ibid.* Quodammodo ante judicii diem judicant, *ibid.* Deus vos constituit sacerdotes, et potestatem vobis dedit de nobis quoque judicandi, *ibid.* Vos etenim nobis a Deo dati estis dii, *ibid.* Qui vos spernit, me spernit, et qui vos recipit, me recipit. *ibid*,, 211. — Non pro ætate autem vel decrepita senectute, sed propter honorem et dignitatem, etc., nominantur, Raban. Maur., CVII, 301. — Dignitas sacerdotii, S. Petrus Dam., CXLIV, 440, — Quanta sit dignitas ordinis sacerdotalis, Ivo Carnot.. CLXI, 187. Quod sacerdotalis dignitas excellit imperialem, *ibid.*, 323. Nullam dignitatem sæcularem, sed nec imperialem honori vel dignitati sacerdotali posse adæquari, *ibid.*, 437. Aurum non jam esse pretiosius plumbo, quam regia potestate sit altior sacerdotalis, *ibid.*, 438. Ad presbyterum pertinet sacramentum corporis et sanguinis Domini in altario Dei conficere, orationes dicere, et benedicere dona Dei, *ibid.*, 449. Unde oportet vos memores esse tantæ dignitatis, memores vestræ consecrationis, memores sacræ, quam in manibus suscepistis, unctionis, ut nec ab eadem dignitate degeneretis, nec vestram consecrationem irritam faciatis, nec manus sacro unguine delibutas peccando polluatis, *ibid.*, 481. In quo apparet quanta sit excellentia sacerdotalis officii, id., CLXII, 519.

De Dignitate sacerdotum, Hugo de S. Maria, CLXIII, 953.— Namque soli sacerdotes Ecclesiæ a peccatis nos abluunt, et pro nobis hostias offerunt, S. Bruno, CLXIV, 388. — Sacerdotum auctoritas in Ecclesia, Rupertus, CLXIX, 1182. Sacerdos in altari personam vicemque Christi gerit, id., CLXX, 144. — Dignitas sacerdotalis est in electione. Hildebertus, CLXXI, 761. Posuit vos super capita hominum dispensatores familiæ suæ, *ibid.*, 762. Quantum enim est quod ad elevationem manuum nostrarum inclinantur capita regum, *ibid.* In manibus sacerdotis quatuor Christi assimilationes, *ibid.*, 774. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, *ibid.*, 781 De excellentia sacerdotii Christiani, *ibid.*, 786. O novam et divinam potestatem, cujus ministerio panis angelorum mortalibus quotidie præparatur, *ibid.*, 788. In his enim ministris Ecclesiæ suæ Christus ante judicium judicat, ante supremam ventilationem ventilat, *ibid.* Non imperatorum linguæ, sed sacerdotum, claves cæli facti sunt, *ibid.* 789. Soli sacerdotes cum Christo aperiunt et nemo claudit, claudunt et nemo aperit, *ibid.* Sacerdotum consilio subvenitur infirmis animabus, franguntur compedes, via patet ad superos, uniuntur terrena cœlestibus, homines angelis, creatura Creatori. Honor igitur ingens, honor sacerdotii, *ibid.* Quid scilicet sacerdotali ministrationis exsecutione, in cœleste gazophylacium fideles animas introducunt, *ibid.*, 790. — Sacerdotes vocantur, quia sacrum dant in confectione divini corporis, et in baptismate et in officio prædicandi, *ibid.*, 927. De dignitate sacerdotii, *ibid.* Datur et postea a Domino sacerdotibus quoddam divinum dominium, quod soli Deo erat proprium, *ibid.*, 928. — Utrum sacerdotium regno, an regnum sacerdotio jure ac dignitate præcedat, Honorius August., CLXXII, 1258. Sicut anima dignior est corpore, ita regno sacerdotium, a quo illud jure ordinatur, *ibid*, 1263. Christus ipse regno prætulit sacerdotium, *ibid.*, 1265, Et in Veteri et in Novo Testamento semper regno sacerdotium anteisse, *ibid.*, 1270.

Vice mediatoris funguntur sacerdotes, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 428. — Sunt ipsi mediatores, Hildebert., CLXXVI, 429. — In quo apparet quanto sit excellentia sacerdotalis officii, per quod quotidie in altari passio Christi celebratur, et reus quisque a peccatis conversus Deo reconciliatur, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 429. — Reverenda ipsis quoque spiritibus angelicis ministeria, S. Bernardus, CLXXXII, 853. Heu! genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, etc., *ibid.* De sacerdotum dignitate, id., CLXXXIV, 784. Dignitatem tuam considera, sacerdos Dei altissimi, intuere mentalibus oculis eminentiam tuam, cogita prærogativam tuam, vide sortem tuam, *ibid.* Attende quantum Deus tuus te extulit, quantum præ omnibus creaturis sublimavit, *ibid.* Ad vocem tuam prolatam summus pater, cujus nutu, etc. dulcissimum filium suum deponit, et manibus tuis imponit, *ibid.* Quanta luce credis te circumfundi, sancte sacerdos, in præsentia tantæ majestatis, in tam solemni adventu et conventu Trinitatis, et totius militiæ cœlestis, *ibid.*, 785. Sacerdotum potestatem majorem esse dignitate angelica, *ibid.* Attende igitur, et semper in mente habe, jugi memoria retine gratiam tibi singulariter a Deo collatam, quam nec angelis præstitit, nec cæteris hominibus concessit, *ibid.* Hi omnes sancti beatorum spirituum ordines, quamvis perfruantur beatitudine, ut nihil eis desit a a summa felicitate, gloriam tamen sacerdotis reverentur, admirantur dignitatem, cedunt privilegia, honorant potentiam, *ibid.*, 786, O genus ecclesiasticum regale sacerdotium, *ibid.* Vos elegit Deus in hæreditatem sibi, *ibid.* Quantam dignitatem contulit vobis Deus! Quanta est prærogativa ordinis vestri! Prætulit vos Deus regibus et imperatoribus; prætulit ordinem vestrum omnibus; imo, ut altius loquar, prætulit vos angelis et archangelis, thronis et dominationibus, *ibid.*, 1086. Sic non angelis, sed hominibus, solisque sacerdotibus Dominici corporis et sanguinis commisit consecrationem, *ibid.* Qui estis vicarii Christi, qui estis pastores animarum, *ibid.*, 1091. Lapides sanctuarii, id est sacerdotes, *ibid.* Senatores estis orbis terrarum, *ibid.*, 1093. — De dignitate clericorum, Philippus de Harveng., CCIII, 668. — Quod ne deterret sacerdotalis eminentiæ gradus, Petrus Bles., CCVII, 358. Scioque et aperte profiteor, tempore immolationis in ipsa hora incensi, cœlos ad vocem sacerdotis aperiri angelos præsentes assistere, etc., *ibid.* Nec

dubium est, quin tantum præemineat sacerdotalis dignitas officio veterum Patrum, quantum res spei, substantia umbræ, quantum promissionibus exhibitio veritatis, *ibid.*, 363. — Quod sacerdotium majus sit regno, Innocent. III, CCXVI, 1179. Reges unguntur a sacerdotibus, non sacerdotes a regibus, *ibid.* Hinc est quod Deus sacerdotes vocavit deos, reges autem principes appellavit, *ibid.*, 1180. Propter dignitatem officii, sacerdos angelus appellatur, *ibid.* Principibus datur potestas in terris, sacerdotibus autem potestas tribuitur et in cœlis. Illis solummodo super corpora, istis etiam super animas. Unde quanto dignior est anima corpore, tanto dignius est sacerdotium quia sit regnum, *ibid.* Antiquitate præcedit, *ibid.* Sacerdotium per ordinationem divinam, regnum autem per extorsionem humanam, *ibid.*

II. — *De sanctitate sacerdotum.*

Sanctitas sacerdotum in Exodo requiritur. Conc. Carthag. III, 1022. — In ordinationibus sacerdotum non nisi immaculatos et integros antistites eligere debemus, *ibid.*, 1023. Nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere debet plebs, *ibid.*, 1025. Oportet enim sacerdotes et ministros, qui altari et sacrificiis deserviunt, integros et immaculatos esse, *ibid.*, 1049. Quomodo enim possunt integritati et continentiæ præesse, si ex ipsis incipiunt corruptelæ et vitiorum magisteria procedere? S. Cyprian., IV, 369. In Scripturis divinis Deus ad sacrificium prohibet accedere sacerdotes etiam in leviore crimine constitutos, *ibid.*, 390. — Imprimis admonemus ut vita et conversatio vestra sit irreprehensibilis, quomodo, Eutychianus papa, V, 165. — Quanto magis sacerdos utique omni momento paratus esse debet, munditiæ puritate securus, ne aut sacrificium offerat, aut baptizare cogatur, S. Syricius papa, XIII, 1160. — In quo non generis nobilitas, sed morum eligitur gratia, et virtutum prærogativa, S. Ambros., XVI, 1202. Neque enim mediocris virtus sacerdotalis est, cui cavendum non solum ne gravioribus flagitiis sit affinis, sed ne minimis quidem, *ibid.*, 1204. Detritæ vitæ orbitas declinemus, *ibid.*, 1052. — Ut ad altare Christi quasi de thalamo virgo procedas, et habeas de foris bonum testimonium, S. Hieronym, XXII, 1082. Quænam esse debeat sacerdotis sanctitas, id., XXVI, 566. Perdit enim auctoritatem docendi, cujus sermo opere destruitur, id., XXII, 662. Talis ergo sit pontifex Christi, ut qui religioni detrahunt, vitæ ejus detrahere non audeant, *ibid.*, 664. — Male vivendo, malum exemplum præbendo oves occidunt pastores mali, S. August., XXXVIII, 275. Attendat charitas vestra, quales esse debetis, ut digne vasa Domini portare possitis, id., XL, 1299. Per omnia sine crimine sicut episcopum, ita jubet esse presbyterum, id est irreprehensibilem, *ibid.* — Sacerdotum enim tam excellens est electio, ut hæc quæ in aliis Ecclesiæ membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita, S. Leo Magn., LIV, 672. Virum enim catholicum, et præcipue Domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate corrumpi, *ibid.*, 1001. — Necessitas sanctitatis in sacerdote ut alios corripiat, J. Pomerius, LIX, 431. Ad hoc enim, nisi me fallit opinio, sancte vivendum est sacordoti, ne dicta sua repugnantibus factis evacuet, *ibid.*, 434. Sancte vivere debet sacerdos propter exemplum, *ibid*, 434. Ipsi sunt Ecclesiæ decus, in quibus amplius fulget Ecclesia, *ibid.*, 445. Hi sunt qui non ambiendo, sed spiritualiter vivendo sacerdotium meruerunt, *ibid.* — Aurum quippe obscuratum est, quia sacerdotum vita quondam per gloriam virtutum clara, nunc per actiones infimas ostenditur reproba, S. Gregor. Magn., LXXVI, 1147. Vita sacerdotum respondeat suo officio et dignitati, *ibid.*, 1148. Qui adhuc vitiis subjacent alios regere non præsumant, *ibid.*, 264, Prædicator quippe qui a suis vocibus moribus discrepat, jejunus serit quod alius manducet, *ibid.*, 198. Prædicatores vita longe excedere debent suos auditores, *ibid.*, 1001. Non vita a lingua discordet, *ibid.*, 549. Sicut honore ordinis superat rector, ita etiam morum virtute transcendet, id., LXXVII, 28. Ruina populi maxime ex culpa sacerdotum, *ibid.*, 1295. Ingrediuntur electi sacerdotum manibus expiati, cœlestem patriam, et sacerdotes ipsi per vitam reprobam ad inferni supplicia festinant, *ibid.*, 1148. Ut vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoque sacerdotis opera clament, id., LXXVII, 31, 473. Quanta sacerdos clarescere virtutum diversitate debeat demonstratur, id., LXXVII, 471. Qui vobis viam vitæ non solum loquendo, sed etiam vivendo possit ostendere, id., LXXVII, 626. Decet Dominicum sacerdotem moribus et vita clarescere, quatenus in eo tanquam in vitæ suæ speculo plebs commissa et eligere quod sequatur, et videre possit quod corrigat, id., LXXVII, 935. Sacerdotes mi induantur justitiam, id., LXXVII, 473. Vita pastoris sit imitationis exemplum, id., LXXVII, 559. Laqueus ruinæ populi mei, sacerdotes mali, id., LXXVII, 16. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro ordine ita careat, ut ad altaris ministerium ulterius non accedat, id., LXXVII, 695. Cunctis se imitandum debet ostendere, id., LXXVII, 1043. Ut bonis moribus vivant, et ab omnibus illicitis cor et linguam et corpus Deo auctore conservent, id., LXXVII, 1185. Pastori adsint sanctitas vitæ et eruditio sapientiæ, id., LXXIX, 181. Si verbi facundiam retinet pastor sine vitæ sanctitate, etsi divinitus esse cernitur, sacerdotii honore nequaquam decoratur, *ibid.* Virtutis exempla circumquaque spargere jubetur, id., LXXIX, 439. Qui dicit et non facit, oris proprii gladio condemnatur, id., LXXIX, 450. Christi bonus odor sumus in omni loco, id., LXXIX, 115. Magnis virtutum fulgoribus ornari debet persona doctoris, id., LXXIX, 456. — Ipsi etiam vitæ splendore fulgescant, Taio Cæsaraugust., LXXX, 822. Sicut honore ordinis superat, ita etiam morum virtute transcendat, *ibid.*, 824. — Tam doctrina quam vita clarere debet ecclesiasticus doctor, S. Isidor. Hispal., LXXXIII, 707. Unus quisque doctor et bonæ actionis et bonæ prædicationis habere debet studium, *ibid.* Arcus perversus est lingua magistrorum docentium bene et viventium male, *ibid.*, 708. Necesse est ut in omnibus sanctus sit sacerdos, et in nullo reprehensibilis habeatur, *ibid.*, 785. Qui alium de peccatis arguit, ipse a peccato debet esse alienus, *ibid.* — Suum ministerium bonis moribus ornent, Carol. Magn. XCVII, 176. Bonam et probabilem habeant conversationem, *ibid.*, 517. Ut juxta Apostoli vocem sacerdotes irreprehensibiles sint et moribus ornati, *ibid.*, 547. Ipsi decus Ecclesiæ in quibus amplius fulget Ecclesia, *ibid.*, 612. — Bonis exemplis vitæ vestræ omnes confirmate, B. Alcuin., C, 155. Esto forma salutis omnium, *ibid.*, 245. In moribus tuis fulgeant exempla sanctitatis, *ibid.*, 244. Sanctitas honoret ministerium nostrum, *ibid.*, 392. Irreprehensibilem teipsum in omnibus exhibe, ut vita tua doctrina sit populi, et ex bona conversatione tua ædificentur plurimi, *ibid.*, 458. Sapientia doctoris fulgeat in honestate morum, *ibid.*, 501. Vivas inter fratres quasi Lucifer inter stellas, ut plurimi tuis bonis exhortentur exemplis, *ibid.*, 507. — Sacerdos vita et doctrina irreprehensibilis esse debet, S. Agobardus, CIV, 145. Vita tua filiis tuis sit regula, Lib., CV, 82. — Omnibus ut specimen sis, decus, ordo, modus, Theodulf., CV, 338. — Si enim is, quis in episcopatu vel presbyterio positus, mortale aliquod peccatum admiserit, retrahitur, Amal. Met., CV, 830. Tam sanctum est sacerdotis nomen, ut nulla vitiorum nota maculari se sinat, *ibid.*, 850. Qui regimen sacerdotis contendit appetere, ante in se discutiat, si vita honori sit congrua, *ibid.* Sancte debet vivere propter exemplum, *ibid.*, 859. Cum linguæ sonitu ipsa quoque bona opera sacerdotis clament, *ibid.*, 858. — Qui Dei verba populo narraturus est, nihil habere debet eorum in conscientia quæ in aliis correpturus est, Raban. Maur., CX, 575. — Ut vita et conversatio vestra irreprehensibilis sit, Leo papa IV, CXV, 675. — Oportet enim ut hi qui verba vitæ credentibus nuntiant, operibus etiam vitæ clamare non desistant, Haymo, CXVII, 1067. Ut nubes volant prædicatores qui a terrenis desideriis pennis virtutum sublevati, etc., *ibid.*, 1107. — Oportet igitur unumquemque sacerdotem vita, et moribus et actibus bonis, cum Dei auxilio, populo sibi commisso, cæterisque subditis excellere, Riculf., CXXXI, 16. Mundamini qui fertis vasa Domini, *ib.* — Quod sacerdoti vel minima criminis suspicios sit fugienda, S. Pet. Damian., CXLV, 495. Quod nullus gravius peccat quam presbyter malus, *ibid.*, 500. Dignum est, ut sacerdos pietatis atque justitiæ induviis adornetur, *ib.*, 492. Quod nobilitas sacerdotum sit vita sancta, *ib.*, 494. Quis sit vere sacerdos, *ib.*, 501. Moribus et doctrina alios ante cellere debent sacerdotes, id., CL, 593 — Qui sacerdos dicitur, et officium sacerdotis operibus dignis non implet, super omnia formidare debet de hujus officii dignitate, S. Anselm. Cant., CLVIII, 914. Tractatio tam terrifici ministerii sanctitatem requirit in sacerdote, *ib.* 910. — Non posse rite offerri nisi per sacerdotem justum et sanctum, Ivo Carnot., CLXI, 189. Quod sacerdotes sine macula accedere debent ad sacrificium, *ibid.*, 190. Nemo quippe amplius in Ecclesia nocet, quam qui perverse agens nomen vel ordinem sanctitatis et sacerdotii habet, *ib.*, 422. Quod quanto digniores sunt sacerdotes, tanto facilius exaudiuntur, *ibid.*, 454. Ut sit quisque verus sacerdos, oportet ut non solum sacramento, sed justitia quoque induatur, id., CLXII, 93. Quatenus sicut excellunt ordinis dignitate, sic excellant vitæ sanctitate, id., CLXII, 519 — Vita tua filiis tuis sit regula, Paschal II, pap., CLXIII, 252. — Audite ergo hoc qui ad sacros ordines acceditis... si enim immaculati

estis, secure accedite, S. Bruno, CLXIV, 445. Sint sine macula sacerdotes, *ib.*, 447. — Componite mores vestros ut omnes videntes vos et audientes accipiant a vobis exemplum sanctitatis et formam bonæ conversationis, Hildeb., CLXXI, 760. Sermo illius dulcedinem non habet, quem pro vita reproba conscientia remordet, *ib.* Date operam ut resplendeant opera vestra coram Domino, etc., *ib.*, 761. Si sacerdos cadit, quanto magis populus peribit, *ib.*, 777. Itaque oportet ut sacerdotes bene vivendo sibi caveant, ne male vivendo sibi et aliis noceant, *ibid.* Sine sanctimonia Deus sacerdotem nescit, *ibid.*, 789. Quibus monstratur quod sublimis debeat esse vita sacerdotalis, *ibid.*, 790. Ad eminentiam sanctimoniæ vocari sacerdotem, *ibid.*, 789. Unde necesse est ut qui vasa Domini portant, vasa Domini fiant, verum non vasa fictilia, sed aurea, *ibid.*, 790. Qui prodest pascere verbo quos occidit exemplo? *ibid.*, 821. Non placatur Deus oblatione mali sacerdotis, *ibid.*, 753. Vicarii Christi similitudinem Christi circumferre debent, *ibid.*, 773. Sanctitas et doctrina quantum sacerdoti necessaria. *ibid.*, 789. Quam castæ debent esse manus sacerdotis, *ibid.*, 775. — Si ergo detestandus esset qui accederet ad altare sine vestibus, quam detestandus, quam horrendus est, qui accedere præsumit cum vitiis et sine virtutibus? Hugo de S. Victore, CLXXVII, 927. Tam vita quam doctrina clarere debet doctor ecclesiasticus, *ibid.*, 1070. Sacerdotes cum Deo pacem habere debent per eminentiam sanctitatis, id., CLXXVI, 429. Admonendi sunt Christi sacerdotes, ut sicut excellunt ordinis dignitate, ita excellant vitæ sanctitate, id., CLXXVI, 430. — Incorruptæ vitæ et fidei etiam quemvis de clero debere esse demonstrat, S. Bernardus, CLXXXIII, 1005. — Morum nobilitas, non loci vel generis sacerdotes notificet, Gratianus, CLXXXVIII, 214. Tanto facilius sacerdotes exaudiuntur, quanto apud Deum sunt digniores, id., CLXXXVII, 521. — B. Marcus sacerdotium recusat ob imperfectionem suam, Petrus Blesensis, CCVII, 363. A sacerdote requiritur major sanctitas, *ibid.* Necesse est ut munda sit sacerdotis manus, quæ salutem animæ curat, *ibid.*, 366. Sicut enim præcellitis dignitate, sic decet vos sanctitate operum præeminere, *ibid.*, 734. Ruina populi sacerdos nequam, *ibid.* Eos sanctos esse oportet, qui Sancto sanctorum serviunt et ministrant, *ibid.*, 739. — Sacerdotum vita neminem lædere debet, Alan. de Insulis, CCX, 385. — Attende quod aurum in sole positum lucet, flammescit et scintillat, sic pastor ecclesiasticus in sole, hoc est, in evidenti, supra Ecclesiam Dei constitutus, lucere debet exemplo bonæ operationis, Absalo, CCXI, 165.

III. — *De virtutibus sacerdotum.*

1° *De fide.* — Et fidei integritatem et probitatem morum in sacerdote requiri, S. Leo Magn., LIV, 1212. Didicimus enim quosdam Domini sacerdotes superstitioso potius cultui servire quam mentis vel fidei puritati, id., LVI, 876. — Exemplum esto fidelium in fide, S. Benedict., LXVI, 973. — Prædicatori enim tanta debet in Deo esse fiducia, ut præsentis vitæ sumptus quamvis non provideat, tamen sibi hos non deesse certissime sciat, S. Gregor. Magn., LXXVI, 1140; Beda Venerab., XCII, 462. Prædicatorum fidei potentia, *ibid.*, 410. — Suscepisti munus sacerdotii, et in puppe Ecclesiæ sedens, navim adversus fluctus gubernas. Tene clavum fidei ut te graves hujus sæculi turbare non possint procellæ, S. Ambros., XVI, 879. In Christo ita solidabuntur prædicatores ut ab ejus fide nulla vi persecutionum avelli possint, id., XVII, 927. — In sacerdotibus fides est eligenda cum vita, S. Greg. Magn., LXXVII, 1039. — Tanta ergo sacerdotibus debet in Deo esse fiducia, ut nequaquam curis terrenæ negotiationis, nec desideriis sæculi implicentur, Paulus diac., XCV, 1314. — Custodita integritate fidei amplius studeas adornari, Paschalis, I, CII, 1088. — Primo omnium discutienda est fides sacerdotum, qualiter credant, et alios credere doceant, Hetto, CV, 763. — Sectare fidem, Atto Vercell., CLXXXIV, 694. — Qui autem claudicant in fide, sunt a sacerdotio removendi, Hildebert., CLXXI, 766. — Incorruptæ vitæ et fidei etiam quemvis de clero esse demonstrat, S. Bernard., CLXXXIII, 1005.

2° *De charitate.* — Sacerdotes omnes Christianos diligere debent loco filiorum, S. Hieronym., XXIII, 340. — Quid requirit Christus a Petro antequam oves ei commendet, S. August., XXXVIII, 287. Si enim talis es, et amas me, pasce oves meas. Non enim eris mercenarius, sed eris pastor, *ibid.*, 760. — Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis, S. Petrus Chrysolog., *LII, 313.* — *Exemplum* esto fidelium in charitate, S. Benedict., LXVI, 973. — Qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium suscipere nullatenus debet, S. Gregor. Magn., LXXVI, 1139. Ad prædicandum plus conscientia sancti amoris ædificat, quam exercitatio sermonis, *ibid.*, 890. Per verba charitatis vel se in auditoribus suis, vel auditores suos in se transformant, *ibid.*, 309. Lux gregis est pastoris flamma, id., LXXVII, 935. Pastor singulis sit compassione proximus, id., LXXVII, 32, 473. Pastor culpas insequatur, sed personas diligat, id., LXXVII, 488. Diligis me? pasce oves meas, id., LXXVII, 19. Prædicator veritatis tantæ charitatis esse debet ut, etc., id., LXXIX, 338. — Non cesset charitas operandi bona omnibus, B. Alcuin., C. 248. Sit pax in ore, et in corde charitas, *ibid.*, 451. Dilectione Dei et proximi teipsum exorna, *ibid.*, 453. In charitate teipsum exerce, *ibid.*, 459. Vivas utinam in charitatis dulcedine inter fratres, *ibid.*, 508. Hoc memor ut vivas feliciter, in charitate Christi, *ibid.*, 508. Ama Deum semper, *ibid.*, 509. Pauperum memor esto in eleemosynis, *ibid.*, 509. — Sit hospitalis presbyter, Sedul. Scotus, CIII, 244. — Exemplum esto fidelium in charitate, S. Benedictus, CIII, 784. — Prædicatores ardent dilectione, diligentes eos quibus verba impendunt et etiam a quibus mala patiuntur, Haymo, CXVII, 316. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatumque, possumus quoque per aurum igne probatum intelligere charitatem, *ibid.*, 998. — Sectare charitatem, Atto Vercell., CXXXIV, 694. — Ut compatiantur proximis per charitatem, Rupertus, CLXVII, 1083. Per charitatis compassionem fervere debet sacerdotis pectus, *ibid.*, 777. — Qui ergo cum aliis virtutibus charitatem habet, sacerdos est, Hildebert., CLXXI, 928. — Et qui etiam alias sine ista habet, sacerdos non est, Hugo de S. Victore, CLXXVII, 928.

3° *De castitate.* — Omnes sacerdotes atque levitæ insolubili lege constringimur, ut a die ordinationis nostræ sobrietati ac pudicitiæ et corda nostra mancipemus et corpora, S. Siricius papa, XIII, 1139. Quisquis sane clericus aut viduam, aut certe secundam conjugem duxerit, omni ecclesiasticæ dignitatis privilegio mox nudetur, *ibid.*, 1144. Quod dignum et pudicum et honestum est suademus, ut sacerdotes et levitæ cum uxoribus suis non coeant, *ibid.*, 1160. Non solum nos, sed et Scriptura sacra compellit sacerdotes esse castissimos et Patres quoque jusserunt continentiam corporalem servare debere, *ibid.*, 1184. Quo enim pudore viduæ aut virgini ausus est episcopus vel presbyter integritatem vel continentiam prædicare, vel suadere castum cubile servare, si ipse sæculo magis institit filios generare, quam Deo? *ibid.*, 1185. Episcopos, presbyteros ac diaconos continentiæ lege obstringi, *ibid.*, 118. — Ii sacerdotes pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, S. Innocent. I, XX, 497. Si sacerdos vel quilibet ex clero viduam uxorem duxerit, vel ejectam, suum perdat officium, *ibid.*, 528. — Sisemper orandum est sacerdoti, ergo semper carendum matrimonio, S. Hieronym., XXIII, 257. Altari servientibus castitas commendatur, id, XXV, 439. Sic et castitas propriia et (ut ita dixerim) pudicitia sacerdotalis, ut non solum ab opere se immundo abstineat, sed etiam a jactu oculi, etc., id., XXVI, 569. Omnes puellas et virgines Christi, aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Ne sub eodem tecto mansites : nec in præterita castitate confidas, id., XXII, 538. Oculos castos servent et linguam sacerdotes, id, XXI, 538. Cælibatus clericorum, id,, XXIII, 340.— Incontinentes in officiis talibus positi omni honore ecclesiastico privarentur, S. Leo Magn., LIV, 501. Quanto magis hi sacerdotes vel levitæ pudicitiam ea die ordinationis suæ servare debent, id., LVI, 501. — Comparantur apibus sacerdotes propter castitatem, Maxim. Taurin., LVII, 515. — Exemplum esto fidelium in castitate. S. Benedictus, LXVI, 973. — Quod sacerdotes et levitæ cum mulieribus coire non debeant, Dionys., Exig., LXVII, 243. Quod diaconi, sicut episcopus et presbyter, cessare debent ab opere conjugali, *ibid.*, 288. — Ut mulierem clericus non ducat uxorem, Fulgent. Ferrand., LXVII, 956. — Sacerdos sit castus, Prim. Adrumet., LXVIII, 681, — Sacerdotum novæ legis cœlibatus, S. Gregor. Magn., LXXIX, 95.

Castimoniam quoque inviolati corporis perpetuo conservare studeant, aut certe unius matrimonii vinculo federentur, S. Isidor. Hispal., LXXXIII, 778; S. Chrodegang., LXXXIX, 1087. Castitas a levitis et sacerdotibus custodiatur, S. Isidor. Hispal, LXXXIV, 185. De sacerdotibus et levitis, ut ab uxoribus se contineant, *ibid.*, 209. De castitate sacerdotum, *ibid.*, 373. — Sacerdotes Dei et diaconi, et alii Dei ministri, qui in Dei templo servire debent, semper castitatem suam servent, S. Egbertus Eborac., LXXXIX, 421. — Si mundos et castos ab omni fornicatione et homicidio liberos habueritis sacerdotes,

us ante vestrum conspectum poterit stare, sed
ante faciem vestram omnes paganæ gentes, et
ctores, S. Zacharias papa, LXXXIX, 924. — Castipsum exorna, B. Alcuin., C, 453, — Te ipsum in
stitate conservare studeas in conspectu Domini
ssimi, *ibid.*, 507. Hoc memor ut vivas feliciter in
, *ibid.*, 508. — Exemplum esto fidelium in castitate,
lict, CIII, 784 — Sicut semper ministrare debent,
per continentes esse oportet sacerdotes, Theodulf.
CV, 216. — Erit quoque illi pudicitia ut non
opere immundo se abstineat, sed etiam ab oculi,
cogitationis errore, Amal. Met., CV, 831. Sit
acerdos, *ibid.* Officii tui sit, charissime, non solum
astos servare, sed et linguam, *ibid.*, 886. — De
itia et castitate clericorum, Raban. Maur., CXII,
· Oportet episcopum esse pudicum, id est castum
immunditia, Haymo, CXVII, 791. Qui enim sacra
manibus tractare et aliis ministrare debent,
est ut ab omni immanda pollutione sint alieni,
et et mente sint casti et corpore pudici, id.,
786. — Clericus qui per ordines ecclesiasticos
d subdiaconatum caste vixit, uxorem ducere non
Nicolaus papa, CXIX, 1193.
atus clericorum propugnatur adversus Græcos.
is clericorum legibus ecclesiasticis asseritur,
. Corb., CXXI, 324. — Episcopi, presbyteri, dia-
t continentes, Æneas Par., CXXI, 728. Placuit
s, et presbyteros et diaconos secundum priora
tiam ab uxoribus se continere, *ibid.* — Quod si
inationem ministro contigerit proprium invadere
xoris, sacrarii non intret limina, nec sacrificii
lat, nec altare contingat, Isidor. Mercat., CXXX,
itas a levitis et a sacerdotibus custodiatur, *ibid.*,
arum sanctionum sacerdotes omnes atque levitæ
li lege constringimur ut a die ordinationis nostræ
ti, ac pudicitiæ et corda nostra mancipemus et
ibid., 681, : S. Abb., CXXXIX, 496. — Quisquis
ricus aut viduam, aut certe secundam conjugem
omni ecclesiasticæ dignitatis privilegio mox nu-
sidorus Mercat., CXXX, 682. — De continentia
um. Regino Prum., CXXXII, 208. Sacerdotes
et diaconi vel quicunque sacramenta contrectant,
e custodes ab uxoribus se abtineant, *ibid.*, 209.
es et levitæ cum mulieribus non coeant, *ibid.*
ut episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi absti-
conjugibus, ut non generent filios, *ibid.*, 210.
citia sacerdotalis, ut non solum ab opere se im-
abstineat, sed etiam ab intuitu oculorum, Atto
, CXXXIV, 706. Quod clericis carnale conjugium
ir, id., CXXXXVIII, 411. Qui plebem Dei docere
umen vitæ, castitatem teneant secundum ordinem
d, 482. — Nullus presbyter, nullus diaconus, nul-
liaconus, nullus in clero, uxorum aut concubinam
, S. Henricus, CXL, 227. — De presbytero si
acceperit, deponatur, Burchardus, CXL, 645.
yter qui uxorem duxerit, ab ordine suo illum
debere, S. Abbo Floriac, CXXXIX, 454. Placet
opi, presbyteri et diaconi qui sacramenta con-
, pudicitiæ custodes ab uxoribus se abstineant.
. Petrus Damianus, CXLIV, 364, 401. — Placet ut
bus et ab omnibus pudicitia custodiatur qui altari
nt, S. Abbo Floriac., CXXXIX, 454. Nemo pre-
. die honoris presbyterii sumat conjugium, *ibid.*,
Quanto magis hi sacerdotes vel levitæ pudicitiam
ordinationis suæ servare debent, Humbertus,
999. — Quid contra sacerdotes, diaconos, sub-
s castitatem non servantes, Nicolaus II, papa,
1315. — Ministri altaris presbyteri, sive diaconi,
inica tales eligantur officia, quia ante ordinationem
njugem reliquerunt, S. Petrus Damian., CXLIV,
0. Cur clerici debeant esse casti, id., CXLV, 387.
sacros antistites ac Dei sacerdotes, nec non et
vel qui sacramentis divinis inserviunt, continen-
in omnibus, *ibid.*, 400. Placuit, quod et in
conciliis firmatum est, ut subdiaconi qui sacra
a contrectant, et diaconi et presbyteri, sed et
i secundum propria statuta etiam ab uxoribus se
int, *ibid.*, 402. Continentia sacerdotum et levita-
nistrantium in veteri lege quanta, *ibid.*, 404. —
tribus sacris gradibus, presbyteratu scilicet, dia-
et subdiaconatu positi, mulierculas non abjecerunt
non vixerunt excludere ab eorumdem graduum
e, Alexander II, papa, CXLVI, 1405, Si quis amodo
us, presbyter, diaconus feminam acceperit vel
n retinuerit, proprio gradu decidat usque ad sa-
nem, *ibid.*, 1407.
dotem quærit Ecclesia aut de virginitate sanctum
monogamia ornatum, Landulfus, CXLVII, 934. Item
apostolus præccipit in superioribus, ut episcopi, presbyteri, diaconi sint pudici, id est continentes, id., CXLVIII, 1125. — Sacerdotes et levitæ suis uxoribus non misceantur, quia quotidiano ministerio occupantur. S. Anselm., Luc., CXLIX, 519. Clerici excommunicentur qui se post tertiam admonitionem non continent, *ibid.* — Presbyterorum conjugia a concilio sub Lanfranco damnata, S. Anselmus Cant., CL, 149. — Incontinens presbyter non ministret, Ivo Carnot., CLXI, 465. De castitate sacerdotum vel levitarum, *ibid.*, 467, 468. Quod sacerdos vel monogamus vel virgo eligatur, *ibid.*, 649. Caste se victuros promittunt in diaconos vel presbyteros ordinandi, *ibid.*, 1135. Sacerdotibus semper castitas servanda præcipitur, *ibid.*, 1151. Sacerdoti cui est semper orandum, matrimonio semper est carendum, *ibid.*, 1152. Ad sacros ordines non accedat, nisi virgo aut probatæ castitatis, *ibid.*, 1153. Qui vult sacerdos esse ipse se vestiat, ipse se castitate muniat, id., 514. — De uxoratis et concubinatis presbyteris in statuimus, ut penitus ab altaris ministerio sequestrentur et ecclesiasticis rebus depriventur, Paschalis II, CLXIII, 469. — Castimoniam inviolati corporis perpetuo conservare studeant, Petrus de Honestis, CLXIII, 708. — In novo sacerdotio non sic, sed genus... sed munda electio requiritur, et conjugium abnegatur, Hildebertus, CLXXI, 927. — Sacerdotes ab uxoribus juxta canones abstinere, debere, Anaclet, antipapa, CLXXIX, 715. — Utinam qui se continere non valent, perfectionem temerarie profiteri, aut cælibatui dare nomina vererentur, S. Bernardus, CLXXXII, 854. Sacerdotibus castitas necessaria, id., CLXXXIV, 1085. — Clericorum cælibatus, Robertus Pullus, CLXXXVI, 923, 1109. — Sacerdotibus semper castitas observanda præcipitur, Grat., CLXXXVII, 170. Ministris altaris cum episcopis et presbyteris eadem est lex continentiæ, *ibid.*, 72. — De continentia clericorum, Philippus de Harveng., CCIII, 727.

4° *De humilitate.* — Sacerdotes humiles esse debere, quia et Dominus et apostoli ejus humiles fuerunt, S. Cyprian,, IV, 402. — Quicunque igitur cupit etiam ante Deum nostrum sacerdotii dignitate censeri debet esse mitis et humilis corde, S. Bonifac., XX, 781. — Non per Christum intrant, quia non sunt humiles, S. August., XXXVIII, 761. — Contra superbiam vera humilitate, luceant sacerdotes, S. Gregor. Magn., LXXVI, 349. In omni quod fortiter agunt, humilitatem tota intentione custodiant, *ibid.*, 804. Adducta auditorum suorum vita ad memoriam, semetipsum humiliat prædicator, *ibid.*, 1001. In ostendendo magisterio humiles sint prædicatores, *ibid.*, 548. Humilitas prædicatoris se servum inutilem æstimantis, *idid.*, 23. Humilitatem quæ magistra est omnium materque virtutum, et loquendo dicere, et vivendo conatur ostendere, *ibid.*, 265. Ratio humilltatis in prædicatore, *ibid.*, 570, 925. In pace Ecclesiæ humiles, in persecutione fortes et erecti sint prædicatores, *ibid.*, 600. Verba justorum ex radice veniant humilitatis, ut fructum valeant ferre pietatis, *ibid.*, In cujus mente et humilitas cum rectitudine fulgeat, et severitas cum pietate, id., LXXVII, 626. Humilitas accessum ad curam pastoralem, cum necesse est, non fugiat, *ibid.*, 13. Humilitas pastoribus necessaria, *ibid.*, 858. Servanda itaque est et in corde humilitas, et in opere disciplina, *ibid.*, 36. Zelo pastorali humilitas non officiat, aut vice versa, *ibid.*, 476. Nequaquam valet in culmine humilitatem discere, qui in imis positus non desit superbire, *ibid.*, 22. Sic autem servanda est virtus humilitatis, et non solvantur jura regiminis, *ibid.*, 476. Prædicatoribus adsit cum vitæ munditia humilitas, id., LXXIX, 166. — De humilitate præpositorum, Taio Cæsaraugust., LXXX, 827; S. Isidor. Hispal., LXXXIII, 711. — Volo ut mansuetudinem et humilitatem habeatis, ne propter seditionem, luporum id est persecutorum, patientiam et constantiam vestrum perdatis, Beda Venerab., XCII, 53. — Sint tibi mores humanitate præclari, humilitate laudabiles, B. Alcuin., C. 153. Mitem te et humilem ad meliores ostende, *ibid.*, 223. Sit humilitas in corde et in corpore, *ibid.*, 451. Humilitas te exaltet, *ibid.*, 452. Humilitate te ipsum exorna, *ibid*, 453. Esto humilis in ministrando, *ibid.*, 459. — Quanto major es, tanto magis te humilia, Raban. Maur., CX, 845. — In eo (sacerdote) videant quid imitari et sequi bene operando possint, castitatis videlicet, humilitatis, Riculf. Suess., CXXXI, 19. — Humilitas sacerdotis sit vera, Ivo Carnot., CLXII, 513. — Studete et laborate ut sit in vobis humilitas, Hildebert., CLXXI, 821.

5° *De mansuetudine.* — Non contentiosum, sed mitem et docibilem esse debere presbyterum, S. Cyprian., III, 1133. — Mansuetudinem teneat sacerdos, S. Ambros. XVI, 1204. — Debet esse mitis et humilis corde, quare, S. Bonifacius, XX, 781. Semper in sacerdotali pectore cum terrore severitatis custodiri debet virtus mansuetu-

dinis, S. Greg. Magn., LXXVI. 1145. In bonis pastoribus sociantur benignitas et auctoritas, misericordia et disciplina, *ibid.*, 143. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos, *ibid.*, 1140. Sicut agni inter lupos mittimur, ut sensum servantes innocentiæ, morsum malitiæ non habeamus, *ibid.*, 1140. Pastores mansueti habeant æmulationem justitiæ, iracundi mansuetudinem adjungant æmulationi, id., LXXVII, 76. Pastori miscenda lenitas cum severitate, *ibid.*, 38. Mansuetudo servanda, ut ipsa quoque sacerdotalis virtuti sit admista dulcedinis, *ibid.*, 669. — Erit illi etiam juxta apostolum mansuetudo, S. Isidor. Hispal., LXXXIII, 786. — Volo ut mansuetudinem et humilitatem habeatis. Beda Venerab., XCII, 53. — Mitem te ad meliores ostende, B. Alcuin., 223. Semper suavia verba misceantur durioribus, *ibid.*, 451. Misericordia amabilem te faciat, *ibid.*, 452. Luceat lux tuæ bonitatis coram omnibus, *ibid.* — Qui autem ita prudens, mansuetus et suavis est, ut se videntes et audientes ad amorem et laudem Sponsi convertat et accendat, amicus est Sponsi, S. Agobard., CIV, 195. — Benignum te boni sentiant, Lib. papa, CV, 83. Sit in te boni pastoris dulcedo, *ibid*, : Nicol. papa, CXIX. 772 ; Alexander II, papa, CXLVI, 1324. — Esto bonis agnus, Theodulf., CV. 338. Sit tibi placidum cor, dulcia verba, *ibid.* — Erga errata subditorum sic mansuetudo zelum temperet, Amal. Met., CV, 854. — Semper necesse est, ut dulcedo et humilitas in corde teneatur, *ibid.*, 868. — Sit rector placidus, mansuetus, Raban. Maur., CXII, 1593. — Benignitatem tota mente servate, Isidorus Mercat., CXXX, 23. — Servum autem Domini oportet mitem esse ad omnes, Otto Vercell., CXXXIV, 694. — Virtus mansuetudinis a sacerdotali pectore custodienda, quare, Rupertus abbas, CLXVII, 1169. Prædicatores sint leues in docendo, id., CLVIII, 495. — — Pastoribus imitanda Christi misericordia, S. Bernardus, CLXXXIV, 174.

6° *De mortificatioue.* — Oportet sacerdotem carere variarum illecebris voluptatum, S. Ambros., XVI, 254. — Delicatus magister est qui pleno ventre de jejuniis disputat, S. Hieronym., XXII, 533. — Sacerdos sit sobrius, Prim, Adrum., LXVIII. 681. — Qui vult post me venire abneget semetipsum, S. Greg., Magn., LXXVI, 1233. Castigo corpus meum et in servitutem redigo ne forte, etc., *ibid.*, 1234, Perfectus quippe prædicator, ut exemplum daret abstinentiæ, quid faciebat ? *ibid.* — Vir ecclesiasticus crucifigi mundo per mortificationem propriæ carnis debet, S. Isidor. Hispal., LXXX, 705 ; Amal. Met., CV, 851. — Hoc memor ut vivas feliciter in omni sobrietate, B. Alcuin., C, 508. — Erit quoque illi juxta apostolum sobrietas, abstinentia, Amal. Met. CV, 831. Sit abstinens sacerdos, *ibid.*, 834. — Oportet enim prædicatores in semetipsis demonstrare mortificationem carnis, qui item aliis faciendum denuntiant, Anselm. Landun., CLXI, 1212. — Corpus castigent, Petrus de Honestis, CLXIII, 709. — Videant cæteri jejunia vestra; videant quomodo immolando maceratis et affligitis carnem vestram, S. Bruno, CLXIV, 377. — Circumcida sacerdos omne præputium carnis suæ a membris suis, Hildebertus, CLXXI, 775.

7° *De Zelo.* — Zelum habere debet sacerdos, qui incorruptam servare studet Ecclesiæ castitatem, S. Ambr., XV, 1456. Si me inquirentem lanient vepres silvarum, per omnia augusta me coarctabo, omnes sepes excutiam., omnia peragrabo, revocabo errantem, requiram pereuntem, S. August., XXXVIII, 278. — Zelus doctoris spiritalis, S. Gregor Magn,, LXXVI, 932. Contra torporem zelo candeant sacerdotes, *ibid.*, 549. Necessitas zeli in doctoribus, *ibid.*. 355. Zelus domus tuæ comedit me, *ibid.*, 932. Assumamus zelum fortem, *ibid.* 933., Zelo charitatis inflammatus prædicator, *ibid.*, 263. Cum magna zeli asperitate corrigat sacerdos, id., 46. — De zelo pastoralis officii erga subditos, Taio Cæsaraugust., LXXX, 829. — Tu vis errare, tu vis perire ? Ego nolo. Revocabo errantem, requiram perditam, Amal. Met., CV, 842. Omnia peragrabo, revocabo errantem, requiram pereuntem. Si me pati non vis, noli errare, nolli perire, *ibid.* Sic ad ultionem zelus ferveat, ne tamen pietatis limitem fervendo transcendat, *ibid.*, 854. De zelo pastoris, *ibid.*, 867. — Assumamns zelum fortem, Raban. Maur., CX, 591. Appetant zeli ardoribus, frigi, id., CX, 835.

IV. — *De vitiis vitandis*

1° *De superbia*, — Obsecro vos ut vitam emendetis vitantes superbiam. S. August., XL, 1301. Nos qui pastores sumus nominati superbiam fugiamus per humilitatem et patientiam, *ibid.*, 1316. — Sacerdoti fugienda superbia, S. Benedictus, LXVI, 869. Elationem aut superbiam summo studio cavore debet ordinatus, *ibid.* — Sacerdos non sit superbus, Prim. Adrumet., LXVIII, 680. — Humilitatis locum in elationem dominationis immutant., S. Gregor. Magn., LXXVI, 1140, Quomodo contra elationem, qui alios docet, pugnare debeat, *ibid.*, 1001. Prædicator caveat ne vitio elationis se extollat, *ibid.*, 255, 263. Caveant prædicatores Satanæ servire per elationem, id., LXXVII, 95, 96. Si majores nostri in regibus superbiam non tulerunt, quanto magis non est in sacerdotibus sustinenda, *ibid.*, 654. — De superbis doctoribus, S. Isidor. Hispal., LXXXIII., 710. — Nullus presbyter contra suum episcopum superbire audeat, Carol. Magn., XCVII, 513, 827. — Non te exaltent honores transeuntes, B. Alcuin., C, 245 . Non superbus sit presbyter, *ibid.*, 1014. — Admonendi sunt presbyteri ut procul ab omni fastu superbiæ sanctum exemplum subditis donent, Theodulf. Aurel., CV, 216. — Non sint superbi sacerdotes, Ivo Carnot., CLXI, 440. — Alium superbia necat, S. Bruno, CLXIV, 445.

Valentiniani (a Valentino) II sæc., Tertull., II, 42; S. Hilarius Pict., X, 162; S. Philast.. XII, 1153; S. Hieronym., XXIII, 182, 376, 1073; XXIV, 775; XXV, 1018, 1105; S. Aug., XLII, 27; S. Isidor. Hispal., LXXXII, 299; S. Irenæus, VII, 23; S. Epiph., XLI. 474.
Valesii, S. Aug., XLII, 32; *Patrolog. græc.*, S. Epiphan., XLI, 1010.
Vigilantius, S. Hieronym., XXII, 602, 906; XXIII, 337-352.

W

Waldenses, Bernardus abb. Fontis calidi, CCIV, 793; Alanus de Insulis, CCX, 305.
Wandali Ariani, Victor Vitens. episc., LVIII. 181; S. Fulgentius Ruspens. episc., LXV, 103, 223.

—

CONSPECTUS CHRONOLOGICUS

HÆRESEON VEL SECTARUM PRÆCIPUARUM A TEMPORIBUS APOSTOLORUM PER SINGULA SÆCULA USQUD AD SÆCULUM XIII DEDUCTARUM.

—

Hæreses sæculo primo exortæ.

Simoniani. — Primus qui hæresis pestem in orbem invexit, fuit Simon Magus, e Samaria oriundus. Cum a Philippo baptizatus fuisset, et videret Spiritum sanctum *in eos quibus manus* imponebant apostoli, illabi, oblata pecunia voluit ab apostolis potestatem emere similiter conferendi Spiritum sanctum; quo facto labis, ab ipso dictæ Simonianæ, primum jecit fundamentum. Contendebat 1. se esse magnam virtutem Dei, imo Deum ipsum, qui in Samaria apparuerit ut Pater, in Judæa ut Filius, in gentibus ut Spiritus sanctus; 2. Christum vere non

venisse, nec realiter esse passum, sed solum apparenter, 3. vagam quandam mulierculam, nomine Helenam, cum qua clam omni se libidinum genere polluebat, jam blasphemebat esse Spiritum sanctum, jam fadulabatur esse Minervam, et sub hujus simulacro suis discipulis præbebat adorandam, sicut seipsum sub simulacro Jovis; 4. legem dicebat non a Deo, sed a sinistra quadam intelligentia latam fuisse, unde duos fingebat deos; 5. omni sublata lege, ac bonis operibus eliminatis, velut minime necessariis, amplam suis cultoribus ad omne scelus impune patrandum viam aperiebat, speciatim vero indifferentem feminarum usum permittebat; 6. negabat carnis resurrectionem cum Sadducæis, metempsychosin vero cum Pytagoricis adstruebat, Postquam hos errores per varias orbis partes circumtulisset, multisque falsis signis, ope dæmonum perpetratis, persuadere studuisset, tandem Romam venit, ubi cum eorumdem ope in cœlos evolare tentaret, quo se verum Deum probaret, precibus S. Petri præceps ruit, et confractis ossibus, animam exhalans ad inferna descendit. Simeonis discipuli vel successores fuere postea Menander, a quo Menandriani; Saturninus a quo Saturniani; Basilides, a qno Basilidiani; qni easdem insanias propagarunt et adauxerunt.

Nicolaitæ. — Errabant 1. in eo quod docerent mundum non esse factum a Deo, sed a quibusquam principibus quos exprimebant nominibus barbaris ac horrendis, quibus terrorem suis auditoribus incuterent: 2. indifferentem feminarum usum indulgebant; 3. docebant licere scortari, 4. et vesci idolothytis.

Cerinthiani. — Sic nuncupati a Cerintho, qui ex Judæo factas Christianus, cum baptismo circumcisionem, velut ad salutem necessariam, volens esse jungendam, Capitalis autem ipsius error in eo stetit, quod Jesum a Christo distingueret, diceretque idum non de virgine, sed de muliere, maritali commercio intercedente, conceptum ac natum esse; Christum vero, seu Spiritum sanctum sub columbæ specie in eum descendisse, eique sanctitatem, et vim alliis eam communicandi patrandique miracula tribuisse. Addebat Christo in cœlum reverso, solum Jesum passum ac mortuum esse.

Ebionitæ. — Ebionitæ, seu Ebionæi, sic appellati ab Ebione quodam ejus sectæ auctore, apostolis coævo, docebant: 1 Christum esse purum hominem ex Josephi et Mariæ concubitu, more hominum aliorum, progenitum; 2. Circumcisionem et alia legalia post Christum adhuc esse servanda; 3. virginitatem a suis cœtibus repellebant; 4. uxorum pluralitatem permittebant.

Hæreses sæculi II.

Gnostici. — Sic dicti fuere a rerum omnium γνώσει sive scientia, quam sibi præ cæteris superbe arrogabant. Eorum auctor præcipuus fuit quidam Carpocrates, vel Carpocras nomine, a quo etiam dicti carpocratiani. Delirabant præcipue in sequentibus capitibus: 1. Duos admittebant deos; 2. dicebant mundum non esse factum a Deo, sed ab angelis; 3. contendebant Christum non esse de Maria natum, sed per illam ostensum, et hinc sanctam Dei genitricem ludibrio habebant; ipsum vero Christum non habere carnem, nisi apparenter talem; 4. duas in homine animas fingebant, alteram bonam et ratione præditam, alteram malam et rationis expertem, illamque, non autem istam volebant esse de Dei substantia; 5. metempsychosim admittebant, resurrectionem et judicium futurum negabant; 6. Dicebant lictum esse Christiano negare Christum ad vitanda tormenta; 7. Jejunia et castitatem adversabantur.

Valentiniani. — Sic nuncupati a quodam Valentino, qui indignatione spirituque vindictæ accensus. Ecclesiam oppugnavit erroribus, quorum summarium his capitibus præcipuis absolvitur: 1. Duo statuebat prima principia: profundum et silentium, sive chaos, velut primos duos deos, quorum alterium masculum, alterum feminam dicebat; atque ex his duobus, velut ex conjugio, seu immediate, seu mediate processisse Æonas triginta e quibus 15 mares, et totidem feminas. 2. Triplex fingebat hominum genus, pneumaticum, seu spirituale; psychcum, seu animale; et hyginum aut choicum, seu materiale. Primo hominum generi, cujusmodi se Valentiniani omnes esse credebant, tribuebat animam sua natura bonam, et nullis sceleribus, quæ impune ipsi liceret, contaminandam; atque ideo ejus generis hominem aliquando resurrecturum aiebat, sed cum alio corpore, nempe spirituali, et certo salvandum. Alteri generi tribuebat animam boni malique capacem, et pro diversa vivendi ratione salvari damnarive posse contentebat. Postremo denique generi animam natura malam inesse aiebat, et ex exitium conditum esse asserebat ea ratione, ut cum corpore simul et anima interiret. 3. Docebat propter medii generis homines Christum a Patre, id est, a Profundo missum esse, sed spirituæ vel cœleste corpus secundum attulisse; adeoque nihil sumpsisse de Virgine Maria; sed per illam, tanquam per rivum aut fistulam transiisse. Primarius Valentini discipulus ac successor fuit Secundus, a quo Secundiani nomen habent, et qui magistri errores ampliavit, excogitata nova Æonum serie ac natura.

Marcionitæ. — Marcionitæ a Marcione, Appellitæ, ab Apelle, Cerdoniani a Cerdone quodam appellati, Manichæis præluserunt, dum duo rerum principia duosque deos statuerunt, unum bonum, alterum malum; illum Christii patrem, hunc legis et prophetarum auctorem. Hunc errorem adoptarunt Tatiani, dicti etiam Eucratitæ, seu continentes, quod a nuptiis dicerent esse abstinendum, neque carne vinoque uterentur, quæ aiebant profluxisse a principio malo: unde et in ipso Missæ sacrificio aquam solum adhibebant sine vino.

Montanistæ. — Nomen traxere a Montano, qui adjunctis sibi duabus mulierculis Priscilla et Maximilla, quas velut prophetissas venditabat, 1, docuit in seipsum hasque feminas Spiritum sanctum majori plenitudine descendisse, quam in ipsos apostolos; et hinc Spiritum sanctum se appellabat, imo Deum Patrem. 2. Negabat in Ecclesia dari potestatem remittendi peccata quædam graviora, post baptismum commissa; adeoque pro eorum remissione Deum duntaxat esse exorandum. 3. Secundas nuptias illicitas esse proclamabat, et pro fornicationibus habebat: ex adverso matrimonium dissolvi posse aiebat. 4. Negabat esse licitum Christianis, fugam capere in quæcumque persecutione. 5. Nova jejunia prædicabat, tanquam jure divino præscripta.

Tertullianistæ. — Dicti a Tertulliano, qui, postquam contra Montanistas strenue pugnasset, falsa severioris disciplinæ quam Montanus præ se ferebat specie, et sommis Priscillæ et Maximillæ delusus illorum errores adoptavit, et novis adauxit; nam docuit: 1. Angelos esse corpora tenuia ac subtilia; animam quoque nostram, licet immortalem, corpoream tamen esse, eamque crescere, adolescere, cibos desiderare, et in cæteris cum corpore convenire; unde illi tribuebat longitudinem, latitudinem, sublimitatem, effigiem, sexum habitum, terminum, ut corpori. 2. Dicebat, teste Augustino, animas sceleratorum hominum post mortem converti in dæmones.

Hæreses sæculi III

Novatiani. — Nomen hoc adepti primum a Novato, tum etiam a Novatiano; postmodum Catharos ipsi se, id est, mundos et puros, superbe apellarunt. Hi fuere sequentium errorum disseminatores: 1. Iis qui a fide defecerant, vel in alia crimina, saltem graviora, veluti adulterium, homicidium, etc., post baptismum lapsi erant, spem omnem veniæ erepiebant, saltem obtinendæ ab Ecclesia; cui proinde potestatem ejusmodi peccatis veniam indulgendi denegabant. 2. Accedentes ac redeuntes ad suam sectam iterato baptizabant, existimantes baptismum extra illam collatum, esse irritum. Cæterum Confirmationis sacramentum penitus negligebant 3. Martyres eorumque reliquias contemnebant. Demum cum Montanistis secundas nuptias damnabant.

Sabelliani. — A Sabellio ex Africa vel Libya oriundo; qui novam hæresin non tam primis excogitavit, quam a Praxea, Montani prius assecla, postea desertore, alioque quopiam Nœto, acceptam propagavit, docens esse in Deo unam duntaxat reipsa personam, sicut et unam naturam, licet secundum triplicem notionem tribus nominibus expressam; unde et Sabelliani dicebant, Patrem quoque in Christo passum fuisse, quapropter etiam appellati fuere Patripassiani. Sabellii hæresin deinde adoptarunt tum Photinus, unde Photiniani; tum Paulus Samosatenus, unde Pauliani.

Origenistæ. — Sic nuncupati ab Origene, qui erravit: 1, circa creationem et naturam animarum: fingebat enim quod Deus primo creavit rationales creaturas omnes æquales; eas vero, quæ ex libero arbitrio magis vel minus ad Deum conversæ fuerant, ad diversos angelorum ordines pro meritorum diversitate fuisse promotas; illas quæ a Deo sese averterunt diversis corporibus fuisse alligatas, et animas evasisse, corpori magis vel minus imperfecto, pro diversitate demeritorum, velut carceri inciusas: ex quibus alterius delirabat animam etiam Christi, antequam corpori uniretur, præextitisse: item solem lunam et astra animatas quæsdam virtutes esse. 2. Erravit circa corporum resurrectionem, quam equidem admittebat, sed aiebat illa non surrectura rectæ, ut modo, sed orbicularis figuræ; neque cum sanguine et membris, habent modo, quia pro illo statu haud serviturus, seu

subtilia et aerea esse futura 3. Erravit circa statum animarum post hanc vitam. Præter quam enim quod negaret, damnatorum animas quidpiam pati ab igne corporeo, insuper negabat illorum, dæmonumve ipsorum pœnas et æternum esse duraturas. Addebat, Christum iterum esse crucifigendum pro dæmonibus. Ad extremum eo usque deliravit, ut, sicut ponebat dæmones et animas damnatorum quandoque a pœna liberandas, ita poneret angelos et animas beatorum quandoque a beatitudine in hujus vitæ miserias devolvendas. Imo damnatos ad hoc quoque sæculum rursus redituros, et hinc ad beatitudinem evocandos, dæmonesque in priorem statum et ordinem restituendos.

MANICHÆI. — His appellationem dedit Verna quidam, natione Persa, qui antea Cubricus vobabatur, et post hæc vocari voluit Manes. Manichæi 1. statuebant duo principia opposita, et quidem æterna, immortalia, ab invicem independentia ; unum bonum et alterum malum. Deum faciebant corporeum, finitum et divisibilem. Insuper Patrem, Filium et Spiritum sanctum admittebant, sed unum Deum dicebant sub triplici nomine. 2. Carnem aiebant provenire a malo principio et esse de ejus substantia. Quapropter in primis negabant Christum veram carnem habuisse, ac proinde vere natum ex Virgine, ne inquinaretur ; neque vere passum, crucifixum aut mortuum dicebant, sed solum apparenter et similitudinarie, atque pari solum modo ressurexisse. 3. Duas uni corpori fingebant animas insidere, alteram bonam et rationalem, a bono principio efformatam ; alteram malam et animalem pariter effectam a malo principio. 4. Animarum metempsychosin asserebant. 5. Mala culpæ degabant esse tribuenda libero hominis arbitrio ; ne, cum hoc procedat a Deo, hic pariter sit auctor illius. Illa igitur tribuebant animæ, natura sua malæ, qua ad illa vel invite cogeret, etc., etc.

Hæreses sæculi IV.

DONATISTÆ vel DONATIANI. — Nomen et errores hausere a duobus Donatis, altero Casarum-Nigrarum in Numidia episcopo, velut auctore ; altero episcopo Carthaginensi, velut promotore. Arcæipui illorum errores sunt sequentes: 1. Ecclesiam perversorum communione toto orbe terrarum periisse contendebant, et id sola Africa inter Donatistas remansisse. Cum vero considerarent, veram Ecclesiam non consistere sine communione cum Romana, Romam aliquem ex suis secreto mittebant, qui suæ factionis homines ibidem degentes velut episcopus gubernaret. 2. Ex primo illo errore hunc alium trahebant : illum solummodo baptismum esse validum, qui apud ipsos conferretur ; quapropter, si Catholicorum aliqui ad eos deficerent, illos rebaptizabant. 5. Plures illorum prætextu martyrii, sponte aliis se occidentos tradebant, imo sibi ipsis violentas manus frequenter inferebant, et ita se martyres jactitabant. Qui hoc insano furore correpti erant, Circumcelliones appellati fuere.

ARIANI. — Arianorum hæresis auctorem habuit Arium, e Lybia oriundum, presbyterum Alexandrinum, qui sequentes sparsit capitales errores : 1. Etiamsi tres personas, Patrem, Filium et Spiritum sanctum admittere se profiteretur, solam tamen primam Deum verum, æternum, immutabilem esse contendebat. Hinc 2. negabat Filium et Spiritum sanctum esse ejusdem cum Patre substantiæ, vel naturæ ; imo asserebat Filium habere naturam plane diversam a Patre ; et Spiritum sanctum diversam a Patre et Filio. 3. Filium, quemadmodum et Spiritum sanctum aiebat, ex nihilo factum esse in tempore adeoque esse creaturam, et hinc Patre minorem ; sed Filium esse creaturam primam, ante omnia sæcula factam, omniumque perfectissimam, et maxime ad Deum accedentem, quæ ideo per excellentiam vocatur Filius Dei, et Deus per quamdam *participationem*, non per *naturam* : Deum vero per illum velut per ministrum sæcula et omnia alia fecisse. Spiritum sanctum autem dicebat præcipuam Filii creaturam et hinc *Creaturam Creaturæ* nominabat. Unde etiam loco istius glorificationis versiculi, quem canere consuevit Ecclesia catholica : *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto* ; ipse suos canere docuit : *Gloria patri per Filium in Spiritu sancto.*

SEMIARANI. — Hi partim assentiebantur Arianis, partem ab illis dissidebant. Nam cum illis quidem de Spiritu sancto idem prorsus sentiebant, ac Filium Patri *consubstantialem*, seu ejusdem cum illo naturæ esse negabant ; attamen secus ac illi dicebent, hunc esse Patri per omnia, atque adeo etiam in essentia similem ; quapropter eumdem quidem renuebant appellare ὁμοούσιον, id est consubstantialem ; dicebant vero ὁμοιούσιον, seu similem in substantia. Auctores habuere Semiarani Basilium Ancyranum, et Gregorium Laodicenum.

ACACIANI. — Sic dicti ab Acacio Cæsariensi episcopo. Inter Arianos et Semiarianos velut medii, Filium nec Patri consubstantialem dicebant cum Catholicis, nec eidem plane dissimilem cum Arianis, neque similem in substantia cum Semiarianis, sed duntaxat in accidentibus et forma, sicut statua aurea suo prototypo, quod repræsentat.

MACEDONIANI. — Arianorum surculi nomen et errorem accepere a Macedonio, qui docebat : Filium quidem Deum esse, per omnia similem Patri ; imo, ut loquitur S. Augustinus, unius ejusdemque cum illo substantiæ, vel essentiæ ; Spiritum vero sanctum creaturam esse, ejusdem cum Patre et Filio dignitatis expertem ; imo famulum ac ministrum eum appelabat.

AERIANI. — A quodam Aerio exorti sunt, qui e Ponto oriundus, cum episcopatu Sebasteno, quem ambiebat, exclusus fuisset, contra episcopatem ipsam dignitatem deblaterare cœpit. Itaque primum ac præcipium errorum Aerii caput erat, quod episcopi non sint presbyteris superiores, neque ab eis ulla in re discriminentur. Huic errori alios subinde addidit : nempe orationes pro defunctis, et bona pro illis suscepta opera nihil iis prodesse. adeoque esse rejicienda. Præterea jejunia ab Ecclesia statua, et a Christianis observare solita non esse servanda, Demum negabat pascha a Christianis esse celebrandum.

AETIANI ET EUNOMIANI. — Ab Aetio et Eunomio nuncupati, Arianæ quoque hæresis soboles exstitere, eamque novis auxere blasphemiis. Primus illorum error fuit, quod dissimulem per omnia assererent Patri Filium, et Filio Spiritum sanctum ; ex quo dicti etiam sunt *Anomœi*, id est *Dissimiles*, Quapropter non baptizabant verbis a Christo institutis, sed sub hac formula : *In nomine Dei increati et in nomine Filii creati, et in nomine Spiritus S. sanctificatoris a Filio procreati* ; ideoque baptizatos a Catholicis ad se accedentes rebaptizabant. Secundum error fuit quod Verbum divinum animam non assumpsisse, sed divinitatem animæ vices supplevisse, assererent. Tertius error fuit, quod dicerent se Deum ita perfecte cognoscere, sicut Deus ipse se cognoscit ; unde et se illum parites comprehendere blasphemabant. Quartus, quod sanctorum reliquias contemnerent, et miracula ad eorum invocationem a Deo patrata dæmonum præstigia esse effutirent. Quintus, quod docerent malam vitam. conjunctam cum fide, quam ipsi prædicabant, nihil obesse ; sic, ut quibuscumque peccatis quis irretitus foret, etiamsi in eis perseverare vellet, dummodo fidem suam servaret, æternæ vitæ particeps esse posset.

APPOLLINARISTÆ. — Secta hæc auctorem habuit Apollinarem, qui sequentes producit errores : 1. quod Verbum non assumpserit animam saltem rationalem, seu mentem, sed ejus vices suppleverit. 2. Quod Christus veram carnem non habuerit. 3. Circa Trinitatem etiam varie delirabat. His erroribus ridiculam addebat commentum, nempe post universalem resurrectionem non rursus ad observationem legis Mosaicæ esse reversuros.

PRISCILLIANISTÆ. — A Priscilliano hæresis ista per Hispaniam propagata, simul ab eodem nomen accepit. Errores autem suos ab omnibus fere, qui antea exstiterant, hæreticis mutuarunt. Nam. 1. cum Sabellio unam duntaxat in Deo personam agnoscebant. 2. Cum Arianis de Filio sentientes, quasdam virtutes ex Deo cœpisse procedere somniabant ; diabolo vero nunquam fuisse bonum, neque ejus naturam esse officium Dei, sed ex chao et tenebris emersisse, illumque omnis mali principium et substantiam esse, adeoque et corporum etiam humanorum ; et hinc a carnibus quoque abstinebant et Christum veram habuisse carnem negabant. 3. Cum Manichæis animam hominis particulam divinæ esse substantiæ fingebant. 4. Cum Origene animas prius in cœlo peccasse dicebant, et in pœnam fuisse in corpora detrusas. 5. Cum Stoicis homines non sponte et libere peccare aiebant, sed invitos et fatali siderum necessitate compulsos. 6. Denuo cum Manichæis nuptias et matrimonium damnabant.

AUDÆANI, seu ANTHROPOMORPHITÆ. Hoc nomen sortiti sunt ex palmari suo errore, qua sentiebant Deum esse corporeum, et membra ad formam humani corporis habere.

JOVINIANISTÆ. — Hæc heresis nomen accepit a Joviniano, cujus primus error fuit, quod virginitati nuptias quoad meritum adæquaret. Secundus error fuit, quod jejunia et abstinentiam a certis cibis doceret ad salutem nihil prodesse. Tertius erat, quod qui plena fide in baptismo renati sunt, a diabolo non possint subverti sive peccare. Quartus fuit, quod cum Stoicis doceret omnia peccata esse in gravitate paria ; item paria esse omnia merita, atque pacem proinde omnium in cœlis remunerationis gradum. Addebat denique quintum hunc errorem, quando B. Virgo, licet ante partum virgo fuerit, et

Christum intacta virginitate conceperit, neque ullum seu ante, seu post partum eum Josepho maritale commercium habuerit, tamen in ipso partu pariendo fuisse corruptam, et ejus corruptam virginitatem.

Hæreses sæculi V.

PELAGIANI. — Dicti a Pelagio, natione Britanno, professione monacho. Capitales illius errores sunt sequentes : 1. Docebat, primævum primi hominis statum fuisse statum naturæ, non beneficium gratiæ, et Adæ posteros nunc nasci, qualis Adam conditus fuit, hoc est, inquiebat, sine virtute et vitio, sine gratia et peccato. 2. Negabat ab Adæ posteris ex ipso contrahi peccatum originale, ac proinde Adamum aiebat peccando sibi noli nocuisse, non posteris. 3. Contendebat, hominem per solas liberti arbitrii vires posse omnia divina mandata servare, tentationes omnes vincere, omnia plane peccata vitare, adeoque salutem solis iisdem suis viribus adipisci ; quapropter negabat, ad istorum quippiam necessariam esse Dei gratiam, etc.

CŒLESTIANI. — Hi nomen habuerunt a Cœlestio, Pelagii discipulo, qui eosdem ac Pelagius errores disseminavit,

SEMIPELAGIANI. — Recedebant a Pelagianis Semipelagiani: 1, quod primigeniam originis noxam admitterent, in Adæ posteros derivari ; 2. quod adstruerent necessitatem gratiæ et baptismi ad illius deletionem ; 3. quod agnoscerent pariter naturæ nostræ infirmitatem, ex eadem originaria culpa profluentem. 4. Fatebantur quoque, saltem eorum plerique, gratiæ etiam interioris necessitatem, ad opus bonum saltem perficiendum et consummandum ; ac proinde non posse hominem solis suis viribus naturalibus ad salutem pervenire. Accedebant vero ad Pelagianos, et errabant Semipelagiani, primario ac præcipuo in eo quod dicerent initium fidei, adeoque justitiæ et salutis, esse a nobis, seu a solis naturæ viribus sibi relictis; nullamque ad ejusmodi initium gratiam interiorem prævenientem esse necessariam. Sic errorem suum ordinabant : 1. Aiebant : Is cui prædicatum exterius fuit Evangelium, solis naturæ viribus concipit fidem aliquam initialem, seu pium credulitatis affectum erga Salvatorem, velut potentem ac volentem ipsum liberare a miseris per peccatum contracta. 2. Succedebat desiderium sanitatis spiritualis aut salutis, ex illa fide initiali excitatum, illudque mere naturale. 3. Sequebatur iners aliquis surgendi, seu ex illa miseria emergendi conatus, solis iisdem viribus naturæ,quæ cum ad surgendum reipsa non sufficerunt. 4. Voluntas ad Deum recurrebat, quærendo et pulsando per orationem et implorationem auxilii ad id necessarii, pariter mere naturalem. 5. Dicebant, Deum ejusmodi actibus mere naturalibus, atque absque interiori gratia elicitis, moveri ad comferendam tali homini interiorem gratiam, qua posset ad fidem perfectam et sanitatem spiritualem, seu justificationem pervenire, et accedente talismodi gratia ulterius bene et salutariter operaret, mandata Dei observare, ac tandem salutem ipsam æternam adipisci.

PRÆDESTINATIANI, — Hoc vel affini prædestinatorum nomine veniunt illi qui ex optimis S. Augustini libris, præsertim de Gratia et Prædestinatione, pessime intellectis docuerunt: 1. ex hominibus alios antecedente Dei voluntate absoluta et efficace destinatos esse ad gloriam ; alios ad pœnam æternam ; 2. neque eos proinde qui sunt ad vitam prædestinati, ullo modo posse damnari ; neque illos qui sunt ad gehennam præordinati, ulla ratione posse salvari. Hinc inferebant 3. per Dei prædestinantis voluntatem liberum hominis arbitrium penitus extingui, aut certe nihil valere, seu ad obtinendam salutem, si destinatus a Deo sit ad damnationem; neque ad hanc incurrendam, si ad illam fuit præordinatus. Unde 4. insuper intulere, neque bona opera quidquam prodesse reprobis, neque mala obesse prædestinatis ; neutrosque proinde esse debere sollicitos, seu ut agant bene, seu ne agant male.

NESTORIANI. — Nestorius ex Syria oriundus, primum Antiochiæ monachus inde patriarcha Constantinopolitanus, Nestorianis nomen et errores dedit. Errabat 1. quod duas in Christo personas statueret, illumque veluti divideret in Filium Dei et Filium hominis ; illum non ex Maria, sed ex Deo ante sæcula genitum ; hunc ex Maria, in sæculo natum. Hinc 2. Mariam notebat dici Θεοτόκον, seu Deipsaram, sed Χριστότοκον, seu Christiparam. 3 Quod consequens erat, negabat Filium Dei pro nobis passum esse, aut mortuum ; sicque redemptionis nostræ mysterium evacuabat.

EUTYCHIANI. — Ab Eutyche seu Eutychete denominationem accepere, Capitalis ejus error fuit, quod cum Nestorium acrius prestringit, duas in Christo personas statuentem, ipse non unam solum in eo adstruat, sed etiam unam post unionem naturam; contendens Christum esse quidem ex duabus, sed non in duabus naturis ; seu duas quidem ante unionem fuisse naturas, sed unicam post unionem; ita ut in ipso incarnationis articulo ex utraque natura, divina et humana, una substantia coaluerit ; sive jam senserit Eutyches id factum esse per confusionem aut mixtionem, sicut ex quatuor elementis fit natura mixti ; sive per conversionem unius natura in aliam, sicut aqua in Cana Galilææ conversa est in vinum ; sive per compositionem, uti ex corpore et anima fit una natura humana; seu contenderit naturam humanam a divinitate fuisse pœnitus absorptam.

Hæreses sæculi VI, *et* VII.

MONOTHELITÆ. — Nomen accepere a duplici Græco vocabulo ; *Monos*, id est, unus, et *thelema*, id est voluntas, quasi unius voluntatis professores, quia nimirum in Christo nonnisi unam agnoscebant voluntatem et operationem : opinabantur enim quod humana natura in Christo nunquam moveretur proprio motu, sed solum secundum quod mota erat a Verbi divinitate.

Hæreses sæculi VIII *et* IX.

ICONOCLASTÆ. — Alio affini nomine dicti Iconomachi, seu SS. imaginum contemptores, impugnatores, eversores.

GRÆCORUM SCHISMA. — Cujus auctor præsertim fuit Photius. Quinque sunt præcipui articuli, in quibus Græci dissidebant a Latinis, scilicet : 1, quod Spiritus sanctus non procedat a Patre et Filio ; 2. Quod Eucharistia non in pane azymo, sed in solo fermentato confici possit ; 3. quod non detur Purgatorium ; 4. quod nec justis æterna detur felicitas, nec impiis æternum infligatur supplicium ante judicii diem ; 5. quod Romanus pontifex non sit totius Ecclesiæ caput, et B. Petri successor.

Hæreses sæculi X *et* XI.

In sæculo X, vix ulla nova exorta est hæresis, sed secta Manichæorum in Occidentem recruduit; sæculo vero XI, essurexit.

BERENGARIUS.— Famosus ille sacramentariorum parens, vel antesignanus. et eorum hæreseos disseminator præcipuus, 1. baptismum parvulorum evertebat. 2. Legitima conjugia abrogabat, impudenter asserens licitam esse cum omnibus scortationem. 3. Quod Christus januis ad discipulos non intraverit, asseverabat. 4. Eucharistiam non esse vere et substantialiter corpus et sanguinem Domini, sed solam illius umbram et figuram astruebat. Ac propterea, 5 panem et vinum per verba consecrationis non converti substantialiter in verum corpus et sanguinem Christi.

Hæreses sæculi XII *et* XIII.

PETRO-BRUSSIANI — Hæretici illi a Petro Brusso, seu de Bruis, nomen acceperunt. Fœdis Manichæorum erroribus hos addebant : Missæ sacrificium nihil esse ; baptismum absque fide parvulis nil conferre ; neque fidelium preces quidquam prodesse defunctis ; quibus ævi moderni novatoribus præludebant.

ALBIGENSES. — Eadem secta, stabilem sedem nacta Albiæ civitate Tolosæ vicina, inde nomen facit Albigensibus hæreticis, qui exiguo temporis spatio universam pene Galliam corruperunt. Illi docebant : 1. cum Manichæis duo esse rerum principia : 2. cum Sadducæis carnis negabant resurrectionem ; 3. infernum simul cum purgatorio explodebant ; 4. Baptismi et Eucharistiæ sacramenta respuebant.

WALDENSES. — His nomen dedit Petrus Waldus, mercator Lugdunensis, vir litterarum expers. Alio nomine dicti sunt etiam *Pauperes de Lugduno*. Isti sunt illorum præcipui errores: 1. Ecclesiam Romanam defecisse a tempore Sylvestri I. quo possessiones habere cœpit. Unde inferebant nullum in ea, quatumvis probum, salvari posse ; spernendas esse ejus indulgentias, benedictiones, consecrationes, cæremonias ; non esse pendandas Ecclesiæ decimas; neque ab ullo obtemperandum summo pontifici, episcopis aliisve Ecclesiæ prælatis ; 2. ministros Ecclesiæ Christi, propria possidentes peccare omnes contra præceptum Domini : *Nolite possidere aurum*. 3. ministerium Eucharistiæ aliorumque sacramentorum, non ad solos sacerdotes pertinere, sed ad omnes et quosvis etiam laicos; 4. omnem potestatem, etiam laicam, solo peccato mortali deperdi, ac proinde sacerdotem in peccato mortali existentem nec consecrare, nec absolvere ; laicum e contra justum ista rite facere ; quem errorem moderni Janseniani adoptarunt. 5. Demum, ut plura omittam, nullam orationem, præter Dominicam, esse faciendam.

LXXXVII.

INDEX DE SCHISMATIBUS,

ET DE ILLORUM ORIGINE, CAUSIS ET HISTORIA.

AD INCUNABULIS CHRISTIANISMI AD SÆCULUM XIII.

—

MONITUM.

Schisma, juxta vocis etymologiam et proprietatem, communemque notionem, nihil aliud est quam *totius divisio aut sejunctio in duas aut plures partes;* sed quoad præsens, est divisio aut separatio facta in morali hominum, vel mystico corpore et societate, qui eamdem fidem, religionem, cultum divinum profitentur, licet sub diversis legibus ac statutis diversorum regnorum et rerumpublicarum vivant ; est, inquam, *horum divisio quoad fidem, vel usum et exercitium religionis.* In hoc igitur Indice promiscus tractamur de schismatum origine, et malis; de schismaticorum baptismate, et variis schismatibus quæ ab apostolis ad sæculum XIII, in Ecclesia exorta sunt.

Schisma hæreticis unitas est. Tert., II, 57. Schismatum mater æmulatio, id., I, 1218.

Schismata ex contemptu sacerdotum. S. Cyprianus, IV, 396. Schismata unde oriantur, *ibid.*, 403.

Ille est vere schismaticus qui se a communione ecclesiasticæ unitatis separat, Tert., III, 1174. Schismate majus esse delictum non potest, *ibid.*, 1049. Sine spe sunt qui schisma faciunt, *ibid.*, 1142. Quantum peccatum schisma, *ibid.* Pejus crimen schismaticorum quam lapsorum, id., IV, 514. Non potest ei cum aliquo convenire cui cum Ecclesia non convenit, *ibid.*, 509. Pacatum habere Deum non potest qui cum fratre pacem non habet, *ibid.* Schismatici Dominico pani adunati non sunt, cum Christi populo non sint commisti. id., III, 1142. Fides apud schismaticos sane esse non potest, *ibid.*, 1195. Adunari animæ non possunt, quæ se ab unitate Dei diversum, Tert. III, 1157. Nihil prodest proximos sibi esse corporibus, si mente dissideant, *ibid.* Discordans cum Fratribus nec martyrio salvatur, id., IV, 536. Schismatici ecclesias humanas instituunt, id., III, 790. Numerum suum mendacio inflant, *ibid.*, 811, 813. A seipsis damnati, *ibid.*, 728. Pereunt qui a schismatis ducibus seducuntur, *ibid.*, 1150. Pari crimine tenetur qui ducem schismatis sequitur, id., IV, 514. Duces schismatis rei sunt, et qui eos sequuntur, id., III, 1145. Perdita factio consentientes peritura *ibid.*, 726. Fideres movere non debent schismata, qui prædicta sunt, *ibid.*, 805, 806. Movere non debet confessor, ad schisma deficiens, id., IV, 515. Confessori schisma amplectenti magis ex hoc ipso crescunt merita pœnarum, *ibid.*, 516. Vita schismaticorum exsecrabilis, id., III, 823. Schismatici non habent Spiritum sanctum, id., *ibid.*, 1146. Precem alteram illicitis vocibus faciunt, id., IV, 513. De pectoribus schismaticorum excessit Spiritus sanctus, *ibid.*, 401. Schisma adulterum est impium et sacrilegum, *ibid.*, 336. Contra Deum fit quidquid improbi ad destruendam Dei ordinationem conantur, *ibid.*, 513. Quidam schismatici non possunt sine scandalo recipi, id., III, 823. Schismaticus et hæreticus error, id., IV, 344. Schismatis incendium, *ibid.*, 728. Schismatici nihil habent potestatis, *ibid.*, 1138. Schismaticorum baptismus, id., IV, 408; III, 1040, 1046. Schisma factum in urbe, id., IV, 340. Schismatici fervent inter initia, id., III, 790. Schismaticus non potest ad Ecclesiæ præmia pervenire, id., IV, 515. Schismaticus et hæreticus, id., III, 719, 727, 732. Schismata et hæreses surgunt, *ibid.*, 1134.

Separatio a radice matris Ecclesiæ, S. Optatus, XI, 906. Hujus origo, *ibid.* Schismatis mala, *ibid.*, 890. Schismatis auctores qui, *ibid.*, 886. Quam grave malum schisma et divisio, *ibid.*, 925. De schismatis crimine pœnarum in schismaticos exempla, *ibid.*, 924, 926. Egregia schismatis Africani descriptio, *ibid.*, 1020. Schismatici qui, *ibid.*, 903. Recedentes ab episcopo et novam constituentes cathedram schismatici sunt, *ibid.* In quo differunt ab hæreticis, *ibid.*, 906, 1047. Inconsolabiles Deo lacrymas faciunt, *ibid.*, 887. Falsi vates ruinosum extruentes *parietem, ibid.*, 1021. Mala a schismaticis invecta, *ibid.*, 890. *Fratres dici possunt etsi* nolint, *ibid.* Comparantur ramis et palmitibus absissis, *ibid.*, 962. Comparantur ramis ab arbore divisis et panno discisso, *ibid.*, 1019, 1020. Eadem habent sacramenta, eamdem fidem, eamdem orationem Dominicam cum Catholicis, *ibid.*, 907, 1020. Cur ab unitatem quærantur a Catholicis, *ibid.*, 1083.

Schisma Luciferianorum, Rufinis Aquil., XXI, 501. — Schisma in quo differt ab hæresi, S. Hieronymus, VII, 738.

Schisma quid sit secundum Faustum. S. Augustinus, XLII, 369. Schismata, scissuræ, id., XXXVIII, 1165, 1244. Schisma, recens congregationis ex aliqua sententiarum diversitate dissensio, id., XLIII, 471. Schisma in discessione, hæresis in sacrilego dogmate cernitur, *ibid.*, 747. Schismatis nulla causa licita, *ibid.*, 517. Præcidendæ unitatis nulla est justa necessitas, *ibid.*, 69. Nulla est causa corporalis separationis bonorum a malis, *ibid.*, 50. Separatio cordis, non corporis præcipiter, *ibid.*, 79, 80. A catholicis Episcopis, sicubi forte falluntur, ut contra canonicas Dei Scripturas aliquid sentiant, non recedendum, *ibid.*, 410. Israelis secessio a regno Juda non schismatica fuit, *ibid.*, 417. Adversus hypocrisim sic certandum, ut caveatur periculum schismatis, id., XXXVIII, 94. Schismata, stercora Ecclesiæ, *ibid.*, 53. Schismata sacramenta præcisa, *ibid.*, 53, 55. Quid ex vana et temeraria separatiode sequitur, id., XLIII, 105. Ubi charitas non est, non potest esse justitia, id., XXXIV, 1236. Charitas unitatem scindi delet, id., XXXV, 1992. Posset eos, qui schismata fecerunt, area dominica usque ad tempus ultimæ ventilationis, velut paleas sustinore; nisi sese a nobis ultro separassent, id., XXXIV, 127. Neminem se a communione omnium gentium recte separare unde certi sumus, id., XXXIII, 334.

Schisma a Veteri Testamento crimen gravius est et combustione libri prophetici, et fabricatione idoli, *ibid.*, 192 Vulnus gravius idololatria vel infidelitate, XLIII, 115. Schismatis crimen longe sceleratius quam traditionis, *ibid.*, 349. Quam homicidium, *ibid.*, 581. Schisma sacrilegium immanissimum, *ibid.*, 333. Schismatis sacrilegio nihil gravius, *ibid.*, 69, 132. Schisma vulnus et mors, *ibid.*, 137, 138. Schisma vel hæresis mors tetrior quam mors corporis, *ibid.*, 43. Schisma omnia scelera superat, *ibid.*, 38. Schisma an peccatum in Spiritum sanctum, *ibid.*, 534, Schismata Deus odit. id., XXXIII, 172. Schisma quanti divino judicio pendatur, denetat Dathan et Abiron supplicium, *ibid.*, 298. Schismata a sola ipsa vera unitate justissime puniuntur *ibid.*, 55. Schismata unde nascantur, id., XXXV, 1984. Schismatum origo, odium fratris, id., XLII, 118. Schismata ex ipso animali sensu generantur, *ibid.*, 122. Schismata omnia per carnales fiunt, id., XXXVIII, 49. Schisma facere non potuerunt nisi aut superbiæ tumore furiosi, aut invidentiæ livore vesani, aut sæculari commoditate corrupti, aut carnali timore perversi, id.. XLIII, 104. Schisma hæresim Donatistæ male perseverando fecerunt, id., XXXIII, 298. Schismatis tantum crimen objiciebat Augustinus Donatistis, *ibid.*, 298. Communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensione factorum, *ibid.*, 579. Id dederunt Donatistæ in *Coll. Carth.*, *ibid.* 403, 409. Hæreses et schismata signi-

ficantur, per filios Cethuræ *ibid* 2133. Exhortatio ad schisma præcavendum, id., XLIII, 350. Schismatici quid ab hæreticis distent, id., LXXV, 1367. Hæretici et schismatici de matre adolescentula et de patre sene nati, sine repromissione, *ibid.*, 2134. De libera nati, sed secundum carnem, *ibid.*, 2133. Schismatici se solos Christianos jactant, et damnant cæteros, id., XLIII, 588. Schismatis auctores omnes eam unam causam assumunt, justos alienis peccatis maculari, quando cum eis sacramenta communicant, id., XXXIII, 339. Quam id falsum, *ibid.*, Schismatici quidam facti, dum timent maculari per consortium peccatorum, id., 41. Zizania et falsoa fratres usque ad messis tempus inter frumenta tolerari necesse est, id., XXXV, 1799. Schismatici in parte Christum volunt ostendere, qui emit totum, *ibid.*, 1984. Schismatici, crucifixoribus Christi pejores sunt, id., XXXVI, 311. Schismatici inter mortuos et perditos computandi, Id., XXXII, 642. Qui se separaverunt ab unitate, et animas seducendo interimunt, spiritualiter, non carnaliter sanguinem fundunt, id., XXXVI, 645. Schismatici homicidæ, id., XLIII, 274. Schismate spiritualem vitam perdi, id., XXXVIIII, 1231. Schismatici ad Ecclesiam non pertinent, id., XL, 193. Schismatici rumpunt retia, idem, XXXVI, 781. Schismatici ex aliqua parte connectuntur Ecclesiæ et habent aliquid sanum, id, XLIII, 115. Sed lethali vulnere schismatis illa sana trahuntur ad mortem, *ibid.*, 115. Schismatici in quo nobiscum sentiunt, eo etiam nobiscum sunt, *ibid.*, 110. Schismatici ad populum Dei pertinent, et si non per virtutem, certe per speciem pietatis, id., XXXVII 1427. Schismatici, etsi baptismum habeant non habent, non Spiritum sanctum, id., XXXVIII 462, 1235, 1236. Schismaticis charitas deest, id., XLIII 121. Schismatici boni esse non possunt id., XXXIII, 952. Separare ille debet qui nescil errare. *ibid.* Schismatici non possunt, quidquid boni possunt operari, id., XLIII, 116. Schismatici, ne Christum negent, cruciatus tolerantis an laudanda patientia, id., XI., 623. An illa potentia sit donum Dei, *ibid.*, 624. An ei prosit, *ibid.* Quisquis ab Ecclesia catholica fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere quod a Christi unitate disjunctus est, non habebit vitam, idem, XXXIII, 579. Schismaticis non esse partem in hæreditate Dei, id., XXXVIII, 797. Foris ab Ecclesia constitutus. æterno supplicio punieris, etiamsi pro Christi nomine vivus incendereris, id., XXXIII, 756. Schismatici non assumuntur a Christo, quia unitatem assumit, id., XXXVI, 779. Schismatici impugnantur, id., XXXVII, 1254. Schismatici ad pacem pacifice revocandi, id., XXXIX, 1583. Schismatici recte coguntur ad unitatem per imperatores, id., XXXVIII, 295. Illos ad communionem catholicam violenter reduci olim non approbabat Augustinus, sed postea expertus quamtum eis in melius mutandis conferre posset diligentia disciplinæ, mutavit sententiam, idem XXXII, 641. Pœnæ in schismaticos decretæ per legem Theodosii, id., XLIII, 48. Schismaticis ad Catholicam redeuntibus adjicienda pietas unitatis non negandum sacramentum veritatis *ibid.*, 603. Agere cum hæretico vel schismatico de negotis animæ licet, ib., XXXIII, 160.

Schismaticos rodere in solitudine, quid sit, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 149. Nulli martyres extra unitatem Ecclesiæ, *ibid.*, 58. In schismate charitas nulla, *ibid.*, 59 Schisma Corinthiorum a Paulo quam prudenter curatum, *ibid.*, 912. Deus in unitate est, non in divisione mentium, *ibid.*, 1176. — Schisma in quo differt ab hæresi, Alcuinus. C, 1023. — Quod schismatici appellantur, quid cum sacerdotibus non auxiliantur, Remigius Curiensis CII, 1102. — Schismaticus est, quisquis Sedi romanæ communione junctus non est, S. Agobardus CIV, 293. Et quisquis a sedibus apostolicis divisus est, *ibid.*, 294. — Schisma quomodo oriatur, Rabanus Maurus, CXI, 94. Sub Ratgirio abbate quale, id., CXII, 1621.

De schismate Græcorum per Michaelem Cerularium in Romanam Ecclesiam excitato, S. Leo IX papa, CXLIII, 555. — Schisma Ecclesiæ vitandum, Goffridus abbas, CLVII, 220. — Schismatici dicuntur qui seorsum a communicantibus nobis episcopis collectas faciunt, Ivo Carnot. CLXI, 1198. — Provitando schismate, multa, licet mala, vel dissimulanda, vel etiam toleranda sunt, Hildeb. Cenom., CLXXII, 236. — De schismate et reconciliatione Calixti papæ et Cluniacensis abbatis, CLXX, 1151. — Schisma Anacleti II, CLXX, 1184. — De schismate vitando, Hugo a S. Victore CLXXVII, 708. — In quo differant schismatici ab hæreticis, Algerus Scholasticus, CLXXX, 931, Quod schismatici in sacramenti sanctitate sunt pro nobis non in schismatis vulnere, *ibid.* 932. Quod schismaticorum baptisma verum quidem est, sed non prodest quandiu sunt in schismate, *ibid.*, 932. Quod etiam ordinati schismaticorum conversi recipiuntur, *ibid.*, 935. — Schisma quantum malum, S. Bernardus, CLXXXII, 382. Schismata coercere debent regis consiliarii, *ibid.*, 389. Schismatum curatrix Gallia, *ibid.*, 382. Schisma Petri Leonis per octo ferme annos, id., CLXXXIII, 894. Oratio Bernardi pro schismaticis, id, CLXXXII, 281. — De schismate Cluniacensi per Pontium, qui abbas fuerat, concitato, Petrus Ven., CLXXXIX, 922. De schismate Romanæ Ecclesiæ et quam viriliter catholicam partem defenderit, *ibid.*, 928.

LXXXVIII.

INDEX HAGIOGRAPHICUS

SIVE

SANCTORUM OMMIUM, QUORUM VITA, NOTITIA, ENCOMIUM, VEL MENTIO TANTUM CONTINENTUR IN TOTA PATROLOGIA LATINA, USQUE AD SÆCULUM XIII,

ORDINE NOMINUM DIGESTUS ALPHABETICO.

A

Abbo (S.), episc., LXXXVII, 215.
Abbo (S.), abb., CXXXIX, 375.
Abdella (S.), martyr, CXXIII, 218.
Abitinenses (S.), martyres, XI, 520.
Abraham (S.), abb., LXXIII, 227.
Abraham (S.), monach., LXXXIV, 76.
Abundius (S.), presbyt. et martyr, CXV, 813.
Achilleus (S.), martyr, CXXIV, 45.
Adalbertus (S.), episc. martyr, CXXXVII, 859.
Adalhaïda (S.), imperat., CXLII, 963.
Adalhardus (S.), abb., CX., 533; CXX, 1507; CXLVII, 1006.
Adamanus (S.), abb., LXXXVIII, 721.
Adanctus (S.), martyr XIII, 399.
Adelardus (S.), abb., CXLVII, 1177.
Adelbodus (S.) episc., CXL, 108.
Adelgorius (S.), archiepisc, CLVII, 483.
Adelphus (S.), episc., LII, 567.
Adeodatus (S.), papa, martyr, LXXXVII, 1139.
Aderitus (S.), episc., CVI, 481.
Adjutor (S.), episc., CLXXVI, 603; CXCII, 1346.
Ado (S.), archiepisc., CXXIII 9.
Adrianus (S.), I, papa, XCVI, 1167.
Adrianus (S.), martyr, LXXII, 621.
Advocatus (S.), martyr, VII, 752.
Aelredus (S.), abb., CXCV, 196.
Æmilianus (S.), martyr, LXXI, 1061.
Æmilianus (S.), martyr, LI, 730.
Æmilianus (S.), confessor cognoments cucullatus, LXXX, 700.
Æmiliæ (S.), (duæ), virgin. et martyres, LXXI, 779.
Æmilius (S.), Lugdun., martyr, LXXI, 779.

Æmilius (S.), Hispal,, martyr, XXXVIII, 1293.
Africanus (S.), martyr, VII, 363.
Agapetus (S), papa. LXVI, 31.
Agapitus (S), martyr, CVI 691.
Agapius (S.), martyr, VII, 322.
Agatha (S.), virgo et martyr, CLXXIV, 709.
Agatho (S.), episc., LXXXVII, 1254.
Agaunenses (S.), martyres, CXLV, 1085.
Agileus (S.) martyr, 41,755.
Agnellus (S.), episc., CVI, 617.
Agnes (S.), virgo et martyr, CXXXVII, 1121.
Agobardus (S.), episc., CIV, 17.
Agricola (S.), martyr, LXXI, 745.
Aigulfus (S.), abbas, CXXIV, 954.
Aileranus (S.), abb., LXXX, 327.
Aladia (S.), virgo et martyr, CXV, 771.
Albanus (S.), et socii, martyres, XCV, 32.
Albero (S.), episc., CXXXIX, 779.
Albena (S.), virgo et martyr, LXXI, 779.
Albinas (S.), episc., LXXI 899.
Albinus (S.), episc. et martyr, LXXI, 779.
Albinus (S.), martyr, CXXIV, 755.
Alcibiades (S.), martyr, LXXI, 779.
Alcuinus (S.), abbas, C, 18.
Aldegundis (S.), virgo, CXXXII, 859.
Aldhelmus (S.), episc., LXXXIX, 683.
Aldricus (S.), episc., CV, 797.
Alexander (S.), I, papa, CXXVII, 1145.
Alexander (S.), martyr, LVII, 695.
Alexius (S.), confessor., CXLIV, 623.
Algerus (S.), canonic., CLXXX, 165.
Almachius (S.), martyr, CXXVII, 779.
Alodia, virgo et martyr, CXL, 771.
Alpharus (S.), episc., CLVII, 1213.
Almannus (S.), episc., CXLVIII 169.
Alumnus (S.), martyr, LXXI, 779.
Amabilis (S.), presbyter., LXXI, 852.
Amadeus (S.), Lausan., episc., CLXXXVIII, 1247.
Amalberga (S.), virgo., CXXXII, 550.
Amalchius (S.), martyr, CXXIV, 29.
Amamundus (S.), martyr, LXXI, 757.
Amandus (S.), episc., LXXXVII, 1267; CXXI, 928; CL, 1436.
Amarandus (S.), martyr, LXXI, 787.
Ambrosius (S.), archiep. Mediol., XX, 9. XIV, 27, 46.
Ambrosius (S.), Autpertus, LXXXIX, 1265.
Ambrosius (S.), Cadurc., episc., LXXXIX, 1198.
Amno (S.), abbas, CXLIII, 1517.
Amon (S.), episc. Tullens., CXXXVII, 620.
Amon (S.), abbas, LXXIII, 1099.
Ammonius (S.), abbas, LXXIII, 1103.
Ampelius (S.), martyr, VIII, 688.
Anacletus (S.), papa, CXXVII, 1113.
Anastasia, S.), virgo et martyr, LXXXV, 177.
Anastasius (S.), martyr, CXV, 815.
Anastasius (S.), presbyter., CXXVII, 9.
Anastasius (S.), monac., CXLIX, 427.
Anantasius (S.), papa, CXXVIII, 129.
Anastasius (S.), monach., CXXVII, 754.
Anazachius (S.), martyr, LXXI, 67.
Andochius (S.), martyr, CXXIV, 501.
Andreas (S.), apostolus, LXXI, 67.
Andronicus (S.), martyr, VII, 466.
Angelramnus (S.), episc., XCVI, 1031.
Anicetus (S.), papa, CXXVII, 469.
Annemundus (S.), episc., LXXXVII, 1087.
Anscharius (S.), episc., CXVIII, 961.
Ansegisus (S.), abb., CV, 733.
Anselmus (S.), Lucens., CXLVIII, 907.
Anselmus (S.), Cantuar., archiepisc., CLVIII, 9.
Antherus (S.), papa et martyr, CXXVII, 1322.
Anthimus (S.), episc., CXLV, 941.
Anthimus (S.), martyr, CXLIV, 102.
Antolianus (S.), martyr; LXXI, 25.
Antonia (S.), martyr et virgo, LXXI, 103.
Antoninus (S.), martyr, CXXLV, 432.
Antoninus (S.), abb., LXXIII, 125.
Aphraates (S.), abb., LXXIV, 56.
Apollinaris (S.), episc. et martyr, LII, 601.
Apollinaris (S.), martyr African., CXXIV, 178.
Apollio (S.), martyr CXXVIII, 517
Apollo (S.), abbas, LXXII, 1140.
Apollonius (S.), martyr, LXXI, 779.
Arbogastes (S.), episc., CXXXVII, 796; CXXXIV, 1003
Arculfus (S.), abb., LXXXVIII, 721.
Aregius (S.), abbas, LXXII, 1119.
Aridius (S.), abbas, LXXI, 1119.
Argymirus (S.), martyr, CXV, 815.
Arialdus (S.), diaconus, CXLIII, 1437.
Armeniæ (SS.), martyres, LXXI, 789.
Arnulphus (S.), episc., XCV, 731.
Arnulphus (S.), abbas, LXXXVIII, 721.
Arnulphus (S)., episc., CLXXIV, 1367.
Arsenius (S.), LXXIII, 1096.
Arthemius (S.), martyr, CXXVIII, 491.
Arventius (S.), episc., LXXI, 880.
Asclepiades (S.), martyr, CXXXVIII, 365.
Asclepius (S.), martyr, LXXIV, 96.
Asterius (S.), martyr, CXXVIII, 491.
Astrebauderius (SS.), martyr, XI 215.
Athanacenses (SS.), martyres, LXXI, 781.
Athanasius (S.), patrarch. Alexand., CI, 761.
Attala (S.), virgo et martyr LXXI, 779,
Attalus (S.), abbas, LXXXVI, 627.
Audifax (S.), martyr, CXXVIII, 417.
Audoenus (S.), archiepisc., CLXII, 1153, CL, 1190.
Audomarus (S.), episc CXLVII, 1179.
Augustinus (S.), episc., XXXII, 33.
Augustinus (S.), apost. Anglorum, CL, 743, CLV, 44.
Aunarius (S.), episc. LXXII, 769.
Aurea (S.), virgo., et martyr CXV, 815.
Aurelianus (S.), episc. LXVIII, 385.
Aurelianus (S.), Ravennatens. episc., CVI 567.
Aurelius (S.), episc., Carthag., XX, 1007.
Aurelius (S.), martyr, CXV, 777.
Autbertus (S.), Camerac., LXXX 513; CXL, 356.
Ausbertus (S.), episc., CXLI, 1163.
Ausonia (S), virgo et martyr, LXXI, 105.
Auspicius (S.), episc., Tullens., LXI, 1005.
Autbertus (S.), episc., LXXX, 573.
Avitus (S.), episc., LIX, 191.
Avitus (S.), presbyt., CXXLV, 164.
Aymardus (S.), abbas Cluniac., CLVII, 889.

B

Babylas martyr, LXIX, 295.
Bacchus (S.), martyr VII, 313.
Bandilius (S.), martyr, LXXI, 808.
Barbara (S.), virgo et martyr, LXXXVI, 1266.
Barbatianus (S.), presbyt., CXLIV, 896.
Barbatianus (S.), confessor, CVI, 769.
Barlaam (S.), abb., LXXIII, 433.
Barnabas (S.), apostol., CXLV, 945.
Barnardus (S.), episc., Vienn., CXXXIII, 449.
Baro (S.), martyr., CI, 756.
Bartholomæus (S.), apostolus, LXXXI, 734.
Basilides (S.), martyr LXXXVI, 1331.
Basilissa (S.), martyr, LXXXVI, 1031.
Basilius (S.), archepisc., Cæsariens, LXXIII, 293.
Basilius (S.), Ancyrens, martyr, LXIX, 285.
Basolus, (S.), Confessor, CXXXVII, 644.
Bassus (S.), martyr, LI, 35.
Bathildis (S.), regina, LXXXVII, 667.
Beatrix (S.), virgo et martyr, LXXII, 629.
Beatus (S.), presbyt., XCVI, 847, 887.
Beda (Vener.), XCV, 9.
Benedicta (S.), martyr, LXXII 627.
Benedictus (S.), Cassin. intitutor, LXVI, 125.
Benedictus (S.), Anianens. abb., CIII, 351.
Benedictus (S.), II, papa, XCVI, 421.
Benedictus (S.), III, papa, XCV, 863.
Benedictus (S.), episc., XCIV, 713.
Benedictus (S.), Clusiens CL, 1463.
Benedictus (vener). CL, 1449.
Benedictus (S.), martyr, CXXVIII, 1517.
Benedictus (S), martyr, CXXIV, 642.
Benignus (S.), episc., LXXI 753.
Benildis (S.), episc., et martyr, CXV, 805.
Benjamin (S.), Persicus martyr, LXIX, 361.
Bercharius (S.), abb., CXXXVII, 667.
Berlendis (S.), martyr, CXXXIX, 1103.
Bernard (S.), Clarævall, CLXXXV, 225 *seq.*
Bernard (S.), a Tironio CLXXII, 1367.
Bernwardus (S.), episc., CXL, 386.
Bertarius (S.), Cassinens,, CXXVI, 975.
Berthramnus (S.), LXXX, 385.
Bertinus (S.), abbas, CXLVII, 1084.
Bertulfus (S.), abbas, LXXXVII, 1067.
Berwaldus (S.), episc., CXLIX, 387.
Bibianus (S.), episc., LXXI, 870.
Biblis (S.), martyr., LXXI 779.
Blaitmaicus (S.), CXIV, 1043.
Blandina (S.), virgo et martyr, L, 859.
Blasius (S.), episc., et martyr, CLXXIV, 719
Bonifacius (S.), episc. et martyr, LXXXIX, 599, 634.

Bonifacius (S.), I, papa, XX, 745.
Bonifacius (S.), V, papa, LXXX, 429.
Braulio (S.), episc., LXXX, 609.
Bregwinus (S.), CLIX, 753.
Briccius (S.), episc., CI, 762.
Brigida (S.), virgo, LXXII, 776.
Bruno (S.), Carthusian. institutor, CLII, 9.
Bruno (S.), Astens., abb., CLXIV, 9.
Bruno (S.), archiepisc. Colon., CXXXIV, 937.
Bruno (S.), Herbipol. episc., CXLII, 9.
Burgundofara (S.), virgo, LXXXVII, 1169.

C

Cæcilia (S.), virgo et martyr, VII, 250.
Cæsarius (S.), episc., Arelat., LXVII 907, 1001.
Cæsaraugustani (SS.), martyres, LXXX, 71.
Caledonius (S.), martyr, CXI, 672.
Calixtus (S.), papa et martyr, CXXVII, 1317.
Calixtus (S.), martyr, CXXIV, 573.
Calocerus (S.), episc. Raven., CVI, 485.
Calvus (S.), martyr, CLIV, 1233.
Candidus (S.), martyr, CXXIV, 493.
Canon (S.), et filii ejus, CX, 1146.
Cantianus (S.), martyr, XVII, 1127.
Cantinianus (S.), martyr, XVII, 1127.
Cantius (S.), martyr, XVII, 1127.
Caraunus (S.), martyr, CXLI, 349.
Carolus (B.), Bonus, comes Flandriæ, CLXVI, 873.
Carpophorus (S.), martyr, CXXXVII, 368.
Cassianus (S.), martyr, LXXI, 745.
Cassiodorus (Vener.), LIX, 438.
Cassius (S.), martyr, LXXI, 25.
Castorius (S.), martyr, CXXIV, 233.
Castus (S.), martyr, XXXIX, 1243.
Catharina (S.), virgo et martyr., LXXXV, 506.
Celerinus (S.), martyr, CXI, 672.
Celsus (S.), martyr, LXX, 748.
Chiricus (S.), martyr, LXXXVI, 1331.
Chounradus (S.) episc., CLXX, 481.
Christina (S.), virgo et martyr, CXLVII, 1269.
Christophorus (S.), martyr, CXV, 793.
Chromatius (S.), episc., XX, 247.
Exod. IV, 12. Ego ero in ore tuo, doceboque quid loquaris. II Reg. XXII, 19. Prævenit me in die afflictionis meæ, et factus est Dominus firmamentum meum. III Reg. VIII. 24. Ore locutus es, et manibus perfecisti. II Paralipomen. XXX, 9, Si vos reversi fueritis ad Dominum, pius et clemens est Deus vester, et non avertet faciem suam a vobis, si reversi fueritis ad eum. Judith XIII, 7, Confirma me, Domine, ut hoc quod credens per te posse fieri cogitavi perficiam. Job XLI. 2, Quis ante dedit mihi, ut reddam ei ? Omnia quæ in cœlo sunt, mea sunt. Psal. XII, 1, Usquequo, Domine, oblivisceris me in finem? Usquequo avertis faciem tuam a me? Psal. XVI, 5, Perfice gressus meos in semitis tuis. Psal, XX. 4, Prævenisti eum, Domine, in benedictionibus dulcedinis. Psal., XXII, 6, Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Psal. XXIV, 4, Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me; dirige me in voluntate tua et doce me, quia tu es Deus Salvator meus. Psal. XXVI, 9, Ne avertas faciem tuam a me; ne declines in ira a servo tuo. Adjutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me, Deus salutaris meus. Psal., XXIX, 8, Avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus. Psal, XLIII, 23, 24, Exsurge, quare obdormis, Domine? Exsurge, et ne repellas in finem; quare faciem tuam avertis, *roblivisceris* inopiæ nostræ et tribulationis nostræ. Psal. L, 17, Domine, labia mea aperies. Psal. LVII, 29. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Psal. LVIII, 11, Misericordia ejus præveniet me. Psal. LXVIII, 18. Et ne avertas faciem tuam a puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me. Psal. LXVI, 71, Dixi, nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ Excelsi. Psal. LXXXIV, 3, Converte nos, Deus, salutaris noster. Psal. LXXXVI, 15, Ut quid, Domine, repellis orationem meam; avertis faciem tuam a me? Psal. XCIII, 10, Qui docet hominem scientiam; beatus homo, quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum, Psal. CI, 3, Non avertas faciem tuam a me. Psal. CIII, 29, Avertente autem te faciem, turbabuntur. Psal. CXLII, 7, Misericordia ejus præveniet me. Psal. CXVIII, Benedictus es, Domine, doce me justificationes tuas; revela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua; bonitatem et disciplinam et scientiam doce me. Prov. VIII, 18, juxta LXX, Præparatur voluntas a Domino. Cant. I, 3, Trahe me post te. Sap. VII, 7, Invocavi, et venit in me spiritus sapientiæ; omnium enim Artifex docuit me sapientia. Isai. XXVI, 12, Omnia opera nostra operatus es nobis. Isai. XXVIII. 26, Deus docebit illum. Isai. XLII, 16, Adducam cæcos in viam quam nesciunt, et in semitis quas ignoraverunt ambulare eos faciam. Isai. XLVIII, 17. Ego Dominus Deus tuus docens te utilia. Isai. LIV, 12, Ponam universos filios tuos doctos a Domino. Isai. LXV, 1, Invenerunt me qui non quæsierunt, Jerem. XXXI, 3. In charitate perpetua dilexi; ideo attraxi te miserans, Jerem. XXXI, 18, 19, Converte me, et convertar; postquam enim convertisti me, egi pœnitentiam. Jerem, XXXVI, 27, Faciam ut in præceptis meis ambuletis et judicia mea custodiatis et operemini. Thren. III, 22, Misericordiæ Domini est quod non sumus consumpti. Thren. V, 21, Converte nos, Domine, ad te, et convertemur. Ezech. XXXVI, 26, Dabo vobis cor novum, et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum. Ezech. XXXVI. 32, Non propter vos ego faciam, sed propter nomen sanctum meum. II Machab. I, 4, Adaperiat Deus cor vestrum in lege sua et in præceptis suis, Matth. XIX, 26. Apud homines impossibile est, sed non apud Deum; omnia enim possibilia sunt apud Deum. Marc. X, 37, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Luc. VII, 10, Domine; adauge nobis fidem Luc. XVII, 10, Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite : Servi inutiles sumus, Luc. XVIII, 27, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Luc. XXII, 61, Conversus Dominus, rexpexit Petrum. Joan. I, 9, Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Joan. V, 30. Non possum a meipso facere quidquam. Joan, VI, 44, Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum. Joan. VI, 45, Est scriptum in prophetis : Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audivit a Patre et didicit venit ad me. Joan. XII. 32, Et si exaltatus fuero a terra, omnia trahaam ad me ipsum, Joan. XIV, 26, Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Joan. XVI, 13, Cum autem venerit Spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem. Act. XVI, 14, Cujus Dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur a Paulo. Rom. III, 8, Ex operibus legis non justificabitur omnis caro. Rom. III, 24, Justificati gratis per gratiam ipsius. Rom. IV, 2. Si Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Rom. IV, 6, Si autem gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non esset gratia. Rom. VIII. 25, Quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Dominum nostrum Jesum Christum. Rom. IX, 2, Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Rom. IX, 11-13, Ut secundum electionem propositum Dei maneret non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei : Quia major serviet minori. Rom. IX, 16, Non est volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. I Cor. XII, 6, Deus qui operatur omnia in omnibus. I Cor, XIV, 7, Quis enim discernit? quid enim habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? II Cor. III, 5, Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. II Cor. XII, 9, 10, Sufficit tibi gratia mea; cum enim infirmor, tunc potens sum. Gal. VI, 3, Si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Ephes. II, 8-10, Gratia estis salvati per fidem; Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis glorietur. Philipp. II, 13, Deus enim est qui operantur in nobis et velle et perficere pro bona voluntate. II Timoth. I. 9, Liberavit et vocavit nos Deus vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum et gratiam quæ data est nobis in Christo Jesu. Tit. III, 5, Non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam Deus salvos nos fecit

Hebr. x, 14, Una oblatione consummavit in æternum sanctificatos. Hebr. xii, 2, Aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Jesum. Hebr. xxi, 15, Contemplantes ne quid desit gratiæ Dei. Jacob. i, 17, Omne donum perfectum desursum est descendens a Patre luminum. Jacob, i, 18, Voluntarie genuit nos verbo veritatis. I Petr. i, 3, Secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam. I Joan. iv. 10, Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos.

Sententiæ divinæ gratiæ ex Patribus collectæ.

Istæ sententiæ magna ex parte deducuntur, verbum ad verbum, e scriptis Patrum; suntque propositiones capitales et velut cardines et axiomata quibus fundatur dogma catholicum catholicæ fidei circa divinam gratiam.. Quosdam tantum Patres seligimus, qui specialiter præsentem quæstionem velut ex professo tractarunt.

ADAMUS. Præmonstratens. canonic.

CXCVIII, 103. Gratia eadem Salvatoris angelum conservavit quæ lapsum hominis erexit. 116, Gratia est tum præservatio a peccatis, tum illorum remissio. 171, Gratitudo pro acceptis, nova beneficia advocat. 213, 214, Anima absente gratia turbatur, et præsente quiescit. 227, 331, Gratiæ Dei omne bonum tribuendum. 248, Gratiæ quatuor insignia designata per quatuor capita fluvii paradisi. 250, Gratia semen est gloriæ. 251, 351, Gratia intellectum et voluntatem perficit. 252, Gratia Salvatoris omnibus apparet; solos electos erudit ad salvationem. 245, 264, Gratia creatrix est Patris, salvatrix Filii, confirmatrix Spiritus sancti; et gratia gloriæ totius est sanctæ Trinitatis, 256, Gratiæ specialis opus est emendatio vitæ. 355, 426, Gratiarum diversarum diversis distributio quam sit dispensatoria.

S. AMBROSIUS, Mediolanens, archiepiscopus.

XIV, 88, Operatio divina sacrilegis pectoribus potest studia pietatis infundere. 329, 333, 346. Christi manifeste in omnes prædicatur misericordia, eo quod qui pereunt, sua pereunt negligentia; qui autem salvantur, Christi sententia salvantur. 666, 972, Nostræ non est potestatis iter nostrum ex voluntate dirigere. 1033, Gratia Dei beatiores nos facit quam nostra innocentia. 1036, Non suæ virtutis homo putet esse, sed gratiæ cœlestis, si non deseratur a Christo. 1088, Deus sine labore nostro, non ex operibus, sed ex fide per gratiam suam nobis peccata donavit. 1111, Ubi gratia, non utique merito operum, nec justificatione virtutum, sed liberalitate donantis et electione redimentis salvamur. 1115, 1126, 1138, Ad gratiam Christi vocatur omnis anima.

XV, 1207, Nullus perfectus esse potest et sanctus sine favore Dei. 1213, Lucet Deus super justos per gratiam, super injustos per misericordiam, illis mercedem meritorum tribuens, istis peccata dimittens. 1214, 1419, Omnis creatura quæcunque habet bona accepit a Christo. 1491, qui suo peccato pereunt, misericordia Domini liberantur. 1547, Cum Deus glorificatur a sancto, gratia est. 1559, Cui adest gratiæ Spiritus, nihil deest, 1559. Nescit tarda molimina sancti Spiritus gratia. 1604, Ubique Domini virtus studiis cooperatur humanis, ut nemo possit quidquam incipere nisi a Domino. 1603, Habemus adversarium magnum qui vinci a nobis non potest sine Dei favore. 1687, 1755, Dominus studia exigit, vires ministrat; gratia pro meritis nostris diversa, sed eadem divini operis misericordia. 1706, Deus quos dignatur vocat, et quem vult religiosum facit. 1708, Deus quos misereatur, etiam imprudentes advocat.

XVI, 70, 349, Gratia non ex merito mercedis, sed ex Dei voluntate defertur, 507, 508, 406, Majoris virtutis est gratia quam natura. 733, Gratia esse non potest sine Spiritu, cum omnis gratia divina sit in Spiritu sancto. 915, 1114. Deo convenit ut quos invitaverit per gratiam, eosdem gratiæ incrementis provehat. 1264, Servi sumus Creatoris nostri, sed libertatem habemus quam per gratiam Christi accepimus.

XVII, 97, Gratia confert vitam per Christum. 107, Acquiritur Deo qui in gratia ejus manet. 116, Gratia reparat hominem ad pristinum innocentiæ statum. 290, 805, Hominum talis est natura ut nihil boni a se habere possint, nisi ab eo accipiant qui est summe bonus. 371, Omni donum gratiæ Dei in Christo est. Gratia donum Dei est, et non debita merces operibus, sed gratuita ratione, misericordia interveniente concessa. 383. Unicuique Deus gratiam tribuit, ut tantum hauriat quantum sitit. 512. Spiritus Dei sua gratia replet, quos vult, quantos et quantum vult. 848, Quidquid boni fideles faciunt, operante Deo faciunt.

ANSELMUS (S.), Cantuariens. archiepisc.

CLVIII, 227, Sine Deo nihil valemus, et Deum quærere non possumus nisi ipse doceat, nec invenire nisi se ipsum ostendat. 374. Dando voluntatem Deus trahit nos. 593, Nullus vitam perpetuam consequi valet nisi per gratiam. 674. Libero arbitrio vim gratia non infert. 740, Ut a malis abstineamus et bona faciamus, hoc nostra virtute sine Dei adjutorio facere non possumus. 744. Nihil possumus acceptum offerre coram Deo et gratum nisi de fonte bonitatis suæ illud præhauserimus, et hoc utique ipso illuminante et docente. 800, Bona nostra, munera Dei, sunt. 800, 871, Nec Deo servire, nec placere possumus, nisi de suo munere. 864, Homo per se non potest Deum sibi placare. 866, A Deo est omnis bonus. 668, Deus dat quod nos facit velle.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. episc. Eccl. doct.

XXXII, 596, Nisi gratia Dei liberetur voluntas a servitute peccati, recte pieque vivi a mortalibus non potest. 597, Gratia est et vocatur gratia quia gratis datur. 681, Gratiæ deputandum quidquid boni nos fecimus. 781, Gratia potens est omnis infirmus, et per ipsam fit conscius infirmitatis.

XXXIII. 354. Gratia quanto magis minusve adjuvatur homo, tanto magis minusve potest ea quæ ad vitam conducunt exsequi. 354, 369, 393, Cur ille sic, ille non sic adjuvetur, vel etiam non adjuvetur, nescitur; sed tamen id scitur a Deo fieri summa notaque æquitate. 575, 576, A Deo est ut eum sciamus et eum diligamus 566, 633. Vetera sacrificia gratiam significabant, non efficiebant; præcepta legis impleri non possunt, nisi per gratiam. 776. Per gratiam liberantur quicunque liberantur. 782. Gratia salvi fiunt cujusque legis prævaricatores; nec David ipse surrexisset a peccato nisi gratia eum relevasset. 782. Necesse est ut, quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante, vincamur. 785, Gratia divina privatus necesse est diaboli laqueis irretitus occumbat. 818, Cogitationes bonæ nonnisi ex gratia, 819. 821, Gratia non invenit eligendos, sed facit. 829, Gratia non datur ad faciendum ex abundanti et tantum ad facilius. 830, Salutem sine gratia non poterat custodire natura, etiam integra. 831, Gratia sanantur infirmi, excitantur pigri, volentes juvantur. 849. 851, Sine gratia voluntas bona esse non potest. 880, Omne bonum meritum nostrum non in nobis facit nisi gratia 882, Neminem Deus liberat, nisi gratuita misericordia. 887, Electio gratiæ non fit ullis præ edentibus meritis, vel parentum vel parvulorum nec ex prævisione operum. 969, Sine gratia vel cogitare vel agere aliquid secundum Deum nulla ratione possumus. 969, Si non est gratia Dei, quomodo Christus salvat mundum ? 974, Gratia Dei nihil nobis hic confert utilius, nisi ut moriamur peccato. 984, Quibus gratia non datur, justo Dei judicio non datur. 984. Gratia non secundum merita operum, nec juxta voluntatem datur. 985, Quomodo intelligendum quod Deus velit omnes homines salvos fieri. 987, Per occultam gratiæ inspirationem præparatur voluntas a Domino.

XXXIV. 382, Homo non potest aliquid bene agere tanquam ex seipso. 406, Causa gratiæ per quam salvi fiunt peccatores in Deo est abscondita. 406, Natura non per semetipsam instauratur, sed per Dei gratiam. 412. Per gratiam Dei homo creatur de novo. 431, Homo non bene vixisset, nisi per gratiam Dei. 598, Gratiam Dei ut præcedat voluntas accipiendi et jubet et facit Deus, 712. Gratia non pendet a visibilibus sacramentis. 737. Gratia est aqua qua interior sitis irrigatur.

XXXV, 1400, Gratia prima quam peccator accipit, quænam, 1842, Gratia a Christo ut Deus et homo est. 1843, Gratia prævenit nos. 1850, A Deo quidquid boni est donatur. 1850. Gratia a Deo donatur ut sciatur a quo bonum omne donetur. 1851, Gratia jam non est gratia, si præcessisse contendimus merita. 1915. Sanctificati indigent auxilio Dei ut fiant sanctiores. 2065. Sola gratia aufert peccatum. 2068, Gratia efficit ut non tantum velimus recta facere, sed etiam possimus. 268, Gratia quomodo abundavit.

XXXVII, 1063, Gratia Dei facit homini gradus quibus ascendat ad beatitudinem 1116. Gratia Dei nimis occulta. est qua hominum mentes reviviscunt, ut possint præcepta sanitatis audire. 1117, Auditis divinis testimoniis hi non convertuntur ad fidem, in quibus occulta gratia non operatur ut credant 1204, Disciplina Christiana hæc est ut quod quis facit male, sibi; quod bene, Deo tribuat, neque super eum qui bene non facit sese extollat, 1224, A te deficere potes, tu te ipsum reficere non potes. 1579, Gratia Dei id agit ut dilectione impleantur mandata Dei, quæ timore non poterant. 1632, 1717. Nemo præsumat ibus suis se reddere quod voverit; qui te hortatur ut oveas, ipse te adjuvat ut reddas. 1851, Ut sis Deus ope-

rans est, ut bonus sis et si bonus es, ipse operatur. 1852. Sitire possum, me irrigare non possum. 1890, Deus opus suum non deserit, si ab opere suo non deseratur.

XXXVIII, 151, Bona voluntas Dei præcedit bonam voluntatem nostram. 108, Non potuisti in te, nisi perdere te; nec scis invenire te, nisi ille qui fecit te, quærat te, 179, 181, Gratiæ munera ex profundo Dei judicio dantur. 190, Gratia necessaria ad superandas tentationes. 200, Ipse Deus dat vires ut quod jubet impleri possit. 355, Gratia necessaria ad explicanda fidei mysteria. 480, 481, 679, Homo si vult aliquid esse boni de proprio non erit, 691, Gratia homines filios Dei facit. 730, 750, Ambulans in via justa, si id sibi tribuat, perit de via justa. 830, 843 Gratia delevit omnia peccata, et ad non peccandum voluntati nostræ conanti adjutorium administravit, 855, Gratia Dei nisi regat, cadis; nisi illa erigat, jaces. 856. Gratia non tantum ut facilius, sed omnino ut facere possis necessaria. 871, 872, A Deo habet homo et quod homo est et quod justus est. 905, Gratia cur alii datur, alii non datur. 921. Justitia vera nobis non est nisi ex gratia. 921. 923. Qui fecit te sine te, non te justificat sine te. 952, 953, Deo debemus quod homines sumus, quod recte intelleximus, et quod bene viximus.

XL, 111, 115, Gratia merita præcedit.225, 271, Contra peccatum pugnantes vincimur, nisi divinitus adjuvemur, ut non solum videamus quid faciendum sit, sed etiam delectatio justitiæ vincat in nobis aliarum rerum delectationes, 275, 276, Ut nemo damnatur, nisi per debitum judicium, sic nemo liberatur nisi per indebitam misericordiam. 277, 278, Deus malas hominum voluntates quas voluerit potest in bonum convertere. 282, Nisi gratis est, gratia non est. Gratiæ auxilium necessarium in utroque statu hominis, sed magis in præsenti. 288, Gratia Christi nec ante ejus adventum defuit quibus eam impertiri oportuit 421, Gratia adjuvantis necessaria est ut impleatur præceptum jubentis. 621, Gratia cum adjuvat justum, videtur meritis reddi, sed non desinit esse gratia, quia id adjuvat quod ipsa est largita.

XLI, 376, 443, Gratiæ dispensatio multum occulta, sed tamen justa 528, Gratia figurata et explicata per matrem Samuelis. 729, Omne opus gratiæ pertinet ad futuram sæculi novitatem.

XLIV, 116, Gratia necessaria est ut anima ad Deum redeat; regnum mortis sola in quolibet homine destruit gratia Salvatoris. 123 Gratia Dei gratuita, nullis præcedentibus meritis, non iniqua. 133, 153, Homo indiget ope Dei ad non peccandum et ad juste agendum. 154, Gratiæ Dei conatus voluntatis nostræ adjungendus. 170, Gratia aliis ex misericordia datur, aliis ex veritate non datur 212, Gratia quæ nos adjuvat, sine nostra est voluntate. 221, Gratia data est ut lex impleretur. 226 Non forinsecus adjuvat Deus, sed intrinsecus. 241. Cur illi ita suadetur ut persuadeatur, alii non ita. 259, Ad peccandum nobis ipsi sufficimus; ad justitiam vero ut redeamus non item 261, Etiam perfectissime justificatus indiget auxilio gratiæ ut recte vivat. 277. Deus, cum gratiam homini facit per misericordiam facit; cum autem non facit, per judicium facit. 338. Gratia non secundum merita datur, ad singulos actus datur, nec est in libero hominis arbitrio, nec in lege, nec in doctrina. 340, Gratia gratis datur et indignis datur. 341. Ut corona digno redderetur gratia data est indigno. 370, Necessaria est gratia ut homo aliquid boni faciat. 372, Sine Dei adjutorio ad Deum nemo pervenire potest. 372, Gratia cor nostrum quo voluerit inclinat. 377, 633, Fides et oratio sunt dona gratiæ 620, Meritis malis redduntur munera bona. 693, De Dei misericordia, non de virtute sua homo præsumere debet. 917, Gratiam desiderare initium gratiæ est. 889, Sine gratia cadit homo, præcipitatus libero arbitrio. 897, Gratia facit ut lex impleatur et natura liberetur, ne peccatum dominetur. 939, Ideo possunt homines quia sic volunt, et ideo sic volunt quia sic Deus operatur gratia sua ut velint. 940, Adjutorio gratiæ donante fit ut invictissime quod bonum est homines velint, et hoc desererе invictissime nolint. 114, Nos volumus, sed Deus operatur in nobis et velle; operamur, sed Deus operatur in nobis et operari; homo velle bonum non potest, nisi adjuvetur ab eo qui malum non potest velle.

XLV, 1000, Cum de gratia agitur, totum Deo tribuendum. 1001, Ad solam nunc Dei gratiam pertinet, ut ad Deum accedamus et ab eo non recedamus. 1002, Non injustus Deus qui non omnibus et uni potius quam alteri ponat gratiam 1003, Gratia gratis datur. 1009, Gratia secundum placitum voluntatis Dei datur. 1012, Gratia et inchoandi et usque in finem perseverandi non datur secundum merita. 1131, Gratia prævenit ut Deum diligamus. 1131. Gratia præcedit opera bona. 1131, Gratia *non debita, sed gratuita,* 1135, Ut faciat homo, Deus facit prior. 1520, Velle justitiam nemo potest, nisi ex gratia.

BEDA (VENERABILIS).

XCI, 116. Qui divinæ protectionis dono adjuti, nec correptionibus, nec donis a sua iniquitate nolunt corrigi, merito damnantur. 395, Gratia Evangelii ad omnes per orbem nationes perventura. 399, Nec initium bonæ actionis aut aliquid cogitationis nisi a Domino habere possumus. 407, Auxilium recte vivendi a divina propitiatione quærere instituendum. 782, Gratia septenario Spiritus sancti numero solet assignari. 825, Post inchoata præsidia operum bonorum, majore gratia illuminamur, 845, Gratia electos ab omnibus malis eruens, ad promissa superni regni gaudia inducit. 922, Gratia ex longo sanctæ conversationis profectu hominem ducit ad perfectionem et pacem mentis. 975, Qui bonus est non confidit cogitationibus suis, sed Domini gratiam quærit, et per illam accipit ut pie vivere possit. 986, Nec animum præparare nec linguam gubernare, nec aliquid boni facere absque divina gratia valemus. 1029, Gratia sibi congregat ex incredulis et scelestis Ecclesiam electorum 1068, In gratia est quod homo habeat bonorum operum nec initium nec perfectionem. 1087, Currere vel cursum consummare sine gratia non valemus. 1091, Auxilium Redemptoris necesse est eo instantius quo major adversitas pravorum tentat fidem electorum. 1108, Per auxilium gratiæ, Christus manet cum omnibus sanctis.

BERNARDUS (S.). Claræ-vallens, abb.

CLXXXII, 132. Gratiam Deus subtrahit ingratis et de se præsumentibus. 572, Gratia ut gratia est habenda. 578, Gratia Dei humilitati datur, in fide suscipitur, in timore custoditur. 1001, Gratia nos prævenit, provehit et perficit. 1001, Ex gratia merita hominis et salutis nostræ opera. 1012, Gratia dat sapere et posse.

CLXXXIII, 286, Gratia gratis datur: etiam cum emitur. gratis emitur, quia quod datur pro ea, nobis melius retinetur. 344, Gratia promerendi habet odium præteritorum malorum, contemptum præsentium bonorum et desiderium futurorum. 366, Gratia Dei omnibus oblata. 397, Gratiæ nos reddit capaces humilitas. 552, Gratiæ soli ascribendum prædestinationis initium et finis. 583, Gratia non tam nobis deest, quam nos ipsi. 696, Gratia est ad bonum inchoandum et perficiendum. 840, Jus nostrum ad gratiam, est voluntas Dei. 1137, Gratia quædam aliis datur, aliis non. 1185, Voluntas ad Deum redeundi provenit a gratia. 1190, Gratia dat vires ad resistendum. 169, Gratiarum cessat decursus, si non fuerit recursus. 510, Nullum præsentiæ Dei certius testimonium quam desiderium gratiæ amplioris. 834, Gratiæ semper Deo agendæ pro beneficiis. 871, Gratiæ præsenti nunquam sit homo securus. 949, Gratiæ cooperandum. 1106, Gratia neglecta redundat in contemptum donantis. 1143, Gratiam perdit qui eam sibi tribuit. 1177, Gratiæ promerendæ, retinendæ et recipiendæ nihil efficacius quam non in altum sapere.

CLXXXIV, 41, Visio Dei per gratiam, seu divinæ dulcedinis experientiam. 46, Gratiæ plenitudo in Christo. 175, Bona nostra gratiosa sunt, cum gratiæ Christi deputantur. 173, Gratia quam suavis. 174, Gratia merita prævenit, comitatur et accumulat. 195, Gratia industriæ et industria gratiæ vicariam opem sibi conferunt. 226, Gratiæ variæ pro varietate attributorum. 226, Gratiam comparat humanitas Christi, divinitas confert. 293, Gratiæ vocanti non obsistendum.

CLXXXV, 42, Prærogativa temporis gratiæ. 127, Gratia non minuitur usu, sed augetur. 156, Gratiæ Spiritus sancti larga effusio. 158, Gratia non admittit fastidientes, esurientes implet.

BRUNO (S.), Astens abb.

CLXIV, 129, Dei misericordia erga pœnitentes. 262, Spiritus sancti gratia lumen ac præsidium nobis præstat, neminemque deserit, nisi prius deseratur. 272. Sancti quidquid sancte agunt, divinæ gratiæ virtute operantur. 300, Sanctorum dies impleri dicuntur, cum per gratiam, qua ante sæcula prædestinati sunt ad gloriam vivent in æternum. 373, Electio ad gloriam in Dei misericordia et voluntate tota est. 473, Quidquid boni agimus a Dei gratia accepimus, eique reddere debemus. 476, Bona opera nostra non nostræ potestatis sunt, sed proveniunt ab ejus spiritu afflante et adjuvante. 627, 664, Dei est cor nostrum emollire et ab bene agendum inclinare, 677, Quamvis prædicatores Verbi Dei retia tendant, ipse tamen interius corda convertit. 792, Gratia Dei nullis præcedentibus meritis datur; quare omnis virtus constantia et fortitudo sanctorum non ipsorum, sed Dei est. 817. Sola Dei misericordia ad cœlos sanctos introduxit, 941, Gratia Dei non est concta, sed voluntaria, quia et sponte datur et

e suscipitur. 961, Sine Dei adjutorio nihil facere
mus.
SSIANUS JOANNES, presbyt. Massiliens.
IX, 273, Gratiæ Dei necessitas ad castitatem ser-
ım et ad perfectionem consequendam. 440, Salvati
s Dei gratia, 452, Gratiæ divinæ quatuor subsidia.
ratiæ et liberi arbitrii concordia. 932, Gratia non
ex meritis. 939, Gratia fungitur vice nutricis et
ricis.
SSIODORUS, Vivariens. abb.
X, 39, Sine Christo nullum bonum vel incipere vel
re homo prævalet. 58, Meritum omne præcedit
o Domini. 94, Nihil probi habet homo, nisi quod
mino acceperit. 130, Deus gratis vocat universos.
ullus suis meritis ad gratiam Domini venit. 178,
cordia Domini nos præcedit et subsequitur. 191.
nis meritis nihil applicandum. 396, Gratiæ opus
ccatoris conversio 413, Nemo de se ad aliqua Dei
a potest pervenire. 444, Deus gratis nos elegit.
Bona Dei nos præveniunt. 489, Gratia Dei conce-
quod in voluntate monstratur. 503, Homo per gra-
reparatur, qui fuerat per justitiam jure damnatus.
ratia Christi nos præparat, nos adjuvat, corro-
et coronat. 605, Gratia omnibus gratis datur. 625,
ii gratia cuncta prævenit. 710, Gratia est princi-
bonæ vitæ sine qua male vivitur. 767, Quidquid
ois est laudabile divinæ constat esse clementiæ. 827,
per se bonus, homines per ejus gratiam. 840, In
bono, gratia Dei prævenimur. 1077, Nemo suis
s, sed sola gratia Dei salvari potest.
RIANUS (S.), Carthaginens, episc.
1149, Cœlestis gratia est sine acceptione personæ,
219, Gratia gratuitum de Deo munus et facile. 390,
itas donum Dei. 418, Deus remunerat in nobis
uid ipse præstitit. 774, Tantum quisque tentatur,
ım potest sustinere. 475, Deus sua dignatione
s facit, 524, Gratiæ spiritalis origo. 674, Vinci non
virtus ad bonum prompta. 775, Gratia gratuita.
JTHMARUS, Christian.
, 1290, Qui bona opera prædicat, parat viam ut
atiæ cor audientium penetret et lumine veritatis
st. 1313, Nullus justitiam facit nisi ex dono Dei,
quid boni est, Dei est. 1349, Per fistulam cordis
ıditur, et Spiritus, fons bonitatis dat incrementum
aciam locutionis. 1436, Deus omnibus bona tribuit,
nalum. 1466, In quinque talentis diversæ gratiæ
endæ sunt. 1466, Nullus se potest excusare de
atia, quia repleta est terra scientia Domini. 1512,
er bonus nullus est absque Deo. 1515, Eos qui
habent intentionem, Dominus et approbat et ad-

JSTUS (S.), Regiens. episc.
II, 784, De modo necessitatem gratiæ intelligendi.
Nec per solam gratiam sine ullo hominis labore
obtineri potest. 791, Legis opera simul et gratiæ
endatur. 792, Solutiones ad objecta de gratia Dei
ratia Dei et voluntas humana testimoniorum as-
ne sociantur. 829, Nec gentes gratia destitutæ relictæ

GENTIUS (S.), Ruspens. episc.
V, 153, Nisi qui de cœlo descendit et se ad satian-
urientes dedit nobis donet esuriem, non possumus
em panem esurire. 153, Deus nullatenus invenitur
se nobis excitet ut quæratur. 158, Ex gratia est
olum vita bona quæ datur justificatis, sed et vita
a quæ datur glorificatis. 158, Omne opus quod a
in Deo fit, Deus in nobis facit. 159. Gratia præ-
impium ut justus fiat, prævenit elisum ut surgat,
uitur justum ne fiat impius, subsequitur elevatum
fiat 162, Totum Deo tribuendum est etiam quod
ım esse dicimus. 163, Vocatio, justificatio et glori-
ab uno Deo. 163, Dei gratiæ operis est omne bo-
quod operantur homines. 322, Firmiter tenendum
o facultatem inesse posse bonæ voluntatis aut operis
id Deus gratuitæ miserationis munere contulerit.
Adjutorio Dei desistente, non possumus aliquid
velle seu facere. 340, Solus Deus potest in acci-
quod dederit custodire. 340, Non potest quisquam
ıum, sive ad cogitandum, sive ad operandum quod-
ie bonum idoneus esse, nisi fuerit gratuitæ divinæ
tionis munere adjutus. 350, Gratiam nemo potest
re nisi velit, sed nisi in eo Deus ipsam voluntatem
tur, velle nullatenus poterit. 350, Perseverantia in
et incrementum opus est gratiæ. 351. Cursus quo
aus ad Deum, viribus nostris non potest assignari,
Bonam voluntatem hominis non exspectat Deus, sed
pse tribuit. 449. Gratia Dei liberum arbitrium non
tur, sed liberatur. 452, Gratia gratis sic datur in-
dignis ut ipsa et exordium et profectum bonæ voluntatis operetur. 620. Deus in nobis operatur ut velimus et ut faciamus. 627, Gratia Dei est quibus vult et quantum vult immerentibus hominibus largiri. 639, 688, Deus in hac vita per misericordiam gratis justificando prævenit quos in altera vita per justitiam glorificare disponit. 639. Gratia inchoat in homine bonam voluntatem. 640, Laborem suum debet quisque gratiæ deputare, non sibi. 642, Sicut omnia bona nonnisi Deo largiente accipimus, omnia quæ accipimus, non nisi Deo custodiente servamus.
GODEFRIDUS, Venerab, Admontens. abb.
CLXXIV, 27. Gratia nos constituit habitaculum Dei. 38, Plenitudo gratiæ in redemptione super homines effusa est, 57, Gratia Dei contra tentationes nos roborat. 94, Gratia in nobis crescit, 98, 531, Sine gratia nulla dulcedo interna, 157, Sine gratia nullum est meritum. 144, Gratia in cognitionem Dei nos adducit. 150, Gratiæ cooperandum. 184, 186, Sine gratia nulla est compunctio. 532, Sine gratia nulla intelligentia Scripturarum. 635, Gratia nos illuminat ut relicto sæculo de virtute ad virtutem eamus. 685. Omne supernaturale gratia operetur in nobis. 691, Vitiosas inclinationes gratia frangit. 730, Gratia nos visitat diversis modis et temporibus, 783, Sustinet nos in prosperis et adversis. 789. Cor durum Deus commutat in hortum 936, 1154, Gratia adest in tentationibus.
GREGORIUS MAGNUS (S), pap.
LXXV, 818, Gratia Christi non hunc liberat per mortem, quem non reformat. 902. Deus non deserit tendentem ad justitiam, qui sua gratia prævenit peccantem. 907, Nisi Deus misericordiam subroget, servari non valet vita quam præbet. 957, Non potest converti mens quam Deus culpa exigente deseruit. 965, Gratiæ gratis datæ mœnia sunt, non munitiones mentis. 977, Afflante gratia cor terrena sapiens subvertitur et mutatur. 977. Subtracta gratia cor arescit 987, Adeptus munditiam non sibi tribuat, sed ei qui solus mundus est.
LXXVI, 73, Ex aspiratione gratiæ et libero arbitrio sequitur actio meritoria. 74, Debilis est omnis hominis virtus sine Dei auxilio. 131, In bonis operibus Deus nos prævenit. 140, Deus non pro merito nostro sua visitatione nos illustrat 149, Deus solus mentes gratia excitare potest. 258, Gratia non datur pro meritis. 364, A Deo est gratia et recte intelligendi et recte intellecta operandi. 423, Mirabiliter sanat Deus quia silenter et occulta vi. 470, Gratia nos facit bene operari. 503, Solus Deus corda per gratiam operit. 525, Non equidem Deus nos deserit dum respuitur a nobis. 647, Ut bene operemur a Deo est. 698, Nullus primam gratiam meretur, 869, Divinæ gratiæ necessitas ut bonum et velimus et perficiamus. 869, Gratia prævenit aspirando, et adjuvando subsequitur. 869, Quos Deus terrendos dejiceret, erectos gratia confirmat. 904, Ad bona assurgere perfecte non valemus nisi Spiritus sanctus et prævenlendo elevet, et subsequendo confortet. 939, Gratia non deserit justum in tentatione. 998, Gratia Dei gratuita.
LXXIX, 50, Gratia necessaria ut vir summa diligat et ima contemnat. 69, Gratia recte dicitur Spiritus sancti robur. 88, Sine Dei auxilio stare non possumus. 90, Deus aliquando se subtrahit ut quam infirmi sumus eo absente experiamur. 107, In ædificatione domus Domini vires humanæ deficiunt, si non divinitus adjuvantur. 212, Quidquid a nobis geritur, boni, divinæ gratiæ ascribeno dum. 298, Effectus gratiæ est immutatio cordis. 486, Qus propius ad gratiam accedimus, plus nos esse peccatoreagnoscimus.
GUIBERTUS, abb, de Novigento.
CLVI, 27, Gratia Dei in convertendis hominibus, quæ, 34, Gratia privatus homo velut bestia, 39, Gratiæ effectus, 34, Gratiæ prævenientis et concomitantis effectus seu efficacia. 98. Gratiæ subtractio utilis ad humilitatem. 539, Gratiæ pro mensura fidei donantur. 548, Gratia præveniens ex libero arbitrio constat. 615, 617. Gratiam Deus gratuito impendit, 650. Gratia pro remissione peccatorum. 756, A massa perditorum quosdam discernit Christus. 883, Cujus vult Deus miseretur et quem vult indurat. 1049, Gratiæ exspectativæ initium.
HAYMO, Halberstatens. episc.
CXVII, 847, Gratiam aspirantem Deus non dat nisi per Christum. 509, Homo per suas vires non potest tentationibus resistere, sed a Deo liberari potest. 310. Securitas non ponenda est in homine, sed in Deo. 520, Dei solius opere innocentes esse possumus. 574, Oratio quæ cum Christo fit, ad salutem est; quæ sine Christo est ad damnationem. 619, Nec bene velle possumus, nisi gratia Dei illuminemur.
HIERONYMUS (S.), presbyt.
XXII, 654, Multiplicatio gratiæ promittitur et a nobis

paucitas affirmatur. 942, Sola gratia Christi credentes justificantur et salvi fiunt. 1033, Velle et currere non possumus sine Dei auxilio. 1040, Infirmitas nostra gratia roboratur. 1117, Gratia non est retributio operum, sed donantis est largitas, 1154, Non sufficit quod semel donavit Deus, nisi semper dederit.

XXIII, 50, Ut voluntas et cursus hominum compleantur, ad gratiam Dei pertinet. 499, In operibus nostris quid tribuitur gratiæ Dei, et quid libero hominis arbitrio. 541, Non nostræ solum est potestatis facere quod volumus, sed Dei clementiæ. 579, Ubi est gratia, ibi cessat liberum arbitrium.

XXIV, Gratia Evangelii necessaria. 806, Gratia et non meritum pauperem liberat. 832, Non solum opera, sed et voluntas nostra utitur auxilio Dei. 834, Semper egemus auxilio Dei. 844, Quidquid boni volumus et explemus, ad gratiam Dei referamus. 849. Omnia per gratiam generi humano sunt tradita. 890, Gratia non possidentis, sed in arbitrio donantis est. 976, Gratiæ diversæ in his qui spiritu timoris, et in his qui perfectam habent dilectionem.

XXV, 1265, Ex gratia et non ex merito plena perfectio. 1397, Nihil potest anima sine gratia Christi.

XXVI, 583, Gratia reconciliamur. 618, Gratia commendatur.

HILARIUS (S.), Pictaviens. episc.

IX, 48, Dei est dare ut Scripturas intelligamus, et intellectas aptis verbis explicemus. 320, Si quid boni in nobis est, ex Deo est. 338, Munera gratiæ Dei sunt justificationes divinæ. 348, Munus gratiæ Dei est scientia cœlestis. 399, Gratiæ Dei, non suis meritis, confidendum. 409, Gratia Dei ad vincendas tentationes necessaria. 430, Deus uniuscujusque auxilio pro meritorum diversitate aut deest aut adest. 431, Constantia et perseverantia apostolorum et martyrum in confessione fidei, sunt Dei dona. 470, Voluntas nostra per se bonum perficere non potest quod novit. 509, Gratia necessaria est ad custodiendas justificationes et ad tenendam rectam fidem. 510, Semper orandum est ut Deus nobis mandata servare volentibus foveat. 538, Gratiæ Dei quomodo cooperari debeamus. 538, De exordio nostro munus Dei est. 538, Omnia dona Dei sunt, non eo sensu quod ignorantia humana careat culpa quoties nescit 544, Omnia a bonitate Dei in nobis inchoantur, 559, Deus sua dona justis et injustis largitur. 569, Humana infirmitas sine gratia Dei impar est tolerantiæ passionum. 569, Gratia et misericordia Dei egemus ad vitam æternam consequendam. 575, Ad uti Dei gratia immoramur in fide, in timore Dei et spe. 598, Dei proprium donum est ut quis in Dei rebus atque operibus versetur. 609, Naturæ hominis officium tantum est aggregare se in familiam, et velit et cœperit. 610, Dei ope eget homo ut bonum perficiat. 628, Salus ex Dei misericordia est exspectanda. 675, Nullus homini relictus est gloriandi locus, cum omnia ex Deo sint et in omnibus sit misericordia. 685, Munus gratiæ Dei est intelligentia, scientia humana et intellectus Scripturarum. 688, Impar est homo tribulationibus, nisi adsit gratia. 688, Nostra conversio a Deo est. 697, Voluntas nostra per se perficere non valet bonum quod novit. 839. Homo sine auxilio Dei comparatur terræ sine aqua aridæ. 842, Quæ pars gratiæ Dei et merito hominis in victoria tentationum. 860, Deus omnibus adest, nec se humanis auxiliis subtrahit. 863, Omnia tum corporalis, tum spiritalis vitæ subsidia ex Deo sunt. 962, Venia per gratiam omnibus necessaria. 1010, Gratia evangelicæ doctrinæ percipiendæ quibus dilata, quatenus ei obedire non potuerunt.

X, 24, Dei est dare ut gratia salventur omnes. 257, Quod agimus Dei virtus esse intelligatur.

HILDEBERTUS, Venerab. Cenomanens. episc.

CLXXI, 181, Sine Dei gratia nec bene volumus, nec bene operamur. 184, Officiosissima est hominibus gratia Dei; vult Deus omnes homines salvos fieri. 355, Gratia Christus nos liberat, non meritis. 488, Utrique latroni mors Christi, si voluisset, erat profutura. 493, Gratiæ virtus et ordo in conversione Petri; ad quam gratia eum præxenit et juvit. 494, Homo per se cadere potest, non resurgere nisi per gratiam 850, Gratia auxiliatrix hominem, etsi quotidie cadentem, non deserit. 889. Gratiæ in conversione peccatoris totus progressus videtur in reversione prodigi.

HILDEFONSUS (S.), Toletan. episc.

XCVI, 54, Deus tollit peccata sine opere peccatorum. 120. Per verbum vitæ qui sint filii iræ perveniunt ad munus gratiæ. 136, Gratiarum dona Spiritus sanctus, prout vult distribuit. 136, Cum Spiritus sanctus venit ut gratia detur, gratis, non meritis nostris, sed voluntate divina; inde gratia nuncupatur. 144, Gratia est vita æterna. 165, Gratia divina confertur in ministerio nostræ obsecrationis, et illa nos orare facit. 173, Per solam gratiam conditoris attrahimur ad terram repromissionis. 187, Nemo potest salvari nisi ex præcedenti et subsequente Dei misericordia. 191, Post justificationem ad pacem Dei per gratiam venitur.

HINCMARUS, Remens. archiepiscop.

CXXV, 109, Quid per gratiam primam et gratiam secundam. 183, 219 268, Quid gratia et liberum arbitrium 190, 196, Gratia non adimit liberum arbitrium, sed liberat. 205, 206, Gratiæ primi Adam et secundi discrimen. 420, Gratia et prædestinatio quid differant. 436, Qualiter Ecclesia catholica teneat de gratia et libero arbitrio.

LANFRANCUS, Cantuariens. archiepiscop.

CL, 121, Gratia ex multis delictis in justificationem. 121, Quare Deus quosdam obduret, iisque gratiam deneget. 140, Gratia non ex operibus. 156, Observantia bonorum operum sanctificat, 167, De gratia quasi accepta minime glorificandum. 219, Fides, bona opera sunt gratiæ ascribenda. 271, Gratiam nisi humiliatus nemo accipere potest. 288, Gratia redemptio. 290, Gratia sors dicitur, et quare. 291, Fidem et bona opera dat Deus. 294, Gratia et libero arbitrio indigemus. 379, Gratia, Christus, 443, Gratia et opera a Deo dantur. 443, Gratia, dum nonnullum invenit meritum, prorogavit beneficium.

LEO MAGNUS I (S.), pap.

LIV, 175, Gratia quid maxime operetur in corde, 143, Gratia in quo appareat mirabilior. 201, Gratia antiquis patribus data eadem est ac ea quæ nobis datur. 203, Semper per gratiam generi humano consultum est a bonitate divina. 214. Qui dedit velle, donabit et posse, ut simus cooperatores operum ejus. 221, Quid nobis divina gratia in Incarnatione contulerit. 261, Homo bona agens habet a Deo et effectum operis et initium voluntatis. 281, Quomodo gratiæ cooperetur homo ut interius renovetur. 298, Gratiæ est inchoare et perficere, hominis voluntarie cooperari. 303, Deus, qui præstitit velle, donat et posse. 373, Deus juste instat præcepto qui præcurrit auxilio. 431, Impossibilia ex infirmitate propria, possibilia fiunt virtute gratiæ. 442, Gratia operatur omnia in omnibus. 448, Sine Dei adjutorio fortes esse non possumus. 837, Gratia non solum excitat mentem, sed et adjuvat actionem. 1141, Deus ad vincendum vires sufficit. 1201, Per Christum omnia possumus, qui sine eo nihil possumus.

MAXIMUS (S.), Taurinens. episc.

LVII, 234, Gratiæ adjutorium etiam hominibus qui fuerunt sub priori testamento ad eorum perfectionem per fidem in venturum redemptorem datum fecit. 549, Gratia baptismatis a Christo instituti quanta sit. 558, Gratiæ distinctio ex opere operato et ex opere operantis. 624, Gratia Dei superabundantia. 635. Necessitas gratiæ ad omnia bona opera stabilitur. 656, Gratia Spiritus sancti lege non stringitur, necessitatis vinculo non tenetur; ipse sicut vult spirat, sic et quibus vult gratis sua dona dispensat.

PAULUS WINFRIDUS, diacon.

XCV, 1165, Dei adoptio homines filios gratiæ efficit. 1175, Martyrium non constat per meritum, sed per gratiam. 1216, Nonnisi gratuito Dei munere sunt qui ad æternam benedictionem vocantur. 1225, Persumma gratia est filii Dei fieri. 1229, Ad legem divinam implendam totis animæ affectibus auxilium gratiæ Dominicæ exoptandum est. 1264, Si quis peccaverit, solius est Dei dimittere, 1289, Ex nobis ipsis nihil quidquam boni possumus, et cum aliquid boni facimus nonnisi clementia divina largiente illud facimus. 1320, Sancti per gratiam virtutem suam habent. 1324, Quandoque apostolica prædicatio vocat gentes, quæ quondam desertæ fuerant a Deo. 1342, Divinæ fuit in apostolos opus dignationis et gratiæ, et non illorum electionis et studii, quod in apostolatum vocarentur. 1540, Propter gratiam Dei universus orbis fide repletus est. 1570, Activa et contemplativa vita ex dono sunt gratiæ.

PAULUS OROSIUS, presbyt.

XXXI, 1181, Gratis a Deo omnia accepimus. 1183, Liberum arbitrium cum gratia conciliatur. 1184, Audax prædicator liberi arbitrii injuriam facit donis Spiritus sancti. 1186, Diversæ sunt gratiæ. 1187, Deus cui vult donat. 1189, Deus dat incrementum. 1190, Gratiæ debetur vocatio gentium. 1198. Homo ex se mendax, solum per gratiam fit justus. 1199, Præceptiones Scripturarum probant necessitatem gratiæ. 1202, A Deo omne donum perfectum. 1206, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. 1210, Deus gratiam dat petentibus.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.), Ravennatens. archiep.

LII. 202, Gratia Dei nos ducit ad illius conspectum. 354, Gratia justificat peccatorem. 360. Gratia Dei audimus et respondemus de fide. 371, Vocat Deus populum

ad gratiam per ministros, 404, Gratia terrenum hominem facit esse cœlestem. 427, Gratia vocamur. 471, Gratiam habere justi fatentur per quam stant et sine qua pereunt. 477, Gratia est ad omnes absque discretione personarum. 479, Gratia etiam reprobis offertur. 484, Gratia a domino spreta, datur servo. 484. Non imus ad Deum, nisi per gratiam vocati. 507. Non Deus vocat et ducit ad vitam. 579. Qui gratiam invenit, timere nescit. 641, Gratia mysticos sensus docet in Evangelio latere.

PETRUS LOMBARDUS, Parisiens. episc.

CXCI, 1316. Gratia quid est, 1361, Gratia sub meritum non cadit, sed gratis datur. 1368. Gratia, quia gratis datur 1392, 1398, Gratia Christi efficacior ad salutem quam Adæ peccatum ad damnationem. 1378, Gratia meretur augeri. 1393, Gratia Christi abundans. 1400, Gratia, quomodo superabundavit, ubi abundavit delictum. 1410, Gratia, merita nostra bona facit. 1410, Gratia pro gratia redditur salvatis. 1413, Gratia pro gratia, quid. 1462, Gratia sola redemptos discernit a damnatis. 1462, Gratia gratis data quæ. 1619, Gratia virtus est sacramentorum. 1674, Gratia non tollit liberum arbitrium. 1674, Gratia non secundum merita datur.

CXCII, 180, Gratia meritum præcessit, non contra. 183, Gratia est prædestinationis effectus. 197, Gratia Christo non ad mensuram data. 246, Gratiæ divinæ augmentanda modus. 381, Gratiam reddit Deus pro gratia, præmians ob merita.

PHILIPPUS DE HARVENG. Bonæ Spei abb.

CCIII, 207, 214, Gratia quædam præcedens. 215, Gratiæ tractus suavitate adumbratur. 217, 279, Gratia dat efficaciam operandi bonum. 319, 334, Gratia facit dona Dei appellari et esse hominum. 345, Gratia est meriti radix. 884, Gratia cur sic appellata. 909, Gratiæ omne bonum ascribendum. 1038, Gratia appellatur sibilus.

PROSPER (S). Aquitan. episc.

LI, 80. Gratia affectum credendi et volendi in nobis generat. 82. Gratia justificans non ex bonis meliores efficit, sed ex malis bonos facit. 83, Gratia est omnino gratuita. 114, Gratia operatur non tantum docendo, sed efficaciter mentem immutando; quod efficere non potest nec prædicatio, nec natura sibi dimissa. 129, Uni Christo debemus, si quid recte sapimus et velimus. 146, 383. Quidquid nascitur boni in agro cordis de opere et munere est cœlestis agricolæ. 146, Sine gratia nullum est virtutis opus, et sola gratiæ vi, animi hominum idonei fiunt et accenduntur ad recte vivendum. 164, Justitiæ opera, non ex natura, sed ex gratia. 164, Gratiæ necessitas ad omnia bona. 171, Gratia non prius deserit quam deseratur. 205, Gratiæ necessitas ad superandas tentationes. 207, Deo auxiliante vincimus, sine illo vincimur. 207, Omnis sancta cogitatio et motus piæ voluntatis ex Deo per quem aliquid boni possumus et sine quo nihil possumus. 208, Sine gratia nihil possumus nedum facilius facere, 208, Gratiæ necessitas ad remissionem præteritorum peccatorum et ad auxilium ne committantur in posterum. 209, Omnia bona divini esse operis pro omnibus probant gratiarum actiones. 209, Per gratiam non solum scimus quid faciendum sit, sed etiam diligimus. 210, Gratia Dei præveniens omnia merita nostra non aufert libertatem. 210, Deus bonum velle et operari operatur in nobis, et cooperatores sumus gratiæ ejus. 220. Ad gloriam perveniri non potest sine gratia. 221, Gratiæ effectus in anima sunt sine læsione libertatis. 255, Pro veritate mori donum est gratiæ. 256, Initium bonæ voluntatis a gratia. 296, Si quid laudandum si quid lætandum ab homine agitur, opus Dei est et munus gratiæ. 336, Gratiæ auxilium ad custodienda mandata necessarium. 345, Dei gratiæ munus recta cogitatio et bona actio. 374, Gratia agit ut mandata Dei dilectione impleantur, quæ impleri timore non poterant. 440. Dei gratia est ut doceat nos humilitatem. 491, Gratia Dei omne hominis meritum prævenit. 515, Nihil in homine dignum amore, quod non sit ex Deo. 541, Dei munus recta cogitatio, et bona actio. 585, Quotidie quod alii per meritum suum perdunt, alii per gratiæ munus acquirunt. 649, Gratiam negat qui eam comitem dicit humanæ voluntatis. non ducem. 654, Gratia heminem sanat. 668, 669, Gratia gratuita probatur, cum impii justificantur. 969, Si gratia esset ex meritis, vilesceret redemptio sanguinis Christi. 671, Gratiæ cujuslibet causa voluntas Dei, en gratia est initium omnis meriti. 685, 686, Deus sibi subjicit per gratiam quos vult, et omnia quæ ad vitam pertinent sine gratia Dei nec inchoari, nec augeri, nec perfici possunt. 691, Non omnibus eadem gratiæ mensura confertur. 695, Gratia non tollit potestatem declinandi ad vitia et prima gratiæ semina sunt interdum perfecta. 786, Gratia Dei eo manifestior quo duriores sunt quos sibi subjicit. 713, Gratia mutabilitatem voluntatis non aufert. 719. Gratia datur electis, non ut otientur, vel a nullo hoste impetantur, sed ut bene operentur, et hostem vincant.

RABANUS MAURUS, Moguntin. archiepisc.

CVII, 561, Gratiam qua filii Dei vocamur, de Deo percepimus. 665, Homo per gratiam Dei illuminatus spiritualia a carnalibus dividit. 807, Gehennam illi soli devitare queunt qui per gratiam Christi opera justitiæ fecerunt.

CVIII, 24, Oris ipsamet apertio ad Dei voluntatem et gratiam pertinet. 60, Gratia gratuita est, et non ex operibus. 164, Donum pœnitentiæ sicut donum veniæ pœnitentibus non tribuitur, nisi sancti Spiritus gratia largiente. 318, Operibus perficere ea quæ cœpta sunt, hoc divinæ est gratiæ. 953, Deus sanctos suos abundare facit omnibus bonis et hic auget meritis et in futuro remunerabit cœlestibus præmiis. 1048, Gratia victoriam vitiorum tribuit. 1082, Deus per gratiam dat mandata intelligere. 1127, Divinæ et bonæ virtutes ad auxilium nostrum mittuntur a Domino. 1310, Non pro natura unicuique Deus reddet, sed pro operibus suis. 1311, Superna pietas prius agit in nobis aliquid sine nobis, ut subsequente quoque nostro libero arbitrio bonum quod jam appetimus agat nobiscum ita ut hoc bonum remunerabitur in nobis, ac si solis processisset ex nobis cum, gratia prævenient, subsequens concomitatum habet liberum arbitrium.

CIX. 14, Gratia hominem efficit possessionem Dei. 115, Qui gratiæ cœlestis imbre irrigatur vivens in carne germina virtutum fructificat. 401, Nemo bona exteriora opera exsequi valet sine dono Dei. 463, Gratia sancti Spiritus Ecclesiam sanctificat, et diversis virtutum donis eam locupletat. 665, Homo gratia adjutus adversarios suos superat. 670, Deus electos suos ab initio dono gratiæ suæ exaltat. 675, Bonæ cogitationes nobis a Deo inspirantur. 864, Deus dat bene velle, agere, atque in nobis permanere.

CX, 124, Quidquid boni agimus gratiæ divinæ deputemus. 237, Honorificatur Deus cum omne quod bene facimus, non hoc nostris meritis, sed ejus gratiæ tribuimus. 432, Quæcunque bona, Dei gratia largiente, valemus, ejus misericordiæ, non nostris unquam meritis deputemus.

CXI, 922, Quidquid boni est, sine Deo cujus est, dari non potest. 1056, Ipsam quam agimus pœnitentiam, nisi Dei nitamur auxilio, implere non possumus. 1073, Nemo docenti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit. quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua in vacuum exterius laborat. 1311, Divina bonitas prævenit ut innocentes faciat, et sine gratia nihil est homo. 1339, Gratia efficit ut non tantum velimus recte facere, sed etiam possimus, non viribus nostris, sed liberatoris auxilio, 1343, Gratia dicitur quia gratis datur, cum merita nostra non præcesserunt, sed beneficia Dei nos prævenerunt. 1338, Deus imperat quod non potest impleri nisi per suam gratiam, ut cum homines per suas vires adimplere nequiverunt, nemo sibi magnus videatur. 1491, Velle nostrum non sufficit, nisi gratia Dei adjuvetur.

Non licet sacerdoti absque orario (vulgo stola) ab utroque humero dependenti missam celebrare, S. Gregorius Magnus, LXXVIII, 490. — Sacerdos jejunus et impolluto animo debet consecrare, S. Germanus Parisiensis, LXXII, 145. — Qua cordis dispositione missa celebrari debeat, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 425. Missæ celebrationem et communionem quando impediat nocturna pollutio, *ibid.*, 1198. — Ut eodem ordine missæ celebrentur ab omnibus, S. Isidorus Hispalens., LXXXIV, 566, Conc. Bracar. I. Statuitur ut presbyter post cibum oblationem pro mortuis consecrare non audeat in altari, *ibid.*, 573, Conc. Bracar. II. Missa a jejunis celebretur, *ibid.*, 192, Conc. Carthag. III. — Sacerdotes Dei diligenter semper procurent, ut panis, et vinum et aqua sine quibus nequaquam missæ celebrantur, pura et munda fiant, S. Egbertus Eboracensis, LXXXIX, 390. — Statutum est ut nullus presbyterorum solus missam celebrare præsumat, *ibid.*, 1089. — Quisque presbyter clericum habeat tui epistolam vel lectionem legat, eique ad missam respondeat, S. Hildefonsus Toletanus, XCVI, 1376. — Auditum est aliquos presbyteros missam celebrare, et non communicare; an istud sit licitum, Carolus Magn., XCVII, 154. Ut nullus presbyter sacrum officium pro aliquo pretio vendere præsumat, *ibid.*, 219. An solus missam presbyter celebrare possit, *ibid.*, 618, 721. Unusquisque presbyter missam ordine Romano cum sandaliis celebret, *ibid.*, 750. Placuit, ut quotiescunque sacrificans corpus et sanguinem Christi Jesu Domini nostri in altari immolat, totiens perceptionis corporis et sanguinis Christi se participem præbeat, *ibid.*, 764. — Certe tanta in altari holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant, Remigius Curiensis, CII, 1093. — Si post illusionem, quæ per somnium, solet accidere, debeat quis missam celebrare, annon. S. Benedictus Sedulius, CIII, 626. — Ipse sacerdos, quoties in die missas facit, communicare non omittit, Walafridus Strabus, CXIV, 950. Quod si non faciat, canonico est feriendus judicio, *ibid.* Primis temporibus communi indumento vestiti missas agebant, *ibid.*, 952. — Nullus cantet nisi jejunus, nullus cantet qui non communicet, Leo papa IV, CXV, 675. — Nullus missam cantet sine amictu, alba, stola, fanone, casula, *ibid.* Nullus in ligneo aut vitreo calice audeat missam celebrare, *ibid.*, 677. — Cum quibus vestimentis celebranda sit missa, Isidorus Mercator, CXXXII, 207. Ut nullus presbyter absque vestimentis sacerdotalibus præsumat missam cantare, *ibid.* — Quod nihil super altare ponendum sit, præter sacrosancta oblatio, Gezo Dertonensis, CXXXVII, 375. — Quod missa non ab alio, sed ab eo qui cœpit compleri debeat, prisca Collectio Can., CXXXVIII, 413. Nullus præsumat ad celebrandam missam cum baculo introire, nec cum velato capite altari assistere, *ibid.* Ut sacerdos nunquam saltem missam celebret nisi super consecratum altare, Anglo-Saxonum regum leges Eccl., *ibid.*, 501. Ut sacerdos nunquam missam celebret absque libro, et sit canon ei ante oculos positus, *ibid.* Ut quilibet sacerdos habeat corporalem vestem, cum missam celebrat, et subuculam sub alba sua et omnia vestimenta missæ debite contexta, *ibid.*, Ut sacerdos nunquam præsumat missam celebrare, nisi omnia habeat quæ ad S. eucharistiam pertinent, hoc est vinum purum, etc., *ibid.* — Sacerdotes ad tempus orationibus vacent, antequam sacrificent, Burchardus Wormaciensis, CXL, 724. — Si per universam Ecclesiam uno modo sacramenta celebrarentur, bonum esset et laudabile, S. Anselmus Cantuar., CLVIII, 552. — Ut presbyteri communicent quotiescunque missas celebraverint, ex Conc. Rothomag., CLXI, 196. — Ut episcopus vel presbyter, postquam missam inceperit et orationem dixerit, nisi passio aliqua interveniat, antequam ministerium adimpleat ab altario Dei nullo modo discedat, Zacharias papa, CLXI, 260. — Nisi duobus præsentibus, presbyter missam celebrare non præsumat, Ivo Carnot, CLXI, 1082. — Missa non celebranda cum animo in alium commoto, S. Bernardus, CLXXXII, 891. Aliqui post talem refectiunculam missarum celebrare solemnia non timebant, id., CLXXXIV, 717. — Missam celebrare intuitu lucri temporalis est vetitum. Robertus Pullus, CLXXVI, 1121 not. — Non duplicare, triplicare, multiplicare sacrificium missæ sub nota et specie venalitatis, Petrus Cantor., CCV, 103. — Nullus bis in die missam audeat celebrare, aut cum duplici introitu, nisi in magna necessitate, Odo de Soliaco, Paris. Episc., CCXII, 60. Nullus antequam matutinas dixerit canonicas, et primam, præsumat absque aliqua necessitate celebrare missam, *ibid.*, 60.

XI. — *De lingua, de hora, de locis in quibus sacrificium missæ celebrari debet.*

Lingua. — Missas Slavonica lingua celebrari prohibet Joannes papa VIII, CXXVI, 850. In Latina seu in Græca lingua missa cantari debet, *ibid.* — Quod missa tribus linguis, Hebraica, Græca et Latina celebratur, quare, Hugo de S. Victore, CLXXVII, 418. — De linguis qui

bus missa celebrari potest, Belethus theologus Paris., CCII, 44. — Missarum celebrare in lingua materna an liceat, Petrus Pictaviensis, CCXI, 1231, 1232.

Hora. — Sacrificium horis vespertinis in Africa, S. Cyprianus, IV, 386 387. Dominicum post cœnam non celebratur, *ibid.*, 386. Resurrectionem Domini mane celebramus, *ibid.* — Missa in Dominica solemniter celebrata hora circiter septima, S Augustinus, XLI, 829. — Ut hora tertia missarum celebratio in Dei nomine inchoetur, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 282. — Ut omnes sacerdotes horis competentibus diei et noctis suarum sonent, ecclesiarum signa, et sacra tunc Deo celebrent officia, Carolus Magnus, CXVII, 219. — Telesphorus papa constituit ut omni tempore nullus ante horam tertiam missam celebrare præsumeret, id., CXXXI, 1030; CXXXII, 188, 224. — Nullis aliis temporibus, nisi in Nativitate Domini, missam nocte celebrandam, Ivo Carnot., CLXI, 175. Missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrandæ, quia, etc., *ibid.*, 1090, ex epistol. Telesphori papæ. Post meridiem excepto jejunii tempore non celebranda missa, id., CXLVII, 110.

Loci. — Missæ fiant nisi in domo Dei, S. Augustinus, XXXIX, 2277. — Olim in cœmeteriis missa celebrata in memoriam martyrum qui ibidem erant tumulati, S. Leo Magnus, LV, 21 not. — Missæ sacrificium quibus in locis sit peragendum, S. Maximus Taurin., LVII, 899. — Quod missarum celebratio abbi quam in Deo dicatis locis non debeat fieri nisi magna compulerit necessitas, Felix IV papa, LXV, 15. — Missæ privatæ in privatis ædibus, S. Gregorius Magnus, LXXV, 395. Missæ publicæ in oratoriis non celebrandæ ne aliorum impediatur justitia, id., LXXVII, 547, 548. Neque in monasteriis ne præbeatur occasio conventus, vel mulierum fiat novus introitus, *ibid.*, 1342. Missas publicas in monasteriis celebrare cur episcopis aliquando prohibitum, *ibid.* 832. — Nullus extra ecclesiam per domos, vel in locis non consecratis missam cantet, S. Hildefonsus Toletanus, XCV, 1376. — Ut nullus sacerdos in domibus vel in aliis locis, nisi in ecclesiis dedicatis, celebrare missas audeat, nisi necessitas compellit, Carolus Magnus, XCVII, 219. Ut nullus presbyter in alterius parochia missam cantare præsumat, nisi in itinere fuerit, *ibid.*, 325. Illud nobis iterum inculcandum populisque denuntiandum summopere visum fuit, ut missarum celebrationes in locis incongruentibus fieri omnino non debeant, *ibid.*, 619. Satius igitur est missam non audiri quam eam ubi non licet nec oportet, celebrari aut audiri, *ibid.* Ut sacra mysteria nulluss presbyter, nisi in locis ab episcopo consecratis, agere præsumat, *ibid.*, 772. Ut missarum celebrationes in locis non consecratis et incongruentibus non fiant, *ibid.*, 773. — Constituitur supra corpus missas celebrari, Rabanus Maurus, CVII, 357. — Ut nullus missam celebret in altari non consecrato, vel sine tabula ab episcopo consecrata, Hincmarus Rhemensis, CXXV, 791. In domo ne fiant missæ sine licentia episcopi, *ibid.* 802. — In aliis locis sacrificare et missas celebrare non licet, nisi in his in quibus episcopus proprius jusserit, Isidor Mercator, CXXX, 50. De eo quod non liceat super monumenta mortuorum missas tenere, *ibid.*, 578. Missæ præter necessitatem non debent celebrari nisi in locis consecratis, *ibid.*, 1057. Missas laici celebrare faciunt in suis domibus, *ibid.*, 218. — Nullus in aliena parochia missam cantet sine parochiani presbyteri licentia, Rather. Veron., CXXXVI, 561. — Nullus missam cantet extra ecclesiam, nec in domibus aut locis non consecratis, *ibid.*, 559. Docemus ut sacerdos in nulla domo missam celebret nisi in consecratis ecclesiis, præterquam ob extremam alicujus ægritudinem, id., CXXXVIII, 501; Ivo Carnot., CLXI, 177, 1089.

XII. — *De defectibus in missæ celebratione occurrentibus.*

Missæ defectus, vel circa eucharistiam accidentes, quibus pœnis canonicis plectantur, S. Gregorius Magnus, LXXVIII, 456. Cum a sacerdotibus missarum tempore sancta mysteria consecrantur si ægritudinis accidat quilibet eventus, quo cœptum nequeat consecrationis expleri ministerium, quid faciendum, Conc. Toletan, VI, id., LXXXIV, 406. — Qui calicem inter missam suam effundat, jejunet tringinta dies, S. Egbertus Eborac., LXXXIX, 428. — Si per negligentiam de calice aliquid stiliaverit in terram, quid faciendum, Theodorus Cantuar.. XCIX, 950. Si super altare stillaverit calix, sorbeat minister stillam et tres dies pœniteat, *ibid.* Qui evomuerit sacrificium, et a canibus consumitur, annum unum pœniteat. Sin autem, quadraginta dies pœniteat, *ibid.* Si sacrificium evomuerit infirmitatis causa, septem dies pœniteat *ibid.* Qui perfundit calicem, dum solemnitas missæ celebratur, quadraginta dies pœniteat, *ibid.*, 951. — Si tempore missarum aliquis eventus ægritutinis accesserit, quid faciendum, ex Conc. Tolet., VII, id., CLXI, 194. — Missæ defectus quam severe olim expiati, S Bern., CLXXXII, 181. In missa calicem non consecranti ex negligentia, quid agendum, *ibid.*

XIII. — *De modo audiendi missam.*

In mysterio gemitus, screatus, tussis, risus abstine, S. Ambrosius, XIV, 223. — Cum silentio exspectanda est sanctarum missarum celebratio, S. Augustinus, XXXIX, 2275. Quoties aut in die Dominico aut in aliis majoribus festivitatibus missæ fiunt, nullus de ecclesia discedat, donec divina mysteria compleantur, *ibid.*, 2276. Culpa garrientium in ecclesia dum divina mysteria celebrantur, *ibid.*, 2287. Reprehenduntur qui ab ecclesia ante discedunt quam mysteria compleantur, *ibid.*, 2077. — Non licebat ante missam comedere diebus Dominicis, S. Gregorius Turon., LXXI, 256 not. — Qua cordis dispositione missam audire debeamus, S. Gregorius Magnus, LXXXVII, 425. — De missis nullus laicorum ante discedat quam Dominica dicatur Oratio, et si episcopus præsens fuerit, ejus benedictio exspectetur, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 285, Conc. Aurelian. II. Sacrificia matutina missarum sive vespertina nullus cum armis pertinentibus ad bellorum usum exspectet, *ibid.* Missa integre est audienda, *ibid.*

Ut populus ante completam missam et benedictionem acceptam egredi non præsumat, S. Hildefonsus Toletanus, XCVI, 897. — Tunc temporis non solum presbytere non licebat missas celebrare, sed nec etiam cæteris fidelibus adesse divinis mysteriis, nisi vellent communionem accipere, Theodorus Cantuar., XCIX, 1136. — Statutum est Aurelianensi concilio ut populus ante benedictionem sacerdotis non egrediatur de missa, Walafridus Strabus, CXIV, 951. — Missa audienda a Christianis in propria ecclesia, Isidorus Mercator, CXXXII, 420, 482. Audienda integra, *ibid.*, 225, 226, 287. — Ad quam (missam) unusquisque fidelium tanta compassionis devotione debet accedere, quanta eum pro se crucifixum debet conspicere, Petrus Abælard., CLXXVIII, 687. — Missæ sacrificio assistentium quales dispositiones esse debeant, Guerricus abbas CLXXXV, 87.

XIV. — *Quando missa sit audienda et celebranda, quibus audienda.*

Quando. — Omnes Christiani omni Dominica debent offerre et communicare, S. Ambrosius, XVII, 656. Moneo ut qui juxta Ecclesiam est, et cecurrere potest, quotidie audiat missam, *ibid.* — Alibi nullus dies prætermittitur quo non offeratur, alibi Sabbato tantum et Dominico, alibi tantum Dominico, S. August., XXXIII, 200. Bis sacrificium offertur, et mane et ad vesperam, quinta Sabbati hebdomadæ ultimæ Quadragesimæ, *ibid.* Missarum celebrationi intersit quisque die Dominico, id., XXXIX, 2273. In die vero Dominica nullus se a sacra missarum celebratione separet, *ibid.* Quoties aut in die Dominico aut in aliis majoribus festivitatibus missæ fiunt, nullus de ecclesia discedat donec divina mysteria compleantur, *ibid.*, 2276. — Illud quoque volumus custodiri, ut eum solemnior quæque festivitas conventum populi numerosioris indixerit, et ea fidelium multitudo convenerit, quam basilica simul una recipere non possit, sacrificii oblatio indubitanter iteretur, S. Leo Magnus, LIV, 627. Biduo ante Pascha non celebratum sacrificium missæ, *ibid.*, 516. — Missa diebus tantum festis præcepta, S. Germanus Paris., LXXII, 143. — Et sufficit sacerdoti unam missam in una die celebrare, S. Egbertus Eboracensis, LXXXIX, 386. — Ut missa sanctæ Dei Genitricis quater in anno solemniter celebretur, Carolus Magnus, XCVII, 208. — Ut diebus Dominicis populus per missas peculiares a publicis non abstrahatur, Thoodulphus Aurelian., CV, 203. — Unusquisque porcarios, et alios servos suos Dominicis diebus vel festivis ad missam venire faciat, Leo papa IV, CXV, 683. — Dominico die audienda est missa, Isidorus Mercator, CXXX, 405. — Missæ sunt frequentandæ Dominicis atque alliis diebus festis, Riculfus, CXXXI, 16. — Porcarios, et alios pastores vel Dominico die ad missam venire facite, Ratherius, CXXXVI, 563. — Ut oblatio altaris singulis Dominicis diebus fiat. Burchardus Wormatiensis, CXL, 757, ex decretis Fabii papæ.— Ivo Carnot., CLXI, 168.— Ut presbyteri plebes admoneant, ut bubulcos atque porcarios in principalibus festis ad missam venire permittant, ex Conc. Rothomag., CLXI,

— Nocte sancta nativitatis Domini missas celebrent, is Abælardus, CLXXVIII, 1540.
quibus audienda. — Omnes Christiani omni Domi- debent offerre et communicare, S. Ambrosius, XVII, — Missarum celebrationi quisque die Dominico in- , S. Augustinus, XXXIX, 2275. — Sacramentis altaris sse non possunt qui nondum regenerati nosceuntur, adius, LVIII, 1027. — Excommunicati missæ tempore ab ecclesia, S. Gregorius Turon., LXXI, 1080. — is alterius parochianum, nisi in itinere, aut si sibi tum fuerit, ad missam recipiat, S. Hildefonsus Tole- i, XCVI, 1377. Excommunicatis missam ne cantetis, ebi vobis commissæ ne hoc faciat interdicatis om- *ibid.*, 1378. — Tunc temporis non solum presbytero liceba missas celebrare, sed nec etiam exteris fideli- desse divinis mysteriis, nisi vellent communionem ere, Theodorus Cantuar., XCIX, 1136.

— De celebratione missæ. — Pars historica et liturgica missæ.

eucharistica sua benedicenda Ophitæ introducebant tem, Tertullianus, II, 64. In manibus corpus Chri- cipiebant, id., I, 669. De manu præsidentium, id., . Etiam antelucanis cœtibus, *ibid.* — In calice Do- sanctificando et plebi ministrando non hoc faciunt Jesus Christus Dominus et Deus noster fecit et , S. Cyprianus, IV, 373. Sacrificia divina cum Dei lote celebramus, *ibid.*, 522. Sacrificia indesinenter ntur et in pace et in persecutione, *ibid.*, 406, 407. am divites in Dominicum sine sacrificio veniunt, 613. Partem de sacrificio quod pauper obtulit su- *ibid.* Diaconus infantium ori de sacramento calicis lit, *ibid.*, 485.
ic sacrificium incruentum, ineffabile, a Christo Do- institutum, offerimus, Lactantius, VI, 913 not.
livimus quosdam, schismatica ambitione detentos, divinos ordines et apostolicas institutiones lac pro- n divinis sacrificiis dedicare, Julius papa, VIII, 969.
quoque intinctam eucharistiam populis pro comple- communionis porrigere, *ibid.* Quosdam etiam ex- m vinum in sacramento Domini calicis offerre, *ibid.*
haristiam feminæ in linteaminibus, viri nudis ma- olim capiebant, S. Zeno, XI, 358.
ationes ad missam præparantes, S. Ambros., XVII, Per omnes fere Ecclesias orientales et nonnullas ntales in oblationibus sacrificiorum cum sacerdote is cantat : *Sanctus, sanctus, sanctus*, etc., *ibid.*
consecrationem dicitur, *Amen*, id., XVI, 407. Quid os dicat post Orationem Dominicam, *ibid.*, 460.
r altare quotidie Christi corpus offertur et san- ro peccatoribus funditur, S. Augustinus, XXXIX, In mysteriorum celebratione recitantur lectiones ticæ, apostolicæ, evangelicæ, *ibid.*, 2276. Cum di- *sursum cor*, respondetis : *Habemus ad Dominum*, CXVIII, 1100. Deinde episcopus vel presbyter qui licit : *Gratias agamus Domino Deo nostro*, respon- pulus : *Dignum et justum est*, *ibid.*, Ubi peracta est catio, dicimus Orationem Dominicam, *ibid.*, 1101. Orationem Dominicam, dicitur : *Pax vobiscum*, et itur se Christiani in osculo sancto, *ibid.* His ver- *Mittite nobis*, etc., loca facie ad altare accedimus, pore ac sanguine Domini communicamus, *ibid.*, charistiam percepturi viri lavant manus, mulieres exhibent linteamina ubi corpus Christi accipiant, XIX, 2168.
dem basilica missa toties repetenda quoties novus s supervenerit, S. Leo Magnus, LIV, 627. Nomina lium intra mysteria recitanda, id., LVI, 515. Non la nomina offerentium antequam oblationes com- tur, *ibid.* Pax danda non ante, sed post confecta a, *ibid.* Accipientes eucharistiam respondebant : id., LIV, 452. Manichæi communionem sanguinis ant, *ibid.*, 280. Biduo ante Pascha non celebra- ssæ sacrificium, id., LVI, 516.
s sacrificium quotidie celebratur, S. Maximus , LVII, 690. — Missæ plures id eodem die festo ab sacerdote celebratæ, Aurelius Prudentius, LX, ssæ sacrificium supra martyrum sepulcra et ossa, 36, not., 212. Diaconus primus in sacris officiis portabat et Evangelium legebat, *ibid.*, 336, not. ; ille (antistes) preces et eucharistiam absolvit, ii adest populus, fausta approbatione acclamat : d., LIX, 816, not. 72.
in Quadragesima non celebrota in feriis, S. Be- , LXVI, 710. — Duæ missæ ab uno presbytero una bratæ, S. Gregor. Turon., LXXI, 864. — Archi- s indutus alba invitabat episcopum ad altare ut sacrificium missæ celebraret, *ibid.*, 306. Salutationes excipiebantur ab episcopo prope ecclesiam et negotio- rum commendationes ante missæ celebrationem, *ibid.*, 217 not. Celebrantis clerici missas canebant, *ibid.*, 1033. Lectiones propheticæ recitabantur in die Dominica et lector ante altare stabat, *ibid.*, 918. Evangelium in ec- clesia cantatum a diacono, *ibid.*, 451. Respondebat omnis populus : *Gloria Deo omnipotenti*, *ibid.* Dominica Oratio ab omnibus in missa canitur, *ibid.*, 955. Pax in missa, osculum pacis, *ibid.*, 1182.
Missæ Gallicanæ specimen, S. Germanus Pariensis, LXXII, 86, 87. Ex quo ritu celebratur missa in Gallia tempore Caroli Magni, *ibid.*, 103. Varii ritus celebrandæ missæ, alibi usitati, *ibid.* Ordo liturgiæ Ambrosianæ seu Mediolanensis, *ibid.*, 114, 115. Ordo liturgiæ Mozarabicæ in sacrificio missæ sequendus, *ibid.*, 116 et *seq.* Ordo liturgiæ Africanæ in oblatione sacrosancti missæ sacri- ficii, *ibid.*, 118 et *seq.* Quomodo procedit Ordo Romanus ad missæ celebrationem, *ibid.*, 114. Cantus Romanus a Pippino inductus in Ecclesias Gallicanas, *ibid.*, 119. Ca- rolus Magnus edicto sancivit ut unusquisque presbyter missam celebraret secundum Ordinem Romanum, *ibid.*, 120. Missæ more Gallico ante Carolum Magnum cele- bratæ indicia quatuor, *ibid.*, 121. 122. Missa quotidie cantata ab episcopo, *ibid.*, 142. Missa unica in Natali Domini olim in Ordine Gallicane, *ibid.*, 170. Missæ tres in Natali Domini non in eadem ecclesia Romæ olim ce- lebratæ, *ibid.*, 174. Nec ab eodem sacerdote, *ibid.*, Missæ tres in Natali Domini, Paschate, Pentecoste et Transfi- guratione, *ibid.*, *Kyrie, eleison* in missa ad oblationem, *ibid.*, 211. Ab omnibus in missa recitatum, *ibid.*, 131. Evangelium a diacono in ambone lectum, *ibid.*, 132. Ca- non missæ Gallicanus pro festis varius, *ibid.*, 137. Tacite recitatus, *ibid.*, 403. Formula consecrationis secundum Ambrosianum Ordinem, quid immutetur, *ibid.*, 125. Mozarabicæ consecrationis corporis Christi forma, *ibid.* Oratio Dominica in missa ab omni populo recitata apud Græcos et Gallos, *ibid.*, 139. Apud Romanos dicitur Oratio Dominica a sacerdote usque ad hæc verba : *Sed libera nos a malo*, *ibid.*, 140. Partim dicitur apud Mozarabes, *ibid.*
Diversa olim erat Romanæ et Gallicanæ Ecclesiæ in celebranda missa consuetudo, S. Gregorius Magnus, LXXVII, 1187. Priscis temporibus non fuit unus idemque usus missam inchoandi, id., LXXVIII, 267. Alii Psalmos canebant ante missam, alii Scripturas, præsertim apostolum Paulum et Evangelia legebant, *ibid.*, 266 et *seq.*, not. Tam in sede apostolica quam etiam per totas orientales atque Italiæ provincias consuetudo est intromissa ut *Kyrie, eleison* cum grandi affectu et compunctione dica- tur, *ibid.*, 267, not. Non idem est modus *Kyrie, eleison* canendi apud Græcos et apud Latinos, *ibid.* A quibus et quando dicendus erat hymnus angelicus : *Gloria in excel- sis* in sacrificio missæ, *ibid.*, 268, not. Unica habetur Oratio seu Collecta in prima parte missæ ante Evange- lium, raro duæ in Sancti Eligii codice, ut in codicibus Rodradi et Ratoldi, et in Ordine Romano, *ibid.* In codice Rhemensi duas reperire est, raro unicam, *ibid.* A tem- poribus apostolicis non usitatur trium orationum recita- tio in hac prima missæ parte, exceptis festis duplicibus totidemque super Oblata et Postcommunionem, *ibid.* Olim apud Græcos quinque orationes peragebantur ante pacem datam, quam sequebatur oblatio mysteriorum, *ibid.* Epi- stola olim non legebatur sicut nec Evangelium nunc le- gitur, nisi ad nutum episcopi, vel presbyteri celebrantis, *ibid.*, 547. Epistola olim a lectoribus legebatur, *ibid.*, 479. Evangelium etiam, *ibid.* Symbolum Nicænum in Ecclesia Romana ante annum 1014 non cantabatur in missa, *ibid.* 548 not. Henricus imperator II persuasit Benedicto papæ octavo ut in Ecclesia Romana Symbolum juberet cantari in missa, *ibid.* Fuit usus contrarius in Ecclesiis Græcorum veterum, *ibid.* Hispani illud cantare cœperunt Reccaredo regnante, in Conc. Toletano III, *ibid.*, 560.
In Africa, tempore S. Augustini, canebatur psalmus ante Offertorium, S. Gregorius Magnus, LXXVIII, 548. Novem tantum præfationes a Pelagio papa II receptæ, quibus nunc utitur Ecclesia Romana, *ibid.*, 285. Novem Pelagii præfationibus additæ duæ, *ibid.*, 286. Quænam sit format consecrationis calicis apud S. Ambrosium, *ibid.*, 279. Oratio Dominica recitatur super Christi corpus ex veteri et apostolica consuetudine, *ibid.*, 281. Commu- nionis dandæ formula, *ibid.*, 52. Communio olim in Eccle- siis extra missarum solemnia non sumebatur, *ibid.*, 333. Fideles et clerici et laici in missa communicaturi, singuli panem et vinum in suam communionem offerebant, *ibid.*, 432. Tempore communionis olim cantabatur psalmus, *ibid.*, 556. Episcopus dat corpus Domini presbyteris et diaconis communicaturis in manus, juxta morem Eccle-

siæ antiquum, *ibid.*, 563. Priscis Ecclesiæ temporibus omnes fideles corpus Christi acceptum manu ori inferebant, *ibid.*, Pontifex statim communicaturus dat pacis osculum, juxta ritum Ecclesiæ Romanæ, *ibid.*, 553. Græci dant osculum pacis, ubi manus ablutæ fuerint, ante Præfationem, et mysticas preces, et consecrationem. *ibid.* Quotidiana missæ frequentatio septimo sæculo non erat in usu, id., LXXVII, 660. Laudantur tamen nonnulli qui tunc temporis quotidie missam celebrarent, *ibid.*

Celebrabat omni die missarum solemnia multa cum honestatis diligentia, habens singulis hebdomadæ diebus missas deputatas proprias, B. Alcuinus, C, 104. Petrus apostolus primus omnium Antiochiæ dicitur celebrasse missam, id., CI, 1246. Latini *Kyrie, eleison* Græce, et Græci Latine proferunt, *ibid.*, 1248. Defertur Evangelium ad analogium, præcendentibus cereis, quare *ibid.*, 1250. Ad hanc salutationem *Dominus vobiscum* ante evangelium dictam, populus crucem in frontibus ponit, quare, *ibid.*, 1251. Perfecto evangelio, iterum se signo crucis populus munire festinat, quare, *ibid.* Consuetudo venit in Ecclesia, ut tacite ista obsecratio atque consecratio a sacerdote cantetur, ne verba tam sacra vilescerent, *ibid.*, 1256. Missæ tres in nocte Natalis Domini, *ibid.*, 1175. Tres quoque in festivitate S. Joanni. Baptistæ, *ibid.*, 1230.

Una die septies vel novies missarum solemnia sæpius celebrantur a Leone papa, Walafrid. Strab., CXIV, 943. Bonifacius archiepiscopus et martyr semel tantum per diem missas fecisse dicitur, *ibid.*, 943.

Missa ab aliis quotidie, ab aliis raro celebrata, Ratherius Veron., CXXXVI, 645.

Preces ante missam, *ibid.*, 447. Eulogiæ post missam diebus festis distribuendæ, 562.

Qualiter priscis apostolorum temporibus missarum celebritas ageretur, Berno, CXLII, 1055. Missa tempore apostolorum, et paulo post, quomodo celebrata, id., CXLVII, 199, 212.

XVI. — *Quinam ordinaverunt missam.*

Gelasius papa tam a se quam ab aliis compositas preces missæ dicitur ordinasse, LXXIV, 1055 *et seq.*, Walafrid. Strab., CXIV, 946. Multi apud Græcos et Latinos missæ ordinem ut sibi visum est statuerunt, *ibid.*, 944. Romani a B. Petro principe apostolorum usum observationum acceperunt, *ibid.* Suis quique temporibus quæ congrua judicata sunt, addiderunt, *ibid.* Ambrosius Mediolanensis episcopus missæ dispositionem ordinavit in sua Ecclesia, *ibid.*, 944. Sanctus Alexander anno Christi 121, Passionem Domini miscuit in precatione sacerdotum quando missæ celebrantur, id., CXIII, 949; Anastasius Bibliothec., CXXVII, 1147; Joannes archiepisc., Rotomag., CXLVII, 212. — Et instituit usum aquam benedicendi et aspersionem, Joannes Rotomag., *ibid.* S. Telesphorus anno Christi 142 constituit ut hymnus diceretur angelicus, hoc est, *Gloria in excelsis Deo*, ante sacrificium, B. Alcuinus, CI, 1245; Anastasius biblioth., CXXVII, 1175; CXXIX, 1163; CXXXVIII, 1174; CXXXIX, 537.

S. Cœlestinus anno Christi 423 constituit ut centum quinquaginta psalmi David ante sacrificium psallerentur antiphonati, quod antea non fiebat nisi tantum recitabantur epistolæ, etc., B. Alcuinus, CI, 1244; Anast., biblioth., CXXVIII, 200; CXXXI, 1063; CXXXIX, 543. — Quinam reputetur auctor canonis missæ incipientis ab oratione, *Te igitur*, etc., usque ad Orationem Dominicam, S. Gregorius Magnus, LXXVIII, 273; Anast. biblioth., CXXVIII, 430. — S. Symmachus, anno Christi 498, constituit ut omni die Dominico vel Natalitiis martyrum hymnus diceretur angelicus, id est *Gloria in excelsis*, B. Alcuinus, CI, 1245; Anast. Bibliothec., CXXVIII, 454. — S. Gregorius, anno Christi 590, augmentavit in peccatione canonis : *Diesque nostros in tua pace disponas*, etc., Walafrid. Strab., CXIV, 949; Anast. bibliothec., CXXVIII, 646; CXXIX, 1230; CXXXI, 1054; CXXXIX, 554. — Sergius anno Christi 687 statuit ut tempore confrationis Dominici corporis, *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis* a clero et populo decantetur, B. Alcuinus, CI, 1246; Walafrid. Strab., CXIV, 950. Anast. biblioth., CXXVIII, 898; CXXXI, 1149; CXXXIX, 565. Primus Xystus VIII papa instituit hymnum, *Sanctus, sanctus, sanctus*, id. CXLVII, 662. Damasius XXXV papa *Credo in unum Deum* solemnibus diebus cantari instituit ex decreto sanctæ universalis synodi a CL episcopis Constantinopoli celebratæ, id., CXLVII, 212. Leo papa quadragesima tertiusin canone missæ addidit, *Sanctum sacrificium, immaculatam Hostiam, ibid.*

XVII. — *Varia statuta de missa.*

Instituitur ut hymnus trium puerorum in cunctis missarum solemniis decantetur, S. Isidorus Hispal., conc. Tolet. IV, LXXXIV, 371. Statuitur ut eodem ordine missæ celebrentur ab omnibus, *ibid.*, 566. Statuitur ut episcopi et presbyteri uno modo populum salutent dicentes : *Dominus sit vobiscum*, et respondeatur a populo, *Et cum Spiritu tuo*, *ibid.*, 566. In omnibus ecclesiis die Dominica Symbolum recitetur, *ibid.*, 351. — Omni die Dominico ante missam aquam benedictam facite, unde populus et loca fidelium aspergantur, S. Ildefonsus Tolet., XCVI, 1377. — Unusquisque presbyter missam Ordine Romano celebret, Carolus Magnus, XCVII, 750. — Anastasius papa instituit ut quotiescunque Evangelium legitur, sacerdotes non sederent sed circumstarent, B. Alcuinus, CI, 1245. — Constituitur supra memorias martyrum missas celebrari, a quo, Rabanus Maurus, CVII, 357. — Telesphorus papa constituit ut nullo tempore ante horæ tertiæ cursum ullus præsumeret missam celebrare, Walafrid. Strab., CXIV, 951. Zephirinus, Romanus pontifex vicesimus sextus, patenis vitreis missas celebrare constituit, *ibid.*, Anast. Biblioth., CXXVII, 1315. — Sylvester papa constituit sacrificium altaris non in serico, non in panno tincto celebrari, nisi tantum lineo e terra procreato, Walafr. Strab. CXIV, 951; Anast. biblioth., CXXVII, 1513. — Stephanus vicesimus quartus (papa) constituit sacerdotes et levitas vestibus sacratis in usu quotidiano non uti, nisi in ecclesia tantum, Walafr. Strab., CXIV, 952. — Nulla femina ad altare accedat, nec calicem Domini tangat, Leo papa IV, CXV, 677. — S. Innocentius anno Christi 402 mandat pacem post confecta mysteria dandam esse. Anast Biblioth., CXXIX, 1193. Item præcepit ut prius oblationes in missa commendentur, postea vero eorum nomina, quorum oblationes sunt, recitentur, *ibid.* S. Leo I, anno Christi 440, præcepit ut in solemnitatibus, quoties basilicam, ad quam itur, præsentia novæ plebis impleverit, toties sacrificium subsequens offeratur, *ibid.*, 1208. Pelagius II, anno Christi 576, memorat novem præfationes in sacro catalogo solummodo recipiendas, *ibid.*, 1229. Ut in altari ubi episcopus missam facit, non liceat ipso die sacerdoti missam celebrare, id. CXXXVIII, 413.

Ut omnis presbyter in sua ecclesia singulis Dominicis diebus aquam benedicat ante missarum solemnia, Burchardus Wormaciensis, CXL, 634. Innocentius pacis osculum dari decrevit et omnibus datur, id., CXXIX, 1195; CXL, 892. Statuitur ut de de cætero singuli curati seu eorum vicarii diebus Dominicis in pronao missarum parochialium alta et intelligibili voce proferre habeant, et distincte dicere Orationem Dominicam : *Pater noster*, et utrumque *Credo*, id., CXLVII. 239. — B. Alexander Evaristi successor instituit ut panis tantum azymus offerretur, B. Lanfrancus, CL, 861. — Ut oblatio altaris singulis diebus Dominicis fiat, ex decretis Fabiani papæ, Ivo Carnot., CLXI, 168. Ut omnes presbyteri in diebus festis post sermonem missarum inter solemnia habitum admoneant populos quas preces fundere debeant, ex conc. Aurelian., *ibid.*, 193. Ut preces et præfationes quæ in concilio probatæ non fuerint, non celebrentur, ex conc. Africano, *ibid.*, 213.

XVIII. — *Quæstiones theologicæ de missa. — Ratio mystica quorumdam rituum missæ.*

Explanatio mystica aquæ, granorum tritici unde efficitur panis, vini, et commistionis vini cum aqua, B. Alcuinus, C, 289. Defertur Evangelium ad analogium, præcedentibus cereis, quare, id., CI, 1250. Ad hanc salutationem *Dominus vobiscum* ante evangelium dictam, populus crucem in frontibus ponit, quare, *ibid.*, 1251.

Perlecto evangelio, iterum se signo crucis populus munire festinat, quare, B. Alcuinus, CI, 1251. — Aquæ vino mistæ mystica significatio, S. Cyprianus, IV, 384; S. Isidorus Hispal., LXXXIII, 755; Theodulp. Aurelian., CV. 1131; Rabanus Maurus, CVII, 320. Tangit quatuor latera calicis, quare, *ibid.*, 325. Per particulam oblatæ immissæ in calicem quid ostenditur, *ibid.* 326. Per relictam in altari quid insinuatur, *ibid.* — Post cœnam calicem obtulit Dominus, quare, Florus Lugdunensis, CXIX, 24. In sacrificio corporis Christi a gratiarum actione incipimus, quare, *ibid.*, 30. — Cur hoc mysterium ante passionem discipulis traditur. S. Paschasius Radbertus, CXX, 1325. — Cur in pane et vino et hoc mysterium celebretur, Gezo abbas, CXXXVII, 374; CXLV, 881.

Quare tres partes fiunt ex corpore Christi, Ivo Carnot., CLXI, 1076. — Cur panem et vinum elegit Christus ad conficiendam eucharistiam, Hildebertus, CLXXI, 535. —

i mortale an immortale corpus suum in cœna Chri-
scipulis tradidit, Hugo de S. Victore, CLXXXVI,
· Septuaginta duæ cruces fiunt in canone super
m et calicem, cur, Honorius Augustod., CLXXII,
ɔpties *Dominus vobiscum* dicitur in missa, cur, *ibid.*,
pane et vino et aqua sacrificium missæ fiat, *ibid.*,
— Quare post sacramentum typici agni Dominus
t discipulis suis sacramentum corporis et sanguinis
ugo de S. Victore, CLXXV, 530. Cur sub alia spe-
non sub propria hoc sacramentum dederit, *ibid.*
in specie panis et vini Christus sacramentum cor-
ɔt sanguinis sui instituit, id., CLXXVI, 467; Inno-
ı III, CCXVII, 854. — Cur in specie panis po-
nam alterius cibi, Petrus Abælardus, CLXXVIII,
Cur in vino quoque sanguinem suum dare maluit
in alio potu, *ibid.*, Algerus, CLXXX, 822. Cur
Christi magis consecretur in pane candido quam
vel cujuscumque coloris, *ibid.*, 827. — An conse-
anius speciei sine altera valida sit, S. Bernardus,
XII, 181; Innocentius III, CCXVII, 872. Utrum
tate cogente, vel casu interdecente, sola panis
ı possit in eucharistiam consecrari, *ibid.*, 873.

XIX. — *Variæ missæ.*

ɔ ordinis anni circuli ex libro primo Sacramento-
.omanæ Ecclesiæ, Sacrament. Gelasian., LXXIV,
seq; S. Gregor. Magn., LXXVIII, 25 *et seq.* —
de natalitiis sanctorum (orationes et preces) ex
ɔcundo Sacramentorum Romanæ Ecclesiæ, Sacra-
Gelas., LXXIV, 1156 *et seq.*; S. Gregor. Magn.,
II, 26 *et seq.*
ɔ pro Dominicis diebus (orationes et preces cum
) ex libro tertio Sacram, Sacrament. Gelas.,
, 1189 *et seq.*: S. Gregor. Magn., LXXVIII, 25

ı ad pluviam postulandam, Sacrament. Gelasian.,
, 1209; S. Gregorius Magnus, LXXVIII, 209;
ius Sangall., CXXI, 837. — Missa ad poscendam
ıtem, Sacram. Gelasian., LXXIV, 1210; S.
us Magn., LXXVIII, 210; Grimaldus Sangall.,
837. — Missa pro pace, Sacrament. Gelasian.,
, 1217; S. Gregorius Magnus, LXXVIII, 205;
ius Sangall., CXXI, 834. — Missa in tempore belli,
ent. Gelasian., LXXIV, 218; S. Gregor. Magnus,
II, 204; Grimaldus Sangall., CXXI, 833. — Ex-
ex Codice Avell., CLI, 904. — Missa pro iter agen-
Sacrament. Gelasian., LXXIV, 1201; S. Gregor.
LXXVIII, 211; Orimald. Sangall., CXXI, 831;
ent. Vetus., CLI, 858. — Excerpta ex primo co-
ell., CLI, 905, — Missa pro peccatis, S. Gregor.
LXXVIII, 203; B. Alcuinus, CI, 448. — Ex-
ex primo codice Avellan., CLI, 902. — Missa pro
ɔ lacrymarum, B. Alcuinus, CI, 448. — Excerpta
ıo codice Avellan., CLI, 903. — Missa ad postu-
ngelica suffragia, B. Alcuinus, CI, 449. — Missa
ne vivorum, Sacrament. Gelasian., LXXIV, 1242;
gor. Magn., LXXVIII, 237; Grimaldus Sangall.,
830. — Misso tempore mortalitatis, Sacrament.
n., LXXIV, 1207; S. Gregor. Magn., LXXVIII,
- Missa de gratia sancti Spiritus postulanda, B.
us, CI, 446. Excerpta ex primo codice Avellan.,
00, etc., etc. Videantur ad reliqua, Sacrament.
Gelasian., LXXIV, 1056 *et seq.*; S. Gregorius Magnus, LXXVIII, 25 *et seq.*; B. Alcuinus, CI, 445 *et seq.*; Grimald. Sangall., CXXI, 814 *et seq.*; Sacrament. vetus, CLI, 836 *et seq.* Excerpta ex primo codice Avellan., CLI, 888 *et seq.* Excerpta ex secundo, *ibid.*, 910 *et seq.*

XX. — *De variis missæ partibus.*

De Introitu missæ, quid, cur repetitur, S. Gregorius Magn., LXXVIII, 265; Micrologus de Eccles. observ., CLI, 979; Innocentius III papa, CCXVII, 808. — De *Kyrie eleison*, modus canendi apud Græcos et apud Latinos, quare novies decantatur, et quatre sex vicibus dicitur *Kyrie, eleison*, et tribus *Christe eleison*, S. Gregor. Magn., LXXVIII, 265; Amalarius presbyter, CV, 1113; Innocentius III papa, CCXVII, 809. — De *Gloria in excelsis*, S. Gregor. Magn., LXXVIII, 267; Amalarius Metens., CV, 1115; Innocentius III papa, CCXVII, 810. — De Oratione seu Collecta in prima parte missæ, S. Gregorius Magnus, LXXVIII, 267; Amalarius Metensis, CV, 1115; Innocentius III papa, CCXVII, 814. — De Espistola, a quibus legebatur olim, S. Gregor. Magn., LXXVIII, 269; Micrologus de Ecclesiast. observat, CLI, 982; Innocentius III, CCXVII, 816. — De Evangelio, S. Gregor. Magn., LXXVIII, 479; Amalarius Melensis, CV, 1126; Micrologus de Ecclesiast. observat., CLI, 982; Innocentius III, CCXVII, 820, 824. — De Offertorio, S. Gregor., Magn., LXXVIII, 269; Amalarius Metensis, CV, 1132; Innocentius III, CCXVII, 850. — De Præfatione, S. Gregorius Magnus, LXXVIII, 269; Innocentius III, CCXVII, 835. — De Canone, S. Gregor. Magn., LXXVIII, 562, Amalarius Metensis, CV, 1135; Micrologus, CLI, 984; Innocentius III, CCXVII, 848. — De Consecratione, S. Gregorius Magn., LXXVIII, 562; Innocentius III, 858, 859. — De Oratione Dominica, S. Gregor. Magn., LXXVIII, 281; Amalarius Metensis, CV, 1148. — De *Agnus Dei*, Amalarius Metensis, CV, 1153. — De ultima Benedictione, S. Gregor. Magn., LXXVIII, 288; Amalarius Metensis CV, 1155.

XXI. — *Libri de missa tractantes.*

De celebratione missæ et ejus significatione, Alcuinus, CI, 1246.
· De officio et de ordine missæ, Raban. Maur., CVII, 321, 322.
Opusculum de expositione missæ, Florus diaconus, CXIX, 15.
Missæ Gallicanæ undecim, id. CXXXVIII, 863.
Missæ Æthiopum quæ etiam appellatur canon universalis, *ibid.*, 908.
Expositio super missam, *ibid.*, 1164.
Missa Latina, *ibid.*, 1305.
Libellus de quibusdam rebus ad missæ officium pertinentibus, id. CXLII, 1036.
Expositio canonis missæ, id. CXLV, 880.
Micrologus de ecclesiasticis observationibus, id. CLI, 978.
Expositio in Canonem missæ, id. CLX, 1053.
Tractatus brevis de sacramento altaris, id. CLXXI, 1149.
Liber de expositione missæ, *ibid.*, 1154.
Versus de mysterio missæ, *ibid.*, 1177.
Libellus de sacrificio missæ, id. CLXXX, 730.
De officio missæ, Isaac abbas de Stella, CXCIV, 1889.
Liber de sacramento altaris, CCIV, 642.

CI.

INDEX DE PŒNITENTIA LATIORI SENSU SUMPTA,

VEL

DE VIRTUTE PŒNITENTIÆ, ORDINE LOGICO REFERENS VARIAS SS. PATRUM SENTENTIAS

DE ILLIUS NATURA, NECESSITATE, ETC.,

—

MONITUM.

Pœnitentia ut virtus definiri potest : Virtus moralis infusa, seu habitus supernaturalis mentem inclinans ad detestandum peccatum et de eo dolendum quatenus est offensa Dei, cum emendationis et satisfactionis proposito et spe ac petitione veniæ ; vel aliter brevius : Gratia est virtus qua mala ommissa plangimus et odimus. In hoc Indice vicissim disserimus : I. De natura pœnitentiæ ; II. De necessitate ; III. De conditionibus ; IV. De fructibus hujus virtutis ; V. Exhibemus eximia pœnitentium exempla.

I. — *De natura pœnitentiæ.*

Pœnitentia omnis confessio est delicti, Tertull., II, 769. Pœnitentiæ nomen non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est, *ibid.*, 314. — Pœnitentia sui correctio est, Lactantius. VI, 1081. Agere pœnitentiam, nihil aliud est quam profiteri se alterius non peccaturum, *ibid.*, 684. — Pœnitentia est mala præterita plangere, et plangenda iterum non committere, S. Ambrosius, XVII, 655. Est prioris ævi damnatio et in futuro promissa correctio, *ibid.*, 969. Hæc vera pœnitentia est, jam cessare a delicto, *ibid.*, 289. Pœnitentiam agere nihil prodest, nisi ita agatur, et prodest, id., XIV, 1009. Plena pœnitentiæ definitio, commemoratio delictorum, *ibid.* Qui pœnitentiam agit, commoveri non debet, si quis ei peccati sui crimen objiciat, *ibid.*, 1014. — Pœnitere est pœnam tenere, S. August., XL, 1128. Pœnitentia est domum Dei, XLV, 1630 ; XL, 271, 421. Pœnitentia triplex, id., XXXIX, 1537, 1550. Prima quæ ante baptismum, *ibid.* Altera quæ hic omnium est ac perpetua, *ibid.*, 1556. Tertia severior, pro peccatis mortiferis, *ibid.*, 1542, 1558. — Pœnitentiæ definitio, Cassianus, XLIX, 1154. — Pœnitentia hominis mutatio voluntatis, S. Fulgentius, LXV, 472. Donum Dei, *ibid.* Nemo potest in hac vita pœnitentiam agere, nisi quem Deus converterit, *ibid.*, 702. — Perfecta pœnitentia est peccata futura cavere, et lugere præterita, Cassiodorus, LXX, 361. Pœnitentia est medicina inæstimabilis, *ibid.*, 222. — Est quoddam judiciale genus, *ibid.*, 65. — Pœnitentiam agere, nihil aliud est quam favillam se cineremque cognoscere, Taio Cæsaraug., LXXX, 904. — Pœnitentia appellata quasi punientia, eo quod ipse homo in se puniat pœnitendo quod male admisit, S. Isidorus Hisp., LXXXII, 258. — Pœnitentia nomen sumpsit a pœna, quia anima cruciatur, et mortificatur caro, Defensor., LXXXIII, 622. Pœnitentia est medicamentum vulneris, spes salutis, per quam Deus ad misericordiam provocatur, *ibid.* — Pœnitentia dicta est a pœnitendo quod aliquis corde pœniteat, et se peccasse coram Deo erubescat, S. Gregorius III, LXXXIX, 587. — Pœnitentia est medicamentum vulneris, spes salutis, per quam peccatores salvantur ; quæ non tempore pensatur, sed profunditate luctus et lacrymarum, Alcuinus, CI, 1282. — Pœnitentia appellata, quasi punientia, eo quod ipse homo punit in se pœnitendo, quod male admisit, Rabanus, CXI, 137. — Pœnitentiam agere, est prioris vitæ errores in se punire, deinde promissionibus regni cœlestis spe animos ad superna erigere, atque ad melioris vitæ actus studia provocare, S. Paschasius, CXX, 150. Pœnitentia a puniendo recte vocari creditur, quia quisque punit quæ novit se illicite commisisse, quod nemo digne valet agere, nisi per sapientiam illustratus, cœperit inter bonum et nisi per sapientiam illustratus, cœperit inter bonum et malum discernere, *ibid.*, 751. — Pœnitentia de pœna accepit nomen, ut homo peccator habeat pœnam in corpore, Abbo, CXXXII, 767. — Pœnitentia est præteritorum humilis satisfactio peccatorum, et cavendorum provida sollicitudo futurorum, finis et odium mali, quoddam initium et amor boni, Goffridus, CLVII, 241. — Pœnitentia est cœna accepta animæ, Godefridus, CLXXIV, 997. — Pœnitentia alia est interior, alia exterior, Hugo de S. Victore CLXXVI, 555. Pœnitentia est pœnam tenere, ut semper puniat, in se ulciscendo, quod commisit peccando, Petrus Cantor., CCV, 346. Pœnitentia est vindicta semper puniens in se quod commisisse dolet, *ibid.* — Pœnitentiæ origo, Alanus de Insulis, CCX, 173. Pœnitentia duplex transiens et perseverans, *ibid.* Pœnitentiæ variæ acceptiones, 294. Pœnitentia interior et exterior, *ibid.* Civilis, privata, ecclesiastica, *ibid.*, 295.

II. — *De necessitate pœnitentiæ.*

In quantum non peperceris tibi, in tantum Deus tibi parcet., Tertull., I, 1244. — Pœnitentia necessaria lapsis, S. Cyprianus, III, 812. — Cum forte aut re aut verbo lapsi fuerimus, statim resipiscamus, ac nos deliquisse fateamus, Lactantius, VI, 1081. Qui pœnitentiam tollit, viam vitæ sibi amputat, quia nemo tam justus esse potest, ut nunquam sit ei pœnitentia necessaria, *ibid.* — Pœnitudo lapsis necessaria est, sicut vulneratis necessaria sunt medicamina, S. Ambrosius, XVI, 376. Quotidiani nos debet pœnitere peccati, *ibid.*, 520. Si aquam non habeo, habeo lacrymas, quibus dum pedes Christi lavo, utinam me ipsum diluam, *ibid.*, 513. Non est differenda pœnitentia, *ibid.*, 520. Majora crimina majoribus abluuntur fletibus, *ibid.*, 469. Fortius dolendum, ubi peccatum est fortius, *ibid.* 379. Qui agit pœnitentiam non solum diluere lacrymis debet peccatum suum, sed etiam emendationibus factis operire et tegire delicta superiora, *ibid.*, 506. Fides quæ superiora peccata deplorat, nova cavere consuevit, *ibid.*, 116. Facilius inveni qui innocentiam servaverint, quam qui congrue egerint pœnitentiam, *ibid.*, 525. —Pœnitentia est omnibus necessaria, S. August., XXXIX, 2033, 2220. Assidue peccantibus est assidue necessaria, id., XL, 1119. Sine pœnitentia spontanea non est reditus ad pristinum statum, id., XXXIX, 2202. Quandiu vivimus est agenda, *ibid.*, 2020, 2221, 2223. Pœnitentia sub spe misericordiæ Dei non est procrastinada, *ibid.*, 1802, 1969, 2208, 2218, 2226. Pœnitentiæ medicamenta adhibeantur, dum adhuc calent peccatorum vulnera, *ibid.*, 1803, 1974, 2219 ; XL, 1177. Pœnitentiam in senectutem reservare, quam periculosum, quam stultum, quam injustum, quam Deo odibile, id., XXXIX, 2046, 2220. — Pœnitentia facienda, S. Petrus Chrysolog., LII, 545. Pœnitentia agenda, cum propinquat regnum cœlorum, *ibid.*, 637. — Conversio ab iniquitate et ab impietate præcipitur, S. Fulgentius, LXV, 540. Paulus non lugeret multos qui peccaverunt et non egerunt pœnitentiam, si sine conversione cordis remissionem crederet conferendam, *ibid.*, 558. In Epistola Pauli ad Hebræos non solum conversio significatur necessaria, verum otiam præcipitur usque in finem perseverantia retinenda, *ibid.*, 559. Non mutabitur in corruptionem qui in hoc sæculo non fuerit immutatus per conversionem, *ibid.*, 560. Pœnitentia lapsis post baptismum summe necessaria, *ibid.*, 702. Etiam justis necessaria in hac vita, *ibid.* — Pœnitentia prævenienda est

ni, S. Gregorius Turon., LXXI, 528. — Quæ et quan- ecessaria sit peccatoribus pœnitentia, S. Gregorius us, LXXVI, 1085. — Festinare debet ad Deum pœni- unusquisque, dum potest, ne, si dum potest nolue- m tarde voluerit; omnino non possit, S. Isidorus , LXXXIII, 616. Qui cupit certus esse in morte de entia, sanus pœniteat sanusque perpetrata facinora , *ibid.* Lapsi præterita admissa considerent, atque ientia devitent, *ibid.*, 1187. — Putredo carnis ferro t et cauterio. Defensor, LXXXVIII, 620. Homo ini- qui per nefas perituras divitias congregavit, si ali- o conversus, evadere cupit æterna supplicia, debet ere, ut multitudinem peccatorum possit exæquare te virtutum, *ibid.* Necessarium est ei qui vult omni- purgare a peccato, primum ipsas culpas succidere, 621. — Ædificatio hominis per pœnitentiam et la- s, S. Ildefonsus, XCVI, 170, Si novit hirundo pul- succo oculare chelidoniæ, et dictamnum capræ nt vulneratæ, cur nos ignoramus medicinam pro- m esse peccantibus, Jonas, CVI, 136. Debemus nos post ruinam, *ibid.* — Agamus pœnitentiam cum is, orationibus, jejuniis, eleemosynis, cæterisque operibus, pro peccato et sceleribus nostris, ne sine perpetuis cruciemur pœnis, Haymo. CXVIII, 929. us quisque ad pœnitentiæ portum confugiat, secu- prehendat, et teneat, Lupus, CXIX, 640. — Se- m est prius per pœnitentiam, ut post recte surga- er indulgentiam, quia quisquis nunc se sponte per ntiam non humiliat, nequaquam hunc sequens glo- aliat, Hincmarus, CXXV, 633. — Pœnitentiam non stinemus, sed propere convertamur, Radulphus, 1669. — Cum nos Dei imagines simus, nos ipsos Deo debemus lavantes maculas peccatorum, S. Bruno, , 449. Qui peccavit et pœnituit, innocenter vivere ut Deo accepta et fructuosa sit ejus pœnitentia, 467. Non erubescat pœnitere, qui non erubuit e, *ibid.*, 471. — Pœnitentia ad salutem necessaria, us. CLXX, 464. Pœnitentia agenda est quia pec- , id., CLXVIII, 196.

III. — *De conditionibus pœnitentiæ.*

emendatio nulla, pœnitentia necessario vana, Ter- l, 1228. — Pœnitentia crimine minor non sit, S. nus, IV, 492. — Pœnitentia vera non annis, sed contritione censetur, S. August., XXXIX, 2216. a est, quæ pœnitenda non admittit, et admissa id., XLII, 1218. Seu quando sic convertitur quis, peccatum non revertatur, id., XXXIX, 1977. Pœ- am certam non facit, nisi odium peccati et amor *d.* Pœnitentia non ex fide procedens nec chari- terilis manet, nec lavat crimina, id., XL, 1122. atia de omnibus omnino peccatis debet dolere, 1121, 1128. Pœnitentia humilior, *ibid.*, 220. Pœni- humilitas quam necessaria, id., XXXIX, 1535. Hu- o pœnitentiæ ad Deum acceditur, id., XXXVI, 374. ntia est quædam in se ipsum iracundia, id., III, 133. Vis fugere a Deo? fuge ad ipsum; vis ab irato? fuge ad placatum, id., XXXVII, 1913. m anima puniens compungat, ne in Dei judicio ta torqueatur, id., XXXVI, 80. Deum placat qui s in misericordia ejus, ita de cætero peccato ca- de cæteris peccatis veniam deprecetur, id., XXXV, — Conversio tunc vera in homine si impietas et as pellatur ex corde, S. Fulgentius, LXV, 540. nversionis conditione promissio salutis omnino , *ibid.*, 536. Solis vere conversis, in Ecclesiæ gre- nstitutis, et in hoc adhuc sæculo viventibus, da- missio peccatorum, *ibid.*, 532. Remissio peccato- nnisi in conversione cordis sortitur effectum, *ibid.*, onversio vera ibi tantum esse potest, ubi est et des, et vita bona, *ibid.*, 551. Gemitus sine conver- vulnus est sine medicamine, *ibid.*, 566. Pœniten- e temporis opportunitate sterilis, *ibid.*, 551. Ina- œnitetur, si indulgentia desperetur, *ibid.*, 355. — nvia respuit avaritiam, horrescit furorem, fugit lu- firmat amorem, culcat superbiam, linguam con- componit mores, odit mala, excludit vitia, etc., sarius, LXVII, 1082. In corde ejus contritio est, confessio, in opere toto humilitas, hæc est per- t fructuosa pœnitentia, *ibid.* Pœnitentia vera quo- agenda, id., LXXIII, 486. — Quibus monitis exci- qui peccata quæ d serunt, non plangunt, S. Gre- Magnus, LXXVII. 110. Quo quis sua respicere sat peccata, eo ipso a Deo minus respi iuntur, Nemo a peccatis debet esse securus, donec ea ndi tempus præterierit, *ibid.*, 898. Pœnitentiam gere est commissa plangere, et plangenda decli- nare, *ibid.*, 1163. — Amaritudo pœnitentiæ facit animum, et sua facta subtilius discutere et dona Dei, quæ con- tempsit, flendo commemorare, S. Isidorus, LXXXIII, 615. Duplicem habere debet fletum in pœnitentia omnis peccator; quod enim oportuit non gessit, et gessit quod agere non oportuit, *ibid.* — Non longitudinem temporis requirit Dominus, sed affectum sinceritatis pœnitentis pensat, Defensor, LXXXVIII, 620. Saccus et jejunium arma sunt pœnitentiæ et remedium peccatorum, *ibid.* Non delictis satisfacimus, si ab iniquitate non cessamus, *ibid.* Pœnitentia agenda est non verbo, sed facto, *ibid.*, 621. Lavatur et non est mundus, qui plangit quod gessit, nec deserit, et post lacrymas quæ fleverat repetit, *ibid.* Secundum morbum impendenda est medicina, juxta vul- nus adhibenda sunt remedia, *ibid.* — Qui plangit pecca- tum, et iterum admittit, quasi si quis lavet laterem cru- dum, quem quanto magis eluerit, tanto amplius lutum facit, Smaragdus, CII, 612. Ille pœnitentiam digne agit qui reatum suum satisfactione legitima plangit, conde- mnando atque deflendo quæ gessit, tanto inde plorando profundius, quanto exstituit in peccando proclivius, *ibid.* — Perfecta pœnitentia est præterita deflere, et futura non admittere, Rabanus Maurus, CXI, 138. Vera pœni- tentia, id., CXII, 1304. Qualiter sit pœnitentia agenda, *ibid.*, 1327. — Si inter Deum et hominem peccata sepa- rant, tollantur e medio per pœnitentiam, Haymo, CXVIII, 925. Qui sunt fructus digni pœnitentia, nisi ut facias quæ contraria sunt peccato? *ibid.* — Cum omni humilitate et puritate cordis, sine in pœnitendum est, Abbo, CXXXII, 769. — Nihil pœnitentibus prodest habitus mutatio, nisi adsit cordis conversio, Ratherius, CXXXVI, 714. Non prodest pœnitentia illis qui peccatum quod plangunt, non deserunt, *ibid.*, 520. — Ita præterita peccata plangamus, ut nulla deinceps plangenda faciamus. Goffridus, CLVII, 242. — Vera pœnitentia est commissa flere et flenda non committere, S. Bruno Astens., CLXIV, 429. Pœnitens debet lavare peccata sua in aquis viventibus, in operibus scilicet spiritualibus, eleemosynis, jejuniis, etc., *ibid.*, 435. Si quis duram agat pœnitentiam, non proficit ad sa- lutem, nisi ab omnibus prorsus gravibus peccatis absti- neat, *ibid.*, 828. — Digna pœnitentia non tantum carnis maceratione vel temporis longitudine, quantum cordis contritione compensatur, CLXV, 178. — Pœnitentia vera quæ sit, Rupertus, CLXVIII, 978. — Non est digna pœ- nitentia pœnitere de præteritis peccatis, nisi de cæteris cessetur, Hildebertus, CLXXI, 442. — Plus valent lacrymæ in pœnitentia, quam multi temporis cum gaudio et risu jejunia, *ibid.* Pœnitentia non prodest nisi integra, *ibid.*, 875. — Pœnitentia facienda est cum discretione, Godefri- dus, CLXXIV, 1138. Peccatum a peccato distinguendo, *ibid.*, 1069. Hanc consequi debent justa desideria, *ibid.*, 826. Et humilitas, *ibid.*, 865. Et opera, *ibid.*, 1071. — Si dis- plicet tibi quod fecisti, pœnitentiam agis, si persequeris et punis quod fecisti, pœnitentiæ fructus facis, Hugo de S. Victore, CLXXVI. 555. — De fructuosa pœnitentia, Abælardus, CLXXVIII, 663. — Pœnitentiæ veræ indicia, S. Bernardus, CLXXXII. 967. — Pœnitentiæ facit dignos fructus, qui exhibet membra sua servire justitiæ et san- ctificationi, Ælredus, CXCV, 293. — Ea vera pœnitentia est qua sic retroacta peccata conspiciuntur, ut futura timeantur, Wolbero, CXCV, 1232. — Vera pœnitentia est abominatio peccati cum voto cavendi, confitendi, satisfa- ciendi, Richardus, CXCVI, 1163. Pœnitentiæ laborem de- bet præcedere humilitas, Petrus Cantor., CCV, 348. Ut fructuosa agatur pœnitentia, arripiendi labores ejus, *ibid.* Age pœnitentiam dum vivis, condignam et fructuosam, quod erit, si totius illecebrosæ voluptatis blandimenta contempseris, si uberius fleveris, si largius pauperes sus- tentaveris, si charitate ardentius flagraveris. etc., *ibid.*, 349. De cautela pœnitentiæ, *ibid.*, 350, 331. Plures sunt causæ accelerandæ pœnitentiæ, consuetudo peccandi, ruina de peccato in peccatum, mors subitanea, intempesta, et incerta, difficultas pœnitendi, etc., 357. — Quæ sit vera pœnitentia, et qui sint digni pœnitentia fructus, S. Martinus Legion., CCVIII, 496. — Pœnitentia vera et falsa, Absalo, CCXI, 105. Qualis et quanta debeat esse pœnitentia, CCXIII, 879.

IV. — *De fructibus pœnitentiæ.*

Pœnitentia Deus mitigatur, Tertullianus, I, 1243. Af- flictatione carnis et spiritus de pristinis satisfacimus, *ibid.*, 1223. Pœnitentiæ fructus, venia, id., II, 1001. Omnibus delictis veniam per pœnitentiam spopondit Deus, id., I, 1233. Quoties delinquitur, toties ignoscitur, *ibid.*, 1240. Ex pœnitentia maturescit emendationis fru- ctus, id., II, 1001. Pœnitentia in gratiam Domini nos revocat, id., I, 1251. — Pœnitentiæ fructus, S. Cyprianus,

IV, 561. Pœnitentia corroborat ad repetendum certamen, *ibid.*, 494. Verus pœnitens factus ad prælium fortior per dolorem, *ibid.* Vera pœnitentia non solum veniam meretur, sed et coronam, *ibid.* — Magnum est pœnitentiæ auxilium, magnum solatium, Lactantius, VI, 1081. Illa est vulnerum peccatorumque sanatio, illa spes, illa portus salutis, *ibid.* — Pœnitentia remedium peccati est, S. Ambrosius, XVI, 518. — Propter spem venire agitur, *ibid.*, 499. Deus qui pœnitentiam exigit, veniam pollicetur, *ibid.*, 481. Exspectat gemitus nostros, sed temporales, ut remittat perpetuos; exspectat lacrymas nostras, ut profundat pietatem suam, *ibid.*, 473. Præcedit pœnitentia, sequitur gratia, neque pœnitentia, sine gratia, neque gratia sine pœnitentia, *ibid.*, 1044. Pœnitentia, si de vero animo est, protinus habet fructum, id., XVII, 282. Deus per misericordiam rursum regenerat et reformat pœnitentes, ut non solum sit venia, sed status pristini restauratio, *ibid.*, 276. Pœnitentiam gerere vera medicina est, id., XIV, 1011. Aqua lacrymarum, aqua pœnitentiæ secundum est poculum, quo primum repares, *ibid.*, 1014. Deus facile reconciliatur, quando impense rogatur, id., XV, 1759. Dulcia judicia agenti pœnitentiam, *ibid.*, 1266. — Pœnitentia secunda post naufragium est miseris tabula, S. Hieronymus, XXII, 1115. Septuagies septies delinquenti, si convertatur ad pœnitentiam, peccata donantur, *ibid.*, 1044. — Pœnitentiæ effectus, S. Augustinus, XXXIX, 2229; XL, 1123. Pœnitentiam veram agenti cito dimittuntur peccata, *ibid.*,, 1323. Ante pœnitentiam nullum poterit remanere peccatum, *ibid.*, 1114, 1116. Pœnitentia defectos revocat ad perfectum, id., XLV, 1631. Pœnitentia et veniam meretur et reformationem, id., XXXV, 2304, 2305. Pœnitenti non solum culpas remittit Deus, sed et præmia, promittit, id., XL, 1350. — Pœnitentiæ fructus diversi, Cassianus. XLIX, 1160. — Pœnitentia animæ resurrectio, Eugyppius, LXII, 589. — Per cordis conversionem Deo reconciliamur, S. Fulgentius, LXV, 536. In hac tantum vita fructuosa pœnitentia, *ibid.*, 688. Pœnitentia apud Deum nunquam est sera, *ibid.*, 354. — Pœnitentia omnia adversa mitigat, omnia contrita sanat, S. Cæsarius, LXVII, 1081. Rutilior auro, splendidior sole, lapsos sublevat, recreat desperatos, per eam Christus nobis regnum cœlorum appropinquatum designat, *ibid.*, 1082. — Deus pœnitentes protegit, Cassiodorus, LXX, 590. Confusio pœnitentium æternum tollit opprobrium, *ibid.*, 627. Fœdos peccata reddunt, sed pœnitentiæ lavacra reddunt decoros, *ibid.*, 679. — Pœnitentiæ fructus, S. Gregorius Turon., LXXI, 528. — Per pœnitentiam stola prima recuperatur, S. Gregorius Magnus, LXXV, 990. — Fructus pœnitentiæ in justis, *ibid.*, 1138. Deus nos per pœnitentiam eruit a corruptione, ac deinde a gladio divini judicii, id., LXXVI, 278. Pœnitentia amissam innocentiam reparat, id., LXXV, 990. — Sicut pia mater ministrat de pectore lac infanti, sic pia pœnitentia de cordis compunctione lacrymas porrigit pœnitenti, S. Isidorus, LXXXIII, 1300. Mater lactat infantem ut crescat, pœnitentia lacrymat pœnitentem ut reviviscat etc., pœnitentia pœnitenti, ut nullo modo senescat, *ibid.* Mater non omnibus optat vitam, pœnitentia omnibus optat salutem, *ibid.* Pœnitentia reos recreat, lapsos revelat, fugientes relevat, confractos confirmat, morbidos mundat, etc., *ibid.* — Deus pœnitentibus præsto est, S. Eligius, LXXXVII, 637. Pœnitentia, quamvis sit exigua, non despicitur apud judicem justum Deum, Defensor, LXXXVIII, 619. Pœnitudo mores mutat, *ibid.*, 620. Omne peccatum per pœnitentiam recipit vulneris sanitatem, *ibid.*, 622. Pœnitentibus divina clementia subvenit, et per pœnitentiam indulgentia datur, *ibid.* Qui pro peccatis sibi ipsi non parcit, Deus cito illi indulgentiam tribuet, *ib.*, 623. — Pœnitentiæ compunctione delentur peccata, Alcuinus, CI, 1283. Quamvis quisque sit peccator et impius, si ad pœnitentiam convertatur, consequi posse veniam se per Dei misericordiam non dubitet, *ibid.*, 623. Deus sine labore sanat, sine tarditate medicamenta veniæ præstat, si devota lacrymis scripta in auribus pietatis suæ legatur pœnitentia, *ibid.*, 652. — Oportet accedere ad pœnitentiam cum omni fiducia, et ex fide credere indubitanter pœnitentia aboleri posse peccata, Halitgarius, CV, 655. — Pœnitentia salus animæ, restauratio virtutum, dissipatio vitiorum, expugnatrix dæmoniorum, obstrusio inferorum, etc., Haymo, CXVIII, 926. Peccata, miserante Deo, pœnitentia remittit, et paradisum reserat, contritum sanat. etc., *ibid.*, 929. Per pœnitentiam David, post flagitium, iterum recepit Spiritum sanctum. Per eam Manasses, post cruenta facinora, meruit esse receptibilis. Per eam Petrus, etc., *ibid.* His qui relinquunt culpam, et lacrymabiliter postulant veniam, facilis est Deus præstare indulgentiam, Lupus, CXIX, 640. — Adeo efficax et potens est pœnitentia ad abolenda peccata, ut etiamsi in ultimo vitæ spiritu quis admissorum pœniteat, fructum et spem veniæ salutaris non perdat, Gerardus, CXLII,1298. — Lacrymarum mador omni labe animam purificat, et ad proferenda virtutum germina nostri cordis arva fecundat, S. Petrus Damianus, CXLX- 308. Pœnitentia ostium paradisi peccantibus clausum, quando vult, aperit, Goffridus, CLVII, 241. — Nullum est tam grave peccatum, quod non possit per pœnitentiam deleri, S. Anselmus, CLVIII, 737. Miseretur Deus omnibus per pœnitentiam opera bona suas malitia mundantibus, *ibid.*, 872. Certi esse debent peccatores se veniam obtinere, si peccata sua curent dimittere, et pœnitentiam agere, *ibid.*, 738. — Omne peccatum per pœnitentiam dimittitur, B. Odo, CLX, 1114. — Per pœnitentiam peccator ab infirmitate convalescit, S. Bruno Ast., CLXIV, 713. Pœnitentia voluntatem Dei ad hominis voluntatem inclinat, Godefridus, CLXXIV, 177. Peccata operit, *ibid.*, 122. Veniam obtinet semper et omnibus peccatoribus, *ibid.*, 199. Gaudium affert animæ, *ibid.*, 438. Humilem exaltat in gloria, *ibid.*, 595. Cœna est qua Deus delectatur, *ibid.*, 417. Hominem salubriter turbat, *ibid.*, 1099. Vitia enecat, *ibid.*. 1128. — Pœnitentia refugium peccatorum, miserorum auxilium, exsulum spes, debilium fomes, lumen cæcorum, Hugo de S. Victore, CLXXV, 349. — Anna mater Samuelis per compunctionem et lacrymas meruit habere filium, S. Bernardus, CLXXXIV, 1216. David obtinuit veniam per petrati homicidi atque adulterii; Tobias meruit accipere curationem cæcitatis, et consolationem paupertatis, *ibid.*, 1216, 1217. Maria Magdalena accepit remissionem peccatorum, *ibid.* Ubi lacrymæ fuerint, ibi accenditur spiritualis ignis qui illuminat secreta mentis, *ibid.* — Pœnitentiæ fructus, Robertus Pullus, CLXXXVI, 900, 901. — Pœnitentiæ bona, Thomas, CCVI, 767.

V. — *Pœnitentiæ exempla.*

Opera pœnitentiæ tempore calamitatis publicæ a Christianis acta, Tertullianus, I. 486. Et ab ethnicis, *ibid.*, 487. — Cognovi quosdam in pœnitentia sulcasse vultum, lacrymis, exarasse continuis fletibus genas, jejuno ore semper et pallido mortis speciem spirante in corpore prætulisse, S. Ambrosius, XVI, 494. Ninivitarum pœnitentia proponitur pœnitentibus, id., XVII, 977, Et duplex Davidis pœnitentia, *ibid.*, 979. Et publicani, *ibid.*, 990. Mulieris peccatricis et filii prodigi, *ibid.* Manassis regis et Achab, *ibid.*, 988 *et seqq.* — Pœnitentia publica Fabiolæ quæ sacco induta totaque Roma spectante stabat in ordine pœnitentium ac sparsum crinem, ora lurida, squalidas manus, sordida colla submittebat, S. Hieronymus XXII, 692. Petrus trinam negationem trina confessione delevit. David homicidium et adulterium septem dierum fame emendavit, *ibid.* — Pœnitentia Theodosii, Rufinus, XXI, 525. — Pœnitentia Petri, S. Maximus, LVII, 349. Ninivitarum, *ibid.*, 459. — Pœnitentia Davidis peccatoribus imitanda, S. Paulinus, LXI, 685. — David misericordiam apud Deum efficaciter consecutus, quia ingemuit ex toto conversus, S. Fulgentius, LXV, 537. Conversio nobilis adolescentis Theodori, id., LXXIII, 249. Pœnitentia Arsenii assiduo lacrymantis, *ibid.*, 793. Fabiolæ, *ibid.*, 695. Pœnitentia Simeonis Sytilitæ fune totum corpus constringentis, *ibid.*, 325. Pœnitentiam agit XLIX annorum lapsus episcopus, *ibid.*, 1010. — David post culpam psalmum cantavit. S. Isidorus, LXXXIII, 1300. Manasses coram Domino flevit, Maria lacrymavit, Petrus amare flevit, *ibid.* — David non erubuit ad Domini pœnitenda confugere clementiam, Alcuinus, CI, 1282. Petrus trinam negationem amarissimis abluit lacrymis, et peccatrix femina. Publicanus pœnitendo justificatus recessit a templo, etc., *ibid.* — Exempla pœnitentium, Rabanus Maurus, CXII, 1310, 1312. De pœnitentia David, *ibid.*, 1323. Ninivitarum, *ibid.*, 1324. — Pœnitentiæ exempla in B. Petro, in filio prodigo, in juvene Ephesino, Gerardus, CXLII, 1297, 1298. — Achab regis pœnitentia, Rupertus, CLXIX, 884. — Pœnitentia S. Joannis Baptistæ; Aelredus, CXCV, 293; Petrus Cantor, CCV, 348, 349. — Pœnitentibus exemplum Job primus exhibuit, quando in cinere et cilicio lamenta pœnitudinis sumpsit, S. Martinus Legion., CCVIII, 329. David magisterium præbuit pœnitentiæ quando gravi culpa lapsus, confestim pœnituit, *ibid.*, 330. — Pœnitentia Ninivitarum, Absalo, CXI, 106, 107. — Exemplum David vere pœnitentis, id., CCXIII, 881. — Mulieris adulteræ, *ibid.*, 889.

CII.

INDEX DE PŒNITENTIÆ SACRAMENTO

ET DE ILLIUS CONSTITUTIVIS PARTIBUS,

SCILICET CONTRITIONE, CONFESSIONE ET SATISFACTIONE.

—

MONITUM.

Pœnitentia a Catholicis definiri solet : sacramentum a Christo Domino institutum, quo, per icam sacerdotis absolutionem, homini contrito, confesso et satisfactione spondenti, remittuntur peccata post baptismum commissa. Hinc in hoc Indice agimus : I. De exsistentia et efficacia hujus sacramenti ; II. De contritione, confessione et satisfactione ; III. De dotibus confessarii et ejus officio ; IV. Recensemus varios libros de pœnitentia tractantes.

I. — *De exsistentia et efficacia sacramenti pœnitentiæ.*

Pœnitentiæ actus exomologesis et qua delicta Domino confitemur, quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia Deus mitigatur, Tertullianus, I, 1243. Collocavit Deus in vestibulo pœnitentiam secundam quæ pulsantibus patefaciat, *ibid.*, 1241. Cum scias adversus gehennam, post prima illa intinctionis Dominicæ munimenta esse adhuc exomologesis secunda subsidia, cur salutem tuam deseris? *ibid.*, 1248. Satisfactio et remissio facta per sacerdotes apud Dominum grata est, id., IV, 1243. — Pœnitentia facit quod facit baptismus, S. Hieronymus, XXV, 928. Per pœnitentiam quælibet peccata dimitti queunt, id., 1551, 1558. Quæ baptismatis, eadem est reconciliatis causa. Qui post baptismum ligatur ad claves Ecclesiæ confugere debet, *ibid.* — Pœnitentia aboleri peccata certo credendum, Gennadius, LVIII, 998. — De sacramento confessionis, Eugyppius, LXII, 583. — Pœnitentia secundus baptismus, Jonas, CVI, 135. — Si quis de munditia in baptismo recepta periclitatur, per pœnitentiam resurgere potest et evadere, Hugo de S. Victore, CLXXVII, 393. Ut pœnitentia sit utilis, tria sunt necessaria, cordis compunctio, oris confessio et satisfactio, *ibid.*, 536. — Per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparatur æternæ, Gratianus, CLXXXVII, 1535. — De institutione sacramenti pœnitentiæ, Ernaldus, CLXXXIX, 1630 *et seqq.* Pœnitentia est secunda tabula post naufragium, quia si quis vestem innocentiæ in baptismo perceptam corruperit, pœnitentiæ remedio reparare potest. P. Lombardus, CXCII, 868. Secunda tabula pœnitentiæ qua post lapsum resurgimus, dum vetustas reversa repellitur, et novitas perdita resumitur, *ibid.* Probatur pœnitentiam non semel tantum, sed frequenter peccata dimittere, *ibid.*, 871, 872. — In sacramento pœnitentiæ quidam putant et prædicant sacerdotes non habere potestatem ligandi atque solvendi, sed ostendendi homines esse solutos vel ligatos, Richardus, CXCVI, 1168. — Pœnitentia secunda tabula post naufragium, P. Cellensis, CCII, 680. Sicut in baptismo deletum est quidquid culpæ præcesserat, sic per pœnitentiam deletur reatus qui de peccato remanserat *ibid.* Vera piscina pœnitentiæ sacramentum, *ibid.*, 691. — Pœnitentiæ est baptismus quia sepulturam criminum facit, Petrus Blesens, CCVII, 591. — Pœnitentiæ sacramentum, Alanus de Insulis, CCX. 205. Tria requirit, contritionem, confessionem, satisfactionem, *ibid.*, 275. Putant hæretici quod post remissionem peccatorum quæ fit in baptismo locum non habet pœnitentia, *ibid.*, 352. Refutantur, *ibid.*, 353. Alii hæretici pœnitentiam ex toto rejiciunt *ibid.*, 356. Refellentur, *ibid.*

II. — *De partibus constitutivis sacramenti pœnitentiæ.*

1° *De contritione.* — Sacerdotes non auferunt peccatum ejus qui in dolo se offert, et adhuc in studio delinquendi est. S. Ambrosius, XVI, 1230. — Confessio peccatorum et de iis gemitus, si sine conversione sint, Deum irritant, non placant, S. Fulgentius, LXV, 536. Duæ contritionis species, id., LXXVI, 1070. Contritio est dolor animæ de misericordia Dei confidentis, id., LXXIX, 552. Contritionis causæ, *ibid.*, 553. — Compunctio cordis est humilitas mentis cum lacrymis, exoriens de recordatione peccati et timore judicii, S. Isidorus, LXXXIII, 613. — In actu pœnitentiæ non tam pensandum pœnitentiæ tempus quam animi dolor, Ildefonsus, XCVI, 141. — Quatuor sunt qualitates quibus justi viri animæ in compunctione vehementer afficitur, Smaragdus, CII, 614. — Compunctio cordis ex humilitatis virtute nascitur, Rabanus, CX, 101. Est humilitas mentis cum lacrymis et recordatione peccatorum et timore judicii, *ibid.* Ex gemino fonte compunctionis solent profluere lacrymæ, hoc est, aut dum mens operum suorum diligenter malat considerat, aut dum desiderio æternæ vitæ suspirat, *ibid.* — Hæc est homini baptizato vera compunctio cordis, magna agere et humilia loqui, juste agere et super peccatores timere, Haymo, CXVIII, 922. Sicut ignis omne animæ vitium adimit, ita compunctio cordis quantacunque repererit mala, absterret universa et penitus delet, *ibid.* De duobus compunctionis generibus, *ibid.*, 923. — Manifestum est quam magna sit virtus compunctionis, per quam peccata delentur, virtutes acquiruntur, Adalgerus, CXXXIV, 927. Per hanc multi Domino placuerunt, per hanc diabolus vincitur, per hanc vitia superantur, *ibid.* — Confitens peccata sua dolere debet quia Creatorem offendit, S. Petrus Damian., CXLIV, 832. Surgat et acrior dolor, quod suum Creatorem et Patrem offenderit, *ibid.* Accedat et acerrimus quod tantum benefactorem contempserit, *ibid.* — Contritio est dolor cordis, ex recordatione peccati, et timore judicii proveniens, Radulphus, CLV, 1810. Tria formant contritionem, pudor, timor et dolor, *ibid.* — Fructuosa cordis contritio est, cum quis de peccato quo Deum offendit dolet, et inde turbatur, quia iniquitas amore justitiæ sibi displicet, Wernerus, CLVII, 1205. — Compunctio cordis tentationes cordis comprimit, Godefridus, CLXXIV, 94. Nos purificat, *ibid.*, 148. Consolatur, *ibid.* 184. — Compunctio est in contritione cordis, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 146. Ejus necessitas, *ibid.*, 147. — Quomodo in confessione contritio habenda, S. Bernardus, CLXXXII, 649. — De contritione, P. Lombardus, CXCII, 877. — Compunctio triplex, Richardus, CXCVIII, 315. Ejus necessitas, *ibid.*, 375. — Contritio est compunctio cordis, quæ nascitur ex recordatione præteritorum malorum, Ermengaudus, CCII, 1259. In pœnitentia ejus necessitas probatur, *ibid.* — Ad pœnitentiæ sufficientiam cordis contritio, requiritur, Petrus Cantor., CCV, 339. Quanta esse debeat, *ibid.*, 340. — Compunctio quid sit, Alanus de Insulis, CCX, 170. Ejus natura et virtus, *ibid.* Efficacia, *ibid.*, 171. Compunctionis causa duplex, timor et spes, *ibid.*, 274. Contritionis descriptio, *ibid.*, 358. Contritio ante confessionem excitanda, *ibid.*, 286. Contritio interior necessaria, *ibid.*, 300. Requiritur etiam pro peccatis venialibus, *ibid.*, 302. Contritionis excitandæ praxis, *ibid.*, 292. Per contritionem non remittitur peccatum sine proposito aut voto confessionis, *ibid.*, 358. — Compunctionis efficacia, Adamus, CCXI, 674. Doloris animi triplex effectus in anima peccatorum, *ibid.* Quam efficaces lacrymæ compunctionis, *ibid.*, 675. Virtus contritionis, *ibid.* — An major contritio exigatur ad delectionem mor-

talis quam venialis peccati, P. Pictav., CCXI, 1051. An sit obligatio magis conteri pro majori peccato quam pro minori, *ibid.*, 1056.

2° *De confessione*, ejus *natura et necessitate*. — Exomologesis est qua delictum nostrum Domino confitemur, Tertull., I, 1243. — Exomologesis, S. Cyprian., IV, 263 *et seqq.* — Confessio peccati ea est, ut id quod a te gestum est per cognitionem peccati confitearis esse peccatum, S. Hilarius, IX, 785. Confitenda sunt sine intermissione vetera delicta, *ibid.*, 620. Confessio intermittenda non est etiam justificatis, *ibid.*, 770. Confitendum crimen, *ibid.*, 526, — Confessio peccatorum baptismati præmissa, S. Zeno, XI, 486. Occultorum criminum confessio, *ibid.*, 493. — Confessionis tuæ vocem Deus exspectat, S. Ambrosius, XIV, 972. Non potest quisquam justificari a peccato, nisi fuerit peccatum ante confessus, *ibid.*, 310. Confessio peccati compendium est pœnarum, *ibid.*, 354. — Culpæ confessio secunda post naufragium tabula, S. Hieronym., XXII, 748. Confessio peccatorum, id., XXV, 641. Confessio delictorum in conversione, *ibid.*, 941. — Confessio peccatorum, S. August., XXXIV, 635; XXXVIII. 153; XL. 358. Confessionis medicina, id. XXXVIII, 139, 982. Confessio hostia est Deo, id., XXXVII, 1233. Ad justos pertinet confessio peccatorum, ad superbos defensio meritorum, id., XXXVIII, 1382. Ad salutem necessaria, id., XXXIV, 138, 186, 756. Confessionis et pœnitentiæ medicina peccatori necessaria, id., XLII, 419. De confessionis necessitate, id., XXXVI, 108, 253, 959; id., XXXVII, 1080, 1219, 1232, 1218, 1761, 1827, 1853, 1861, 1883; id., XXXIX, 1851; id,, XL, 1288. Confessione amissa, non erit locus, misericordiæ, id., XXXVI, 854. Deus interrogavit Adam, ut eum ad peccati confessionem cogeret, id., XXXIV, 207. Confessionem præcepit Deus, ut diabolus audiat nos pœnitere, nec amplius inde nos incuset, *ibid.*, 1288. Confessio non ad ultimum quadragesimæ aut vitæ suæ diem differenda, *ibid.*, 1289. Confessione et pœnitentia citius abluenda delicta, *ibid.*, 1049. — Confessionem peccatorum semper necessariam esse Christi voce agnoscimus, S. Prosper, LI, 402. — Confessio, et in ea accusatio, S. Leo Magnus, LIV, 215. — Confessio sacramentalis in Regula S. Benedicti, LXVI, 695. — Confessio necessaria ad veteris hominis exspoliationem, S. Gregorius Magnus, LXXVI, 623. — Exomologesis Græco vocabulo dicitur, quod Latine confessio interpretatur, S. Isidorus, LXXXII, 259. — Peccator non poterit excusari qui confessionem per quam venia nascitur, non properavit amplecti, S. Eligius, LXXXVII, 635. Indulgentia non poterit tribui, nisi ira Dei possit confessione placari, *ibid*, — Necesse est, ut dum multa contra voluntatem et præceptum Dei commisimus, per confessionem mundemus pœnitentes, S. Chrodegangus, LXXXIX, 1071. — Quando Christum accipere debemus, peccata nostra cito festinemus per confessionem et veram pœnitentiam abluere, S. Paulinus Aquil., XCIX, 231. Si quis propter fragilitatem carnis, vel propter negligentiam circumspectionis vulneretur, citius ad confessionis medicinam recurrat, *ibid.*, 340. Aperienda vulnera in confessione, ut medicamenta salutis proficere valeant, id., CI, 655. — Peccatores peccatorum suorum confessionem facere debent, Jonas, CVI, 151. — Vivens confiteatur peccator quæ fecit, quia non est fructuosa confessio apud inferos, Rabanus Maurus, CX, 102, 103. Quomodo potest medicus vulnus sanare, quod ægrotus ostendere erubescit? *ibid.* — De confessione peccati, Haymo, CXVIII, 924. — Nullus pœnitere recta potest, nisi primum confiteatur peccatum, et prioris vitæ errores demnaverit, S. Paschasius, CXX, 154. — Confessio peccatorum, Ratherius, CXXXVI, 715. Confessionis necessitas, *ibid.*, 595. Salutem non consequeris, nisi te peccasse confitearis, *ibid.* — Confessio peccatorum instar vulneris, Lanfrancus. CL, 634. — Confessio est flebilis propriorum peccatorum enarratio, Radulphus, CLV, 1899. — Confiteri oportet sua peccata, dum salus corporis manet, dum sua quisque utitur potestate, Gofridus, CLVII, 225. — Confessio peccatorum, S. Anselmus, CLVIII, 872, 875, 887, 927: Rupertus, CLXVIII, 1010. — Confessionis institutio, Hugo de S. Victore, CLXXVI, 552 *et seqq.*; P. Abælardus, CLXXVIII, 668, 670. — Confessio peccatoris est vita, justi gloria, S. Bernardus, CLXXXII, 258. Est solum post peccatum remedium, *ibid.* 931. Nullum peccatum dimittitur, nisi prius confiteatur, id., CLXXXIV, 539. Sine ea non est justificatio, *ibid.* 509 — Confessio ad salutem necessaria. Robertus Pullus, CLXXXVI, 896. — Sine confessione oris peccatum non dimittitur, Gratianus, CLXXXVII, 1541. — Necesse est ut iniquitates nostras dicamus, ut postea justificemus, *ibid.* Varia exempla quibus ostenditur, sine confessione nullam veniam posse promereri, *ibid.*, 1544. — De confessione, P. Lombardus, CXCII, 877 *et seqq.* Petrus Comestor, CXCVIII, 1816. — Confessio externa necessaria ad salutem, Adamus Scotus, CXCVIII, 168. — Confessionis necessitas demonstratur. Ermengaudus, CCIV, 1259, 1260. — De confessione sacramentali, Petrus Blesens., CCVII, 1078, *et seqq.* — Confessio peccatorum, Alanus, CCX, 172, 272. Ejus necessitas, *ibid.*, 300. — Confessio est voluntaria et verax accusatio animi et peccatorum ordinata manifestatio in facie sacerdotis, Adamus, CCXI, 676. Confessionis oris necessitas ostenditur, *ibid.*, 681, 682. Tria genera confitentium. *ibid.*, 676. — Præceptum confessionis, Petrus Pictav., CCXI 1070. Quid confessio et quotuplex, id., CCXIII, 871. Quotiescunque in paccata labimur, semper spes veniæ resurgentibus suppetit, *ibid*,, 873 *et seqq.*

3° *De confessionis dolibus*. — In infirmitatis periculo apud presbyterum quemcunque præsentem exomologesis facienda, S. Cyprianus, IV. 258. — Confessio debet esse integra, S. Hilarius, IX, 786. Hæc et justi viri vera confessio, quæ justitiam præsentem ex præteritorum conscientia et confessione commendat, *ibid.*, 326. Quomodo nulli alii confitendum nisi Deo, *ibid.* — Confitenda peccata Deo et sacerdoti, S. Ambrosius, XVII, 654, 655. Fidelem veniæ locum tenet non infida confessio, *ibid.*, 979. Damnaberis tacitus, qui posses liberari confessus, id., XXXVI, 808. Confitentis qui debeat esse habitus, id., XL, 1289. Confitens caveat ne excusationes obtendat peccatis, *ibid.*, 1126. Confessio peccatorum fiat humiliter, id., 1056, 945. Confitendum ore proprio, non per nuntium aut scriptum, *ibid.*, 1122. Cui confitenda omnia peccata cum omnibus quæ circumstant ea, *ibid.*, 1124. Si quæ taceantur, aut dicta callide pallientur, animam jugulant, *ibid.* 1156. Confitens peccata nec dolens, irridere videtur judicem, *id.*; XXXV, 2336, 2339. Confessio peccati bona si et curatio consequatur, id., XLV, 1867. — Per humilem confessionem homo indicat se scienti Deo, et se indicat homini nescenti Deus, S. Prosper. LI, 296. — Peccatorum confessio ut ad Chris i pedes facienda, S. Petrus Chrysol., LII, 466. — Confessio nisi vera sit, peccati abolitionem eon obtinet, S. Leo Magnus, LIV, 931. Fit solis sacerdotibus, et secreta, *ibid.*, 1374. — Non omnis qui confitetur peccatum remissionem accipit. S. Fulgentius, LXV, 536. Tunc prodest confessio, si confessus quod male fecerat, ultra non faciat, *ibid.*, 567. — Confessio peccatorum cum lacrymis et gemitu, S. Benedictus, LXVI, 331. Confessio humilis ut antiquis regulis commendata, *ibid.*, 389. — Usitatum humani generis vitium est, et labendo peccatum committere, et commissum non confitendo prodere, sed negando defendere, atque convictum defendendo multiplicare, Smaragdus, CII, 613. Indicia veræ confessionis sunt, si unusquisque cum se peccatorem dicit, id de se dicenti etiam alteri non contradicit, *ibid.* — Quid prodest confessio nisi sequatur illorum quæ confiteris relictio? Ratherius, CXXXVI, 401. — Confessio pure facienda est, S. Petrus Damian., CXLIV, 832. Non est pars peccatorum dicenda, et altera retinenda, neque levia confitenda et gravia diffitenda, nec alter accusandus et ipse excusandus *ibid.* Confitendum est humiliter, ut idem sit in corde quod sonabit in ore, etc., *ibid.* — Cum cordis compunctione, cum vultus humilitate, cum pectoris tunsione, cum corporis supplicatione, cum vocis flebilitate confiteri debemus, Radulphus, CLV, 1900. Confessio debet fieri cum lacrymis, quia nisi gemat, nisi fleat, nisi suspiret peccator, cum se peccasse fatetur, peccatum suum prædicat, non confitetur, *ibid.*, 1810. Debet esse vera et aperta, integra, non divisa, *ibid.* — Omnis immunditia cordis per confessionem evomenda; Ivo Carnot., CLXII, 580. Non coram Deo cor suum effundit qui aperit os suum in confessione, et concupiscentiam malam non aufert a corde, nec qui se non humiliat, *ibid.* — Confessio fieri debet lingua cordis et actionis, Godefridus, CLXXIV, 1130, Præmitti ei debet examen, *ibid.*, 1037. Qualis illa, talis erit peccatorum remissio, *ibid.*, 152. — Qui peccata sua confitentes aliqua effundere timent, quasi in vase cordis spissi liquoris reliquias retinent, Hugo, CLXXV, 312. Cui per puram confessionem cordis sui secreta revelans nihil per affectum retinet, aut per silentium tegit, quasi aquas cor suum ante conspectum Domini effundit, *ibid.* — Qualis debeat esse confessio, S. Bernardus. CLXXXII, 650, 651. Ejus conditiones, id., CLXXXIV, 1176. — Confessio debet esse integra, Robertus Pullus, CLXXXVI, 899. Confiteri etiam debemus circumstantia notabiles, *ibid.*, 900, 901. — Integritas confessionis, Magister Bandinus, CXCII, 1098. Non est dividenda per diversos sacerdotes, *ibid.*, 1099. — Confessio sit humilis, pura, fidelis, Adamus Scotus, CXCVIII, 772, — De vera confessione, Petrus Cellens., CCII, 1228. — Quanta et qualis debeat esse confessio, Petrus Cantor, CCV. 343, 345, 346. — Confessio sit pura, integra, aperta et fidelis

in tribus, Thomas, CCVI, 37, 38. — Ad confessionem tria requiruntur, Alanus, CCX, 300. Præparatio necessaria pœnitenti ante confessionem, *ibid.* Ore facienda, non scripto, *ibid.*, 386. Debet esse universalis, *ibid.*, 273, 301. Confitendæ sunt peccatorum circumstantiæ, *ibid.*, 273, 290. Confitenda sunt dubia tanquam dubia, *ibid.*, 302. Confitens, si vel unicum peccatum mortale omittat, confessio invalida est, *ibid.*, 587. Confessio debet esse humilis, simplex, vera, integra et firma, *ibid.* Ejus integritas tria requirit, *ibid.*, 173. Dicunt hæretici quod sufficit soli Deo confiteri *ibid.*, 356.

4° *De confessionis effectibus.*—Confessione criminum fata, quæstio non ultra procedit. Tertull. I, 276. Confessioni pœnitentia nascitur, satisfactio disponitur, id., 1243. — Confessionis fructus, S. Hilar., IX, 648. In confessione consistit omne spei nostræ præmium. *ibid.* In confessione peccatorum maxima est lethalium vitiorum morbis medicina, *ibid.*, 785. Confessio peccatorum facit, ut etsi digna arguitione habeamus, non tamen arguamur, *ibid.*, 526. Ubi peccati confessio, ibi et justificatio a Deo est, *ibid.*, 690. — Confessio erroris medicina est, S. Ambrosius, XVI, 312. Solvit criminum nexus verecunda confessio peccatorum, *ibid.*, 507. Levius est crimen, ubi peccatum suum homo ultro confitetur, *ibid.*, 378. Peccatori quam utilis peccati confessio, id., XVII, 969. Tunc carebis cunctis iniquitatibus tuis, cum adversum te testi et accusator exstiteris, *ibid.*, 971. Confessio tua penitens medicina est, *ibid.* In confessione est venia, et in peccati sui condemnatione justitia, *ibid.*, 1053. — Confessio tabula post naufragium, S. August., XXXIX, 2226. Initium sanitatis, *ibid.*, 2214. Confessio peccati latentis dupliciter sanat ægrotum, id., XLI, 847. Confessionis utilitas et fructus, id., XXXIX, 2050, 2215; XL, 1289; XLV, 1879. Sicut odit Deus peccata sua defendentem, sic sublevat confitentem, id., 1491, 2006. A confessione reformatio incipit, et per bona opera perficitur, *ibid.*, 1281, 1338, 1908. Peccator qui confitetur, procedit de tenebris ad lucem, *ibid.*, 1578. — Bona est peccati confessio, si curatio consequatur, S. Prosper., LI, 441. Apud misericordiam Dei plurimum valet confessio pœnitentis, quem facit peccator confitendo propitium, quem negando non facit nescium, *ibid.*, 461. — Peccata sua confitens dat gloriam Deo, Cassiodorus, LXX, 397. Major gloria Dei est confitenti parcere, quam viventi sine confessione præstare, *ibid.*, 754. Munera divina consequitur, *ibid.*, 669. Deo revelare culpam remedium est, confiteri securitas, *ibid.*, 523. Confessio delictorum propitium sibi judicem reddit, *ibid.*, 576. — Confessionis medicamentum, Alcuinus, CI, 620. Per confessionem peccata diluuntur, id., C, 576. Peccator a triplici morte liberatur, *ibid.*, 339. In confessione omnis spes veniæ consistit, id., C, 622. Confessio justificat, peccatis veniam donat, *ibid.* — Confessionis utilitas, S. Benedictus, CIII, 853. — Confessionis fructus, Raban, Maur., CX, 101, 102. — Peccatores mortui resurgunt per confessionem, pœnitentiam et Dei misericordiam, Rather., CXXXVI, 715. Confessio est via communis ad Deum fons tam justis quam peccatoribus potens, qui criminum abundantiam abundantiori liquore detergit. *ibid.*, 901. Primam reddit innocentiæ stolam, et fugitivum filium in paternos reducit amplexus, *ibid.* — Virtus confessionis sacramentalis, Lanfrancus, CL, 55. Peccata confessori revelata minime judicabuntur, *ibid.*, 49. Confessio lumen facit, *ibid.*, 301. — Per confessionem nosmetipsos mundamus, Radulphus, CLV, 1899. — Confessionis necessitas retrahit a peccato. Guibertus de Novig., CLVI, 258. Confessio peccati optimum remedium, *ibid.*, 603. — Per confessionem allevatur omne onus peccati, S. Anselmus, CLVIII, 738 In vera confessione mundatur omnis macula delicti, *ibid.* — Fit peccatorum remissio cum secreta eorum confessione, S. Bruno, CLXIV, 405. Confessio jacentes erigit, vulnera ligat et sanat, ovem perditam et inventam super humeros Deus ipse ponit, et reducit ad pascua, *ibid.*, 919. — Confessio mundat lepram, Godefr., CLXXIV, 577. Reficitque vires animæ, *ibid.*, 1439. Et perducit ad gaudia cœlorum, *ibid.*, 46. — O quam sublimis ista confessio, per quam de patibulo ad regnum, de terra ad cœlum, de cruce latro damnatus ac crucifixus ad paradisum ascendit! S. Bernardus, CLXXXIII, 648. Gloriosa confessio, quæ Petrum apostolum trinæ negationis crimine liberavit, *ibid.* — An sine confessione dimittatur peccatum, S. Lombardus, CXCII, 880, 881. — Omnia in confessione lavantur, conscientia mundatur, amaritudo tollitur, mare fugatur, tranquillitas redit, spes reviviscit, animus hilarescit, Richardus, CXCVI, 1075. — David confitens admittitur ad veniam, Adamus Scotus, CXCVIII, 171. Confessionis sacramentalis utilitas, *ibid.*, 204 *et seq.* — De efficacia veræ confessionis, Petrus Cell., CCII, 1128. — Quantus sit effectus confessionis. Petrus Cantor, CCV, 345. Per confessionem omnium peccatorum delentur maculæ, *ibid.*, 361.

III. — *De satisfactione.*

Grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem, S. Ambrosius, XVI, 378. — Satisfactionis perfectæ indicium, Cassianus, XLIX, 1156 *et seqq.* — Satisfactio pœnitentiæ est, causas peccatorum excidere, nec earum suggestionibus indulgere aditum, Gennadius, LVIII, 994. —Quorum peccata in publico sunt, in publico debet esse pœnitentia, Radulphus, CXIX, 724. Quorum peccata occulta sunt, horum occulta debet esse pœnitentia, *ibid.* —Pœnitentia certa, quæ, Regino, CXXXII, 255. — Satisfactio est injuncti operis condigna exsecutio, Radulphus, CLV, 1810. Solvi quis non potest a peccato, nisi solvat quod rapuit peccando, *ibid.*, 391. Remissio peccati non fit, nisi reddito debito, et facta integra satisfactione juxta magnitudinem peccati, *ibid.*, 398. Necesse est ut omne peccatum satisfactio aut pœna sequatur, *ibid.*, 381. Homo post peccatum non potest sine peccati satisfactione salvari, *ibid.*, 389. Satisfactio quam omnis peccator debet facere, *ibid.*, 392. Ad integram satisfactionem oportet ut peccator aut aliquid pro eo det, de suo quod Deo debitum non sit, et ab eo non possit exigi, *ibid.*, 375. Non sufficit reddere quod ablatum est, sed pro contumelia illata peccator plus debet reddere quam abstulit, *ibid.* Secundum mensuram peccati oportet esse satisfactionem, *ibid.*, 392. Necessitas satisfactionis in pœnitentia, id., CLXXI, 423. Satisfactio in tribus consistit, jejunio, eleemosyna, oratione, *ibid.*, 447. — Satisfactio pœnitentiam subsequi debet, Godefridus, CLXXIV, 421. Satisfactio pro peccatis non debet fieri ex tristitia et coacte, *ibid.*, 665. Perficit pœnitentiam, *ibid.*, 1106. Vitiosas inclinationes frangit, *ibid.*, 1128. — Non sufficit mores in melius mutare, et a malis recedere, nisi per pœnitentiæ dolorem, et humilitatis gemitum et cordis contriti sacrificium satisfiat de culpa. Hugo de S. Victore, CLXXV, 554. — De satisfactione, P. Abælardus, CLXXVIII, 665. — Pœnitentiæ quæ est quomodo injungendæ, Robertus Pullus, CLXXXVI, 902. — Confitentibus pœnitentiæ satisfactio danda, Gratianus, CLXXXVII, 1535. Sine satisfactione operis peccatum non remittitur, *ibid.*, 1541. — De satisfactione, P. Lombardus, CXCII, 877 *et seqq.*—Sanctificationis necessitas probatur, Ermengaudus, CCIV, 1260, 1264. — Satisfactio est injunctæ pœnitentiæ expletiva exsecutio, vel peccatorum condigna correptio, Alanus de Insulis, CCX, 275. Satisfactio contritionem confirmat, mala emendat, sanitatem restituit, *ibid.*, 274. Commensuranda est culpa, *ibid.*, 290. Pœnitentiæ diversitas pro eodem peccato, *ibid.*, 276.

IV. — *De dotibus et praxi confessarii, ejusque officio.*

Pœnitentiæ sacramentum morientibus administrandum, S. Cyprianus, IV, 231. — Mandatum Domini est etiam gravissimi criminis reis, si ex toto corde, et manifesta confessione peccati pœnitentiam gerant, sacramenti cœlestis refundendam gratiam, S. Ambrosius, XVI, 501, — Si presbyter pœnitentiam morientibus abnegaverit, reus erit animarum, Julius, VIII, 864. — De pondere æstimando delictorum sacerdotis est judicare, S. Innocentius I, XX, 559. Si quis ægritudinem incurrerit et devenerit usque ad desperationem, ante tempus Paschæ est ei relaxandum, *ibid.* — Confessiones excipiens qualis esse debeat, S. Augustinus, XL, 1129. Ligandi ac solvendi potestatem iis non convenire, qui proprium aliquid possideant, *ibid.*, 1215. Confessarius quomodo sese gerere debeat, *ibid.*, 1289. — Reconciliatio non neganda morientibus, S. Leo Magnus, LVI, 396, 397. — Sacerdos confessionem auditurus pœnitentis, præmittat orationem. S. Gregorius Magnus, LXXVIII, 451. Periculum est in peccatorum confessionem excipiens, ad obscena quæ audit inardescat, id., LXXIX, 419. — Ultima pœnitentia non deneganda, Crisconius, LXXXVIII, 914. — Cuncti sacerdotes omnibus illis confitentibus eorum crimina dignam pœnitentiam cum summa vigilantia ipsis indicent, S. Egbertus, LXXXIX, 382.— Qui pœnitentiam in infirmitate petit, et casu, dum ad eum sacerdos venit, oppressus infirmitate obmutuerit, dent testimonium qui cum audierunt et accipiet pœnitentiam, S. Bonifacius, LXXXIX, 823. — Confessarius requirat a pœnitente an sint secum opera mala, quæ separant hominem a regno Dei, S. Chrodegangus, LXXXIX, 1072. Postquam confessus fuerit sua peccata, si vult dimittere ea, det ei pœnitentiam et si non vult non det, quia non potest, *ibid.*, 1073. Cavendum ne hi qui in gravibus peccatis incedunt, et hi qui in levioribus delinquant æqualiter judicentur, sed

secundum morbum adhibenda est medicina, *ibid.* — His qui tempore necessitatis periculis urgentibus præsidium pœnitentiæ et mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda, Carolus Magnus, XCVII, 716. In dispensandis Dei donis non debemus esse difficiles, nec se accusantium gemitus lacrymasque negligere, *ibid.* Nullus sacerdos alterius parochiæ pœnitentem absolvat, *ibid.*, 807. Quærendum est sacerdoti qualiter primo peccatum perpetratum, si iteratum aut frequenter actum sit, si sponte, si coacte, si per ebrietatem sit factum, *ibid.*, 845. — Confessarius pœnitentem admoneat de principalibus vitiis, et de virtutibus quibus eadem vita superari possunt, Theodorus, XCIX, 940, 941. Confessoris agendi ratio erga infirmos, sanos, divites, pueros, senes, etc., *ibid.*, 1087. — Confessor quid observare debeat circa diversos status pœnitentium, Alcuinus, CI, 1196. Quomodo pœnitentem interrogare debeat, *ibid.* Judicare debet secundum canones, *ibid.* Confessoris orationes, *ibid.*, 1199. — Pœnitentiæ tempora juxta qualitatem peccati decernenda, Halitgarius, CV, 677. De modo pœnitentes suscipiendi, judicandi, sive reconciliandi, *ibid.*, 217. — Quando quis ad confessionem venit, diligenter debet inquiri quomodo aut qua occasione peccatum perpetraverit quod peregisse confitetur, et juxta modum facta debet ei pœnitentia indicari, Rodulfus, CXIX, 719. Debet ei persuaderi ut de perversis cogitationibus faciat confessionem, et de octo principalibus vitiis, *ibid.* Modus pœnitentiæ peccata sua confitentibus aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctarum Scripturarum auctoritatem, aut per ecclesiasticam consuetudinem imponi debet, *ibid.*, 720. Hoc ante omnia cavendum est ne in extremis pœnitenti pœnitentia et reconciliatio denegetur, *ibid.*, 724. — Quisque sacerdos sexum, ætatem, conditionem, statum, personam ipsumque cor pœnitentis curiose discernat, et secundum hæc quid sibi visum fuerit singula quæque judicet, Herveus, CXXXII, 673, 674. — Pœnitentiæ signa exhibenti ministranda sunt sacramenta, etiam in extremis, Isidorus Mercator, CXXX, 347. Pœnitentiam agens, si mortis impendet periculum, confestim reconciliandus est, *ibid.*, 545. — Ratio agendi presbyterorum erga pœnitentes, Atto, CXXXIV, 45. Quomodo confessarius pœnitentem debeat interrogare et judicare, id., CXXXVIII, 504. Et pœnitentiam imponere, *ibid.*, 505. — De confessione, pœnitentia et reconciliatione illorum qui peccata sua confitentur, et de ordine ad pœnitentiam eis dandam, Buchardus, CXL, 949. Quænam esse debeat agendi ratio presbyteri erga eos qui non possunt adimplere quod in pœnitentiali scriptum est, *ibid.*, 981. Erga pœnitentes in genere, quando diversæ sunt culpæ, erga eos qui pœnitentiam sibi injunctam adimplere festinant, *ibid.*, 986. Erga lapsos, *ibid.*, 988. Confessiones suscipientem litteratum esse oportet, ut sciat quid injungat, cui parcat, quando parcere debeat, S. Petrus Damianus, CXLIV, 853. Religiosum, ut puras manus levet ad Deum et pro peccatoribus fiducialiter intercedat, *ibid.* Confessarius pœnitentiam dignam pœnitenti suo curet administrare, *ibid.*, 901. — Sacerdotes diligenter examinare debent confitentium peccata, Ivo Carnot., CLXI, 885. Quomodo etiam confessiones excipere, et pœnitentiam indicere intelligere debent, *ibid.* Qui ad confessionem accedunt de quibus interrogandi, *ibid.*, 892. Confessio non revelanda, *ibid.*, 433. Pro qualitate peccati injungenda pœnitentia, *ibid.*, 843. Quænam pœnitentia imponenda iis qui jejuni non communicaverint, *ibid.*, 166. Quid agendum cum iis qui ad pristina redeunt peccata, *ibid*, 879. — Quid agendum erga pœnitentes in ultimo vitæ articulo, Gratianus, CLXXXVII, 1535, 1536. — Quid agendum erga hos qui in fine pœnitent, Petrus Lombardus, CXCII, 892. Qui pœnitentiam non complent, *ibid.*, 893. Morientibus non est imponenda satisfactio, sed innotescenda, *ibid.*, 894. In necessitate non est neganda pœnitentia vel reconciliatio, *ibid.* Qualis esse debet judex ecclesiasticus, *ibid.*, 891. — Valent et debent sacerdotes vere pœnitentium et debitam satisfactionem suscipientium peccata remittere, et a debito damnationis absolvere, cæteros vero sine absolutione remittere, Richardus, CXCVI, 1166. — Confessarius vinum et oleum Samaritani debet habere pœnitentibus, Petrus Cantor, CCV, 199. Tria præcipue debet injungere pœnitenti, *ibid.* Pœnam arbitrariam potest injungere, *ibid.*, 245. Sit prudens et discretus, mitis, suavis, dulcis et benignus, misericors et affabilis, *ibid.*, 345. — Pœnitentialis, id est sacerdos habeat in se bonitatem, scientiam, disciplinam, Petrus Blesensis, CCVII, 1093. Quid de pœnitentia et satisfactione ab ipso injungenda, *ibid.*, 1293. — Absolvendus est qui solis nutibus confessarium petiit, Alanus, CCX, 295. Confessarius quomodo pœnitentem excitabit ad contritionem, *ibid.*, 290. Pro pœnitente debet orare, *ibid.*, 299. Confessarii debent esse prudentes in satisfactionibus injungendis, *ibid.*, 288. Pœnitentiæ quales injungi debeant infirmis, *ibid.*, 276. Pœnitenti acquiescendum in injunctione pœnitentiæ, *ibid.*, 274. — Quodnam officium sacerdotis erga vere pœnitentes, Adamus Persen., CXI, 678. In omnibus judiciis anteponenda misericordia, *ibid.* Judex spiritualis debet diligenter audire, prudenter examinare, subtiliter agere, *ibid.* — Quid observare debant sacerdotes in audiendis confessionibus, Odo de Soliaco, CCXII, 60.

V. — *Libri de pœnitentia tractantes.*

Liber de pœnitentia, Tertull., I, 1224.
Parænesis sive exhortatorius libellus ad pœnitentiam, S. Pacianus, XIII, 1082.
De pœnitentia libri duo, S. Ambros., XVI, 465.
De pœnitentia liber, unus, S. Ambros., XVII, 971.
De vera et falsa pœnitentia, S. August., XL, 1113.
De remissione peccatorum, S. Fulgentius, LXV, 527.
Opusculum de confessione peccatorum, Alcuinus, CI, 649.
De pœnitentia, Smaragdus, abbas, CII, 611; Halitgarius Camerac., CV, 677 *et seqq.*
Pœnitentiale, Rabanus Maurus, CX, 468.
Liber pœnitentium, Rabanus Maurus, CXII, 1397.
De pœnitentia, Haymo, CXVIII, 925.
Libellus de celanda confessione, Lanfrancus, CL, 625.
Qua commutatione leniri possit pœnitentia, Ivo Carnot., CLXI, 857.
De potestate ligandi et solvendi, Richardus a S. Victore CXCVI, 1160.

CIII.

INDEX DE PŒNITENTIA PUBLICA

REFERENS QUIDQUID DE ILLA IN USU FUERIT OLIM IN ECCLESIA CATHOLICA

ET VARIAS CANONUM PŒNITENTIALIUM COLLECTIONES QUAS PRÆBET PATROLOGIÆ CURSUS.

—

I. — *Existentia pœnitentiæ publicæ stabilitur.*

Tempore persecutionis episcopis lapsis non est imposita pœnitentia, S. Optatus, XI, 983. — Pœnitentiæ publicæ stationes, S. Ambrosius, XVI, 510. Opera, *ibid.*, 520. Et exercitia, *ibid.*, 376. Quam duri olim labores, *ibid.*, 1041. Pœnitentes publici a conjugali congressu debebant abstinere, *ibid.*, 520. Pœnitentia publica virginis lapsæ et ejus corruptoris, *ibid.*, 493, 495. — Confessio sacramentalis et publica, priscis Ecclesiæ sæculis, non præmittebatur quotidianæ fidelium communioni, nisi ab iis qui se aliquo gravi peccato obstrictos sentirent, S. Chromatius, XX, 279. — Communis Ecclesiæ praxis erat, S. Nicetæ ætate, ut graviori pœnitentia puniretur pecca-

IANUS MAURUS. — Abel cur a fratre occisus, CVII, animalia ab Abraham oblata, quid significent, CVII, augurationes quo distent a petitione signorum servi ami, CVII, 572. Abraham obtulit alium suum in sa- an et non peccavit, ob præceptum Domini, CVIII, Abraham filium immolaturus, Dei Patris tenet per- , CX, 248. Religio quid, quæque requirat, ejus tria requirit, CXI, 90. Abel recte offerens, CXI,

HARDUS S. VICTORIS. — Abrahæ sacrificium in lifferat a sacrificio David, CXCVI, 1037. Abrahæ in cio, cur Deus unam tantum vaccam requisivit, et plures obtulit, CXCVI, 1039, 1040.
PERTUS, Tuitiens. — Sacrificium Deo gratissi- quodnam sit, CLXVII, 352. Verus Dei cultus in quo tat, CLXVII, 1784, 1785. Adorandus est Deus in n et veritate, CLXVIII, 837, 838. Job pro familia sua o quoque die sacrificabat, CXLVIII, 964. Deus ve- on coacta, sed spontanea servitia vult, CLXIX, 1083. dicium verum non in vitulis, CLXIX, 370.
LVIANUS. — Deus, suscipiens sacrificium Abel et dens sacrificium Cain, evidentissime utique et de justitia et iniquitate alterius judicavit, LIII, 38. nam Deo filium de functione cordis immolavit, LIII, 40 Oblata non pretio, sed affectu placent, LIII, 186. Cum offert Deo quispiam facultate suas, non offerat quasi præsumptione donantis, sed quasi humilitate solventis, LIII, 186.
SMARAGDUS. — Quomodo beatus, colendo Deum, efficitur homo, CII, 680. De duobus altaribus in homine, quorum alterum in corpore et alterum in corde est, CII, 689. Ut operibus Deus honoretur, CII, 932. De decimis et primitiis, CII, 953.
TAIO. — Trucidare carnalia desideria spiritali gaudio in mente est sacrificium quo Deus placatur tempore pacis, LXXX, 805. De muneribus vel oblationibus Deo offerendis, LXXX, 915. Iram Judicis placare nescit oblatio, nisi ex munditia placeat offerentis, LXXX, 915. A discordantibus accipere non vult Dominus sacrificium, LXXX, 916. Improborum hominum sacrificia Dominus reprobat, LXXX, 916 Plures indigentibus subtrahunt quæ Deo largiuntur, et his sacrificiis Deo fiunt abominabiles, nedum purificentur, LXXX, 916. Impium, id est homo Deum non colens, proprie dicitur qui a religionis pietate separatur, LXXX, 972, 973.
TERTULLIANUS. — Cultus omnino liber esse debet et voluntarius, I, 435. Religio sortita invidiam statim ut Deus coli cœpit, I, 137. Deus solus docere potuit ut se vellet orari, I, 1263. Abelis sacrificia Deus accipiebat offerentis in simplicitate cordis, II, 601. Sacrificia Abelis a Deo accepta demonstrabant sacrificia et oblationes populi Christiani, II, 607. Deus reprobabat sacrificia Cain offerentis in duplicitate cordis, II, 601. Sacrificia Cain a Deo reprobata demonstrabant sacrificia, oblationes et holocausta populi Judaici, II, 607. Sacrificium Deo acceptabile, II, 608. Quæ sint sacrificia Deo grata, II, 806. Sacrificiis spiritualibus Deo litandum, II, 310. Sacrificiorum Cain et Abel differentia, II, 607.
WALAFRIDUS STRABUS. — De exordiis templorum et altarium, CXIV, 919. Qualiter cultus diversi se invicem imitati sint, et quid commune habuerint, et quid diversum, CXIV, 922. Justas oblationes et virtutes magis quam corporalia munera Deus desiderat, CXIV, 934. Abraham filium suum Isaac immolandum Deo obtulit, LXIV, 747.
WOLBERO. — Cain recte obtulit, sed non recte divisit, et oblationem suam invidiæ peste maculavit, CXCV, 1263.

SERIES SECUNDA.

Qualis cultus præscriptus fuit in lege veteri.

In hac serie tractatur de lege veteri, proprie incepta in monte Sina sub Moyse duce Hebræorum, et producta per prophetas usque ad adventum Christi. Hæc lex habuit justificationes culturæ, ut ait S. Paulus ad Hebræos IX, et sanctum sæculare, tabernaculum, candelabra, mensam, propositionum panum, velamentum sanctum, Sancta sanctorum, aureum thuribulum, arcam testamenti, virgam Aaron, propitiatorium, cherubim, varia baptismata et justitias carnis usque ad tempus correctionis impositas; quæ omnia, velut elementa exordii sermonum Dei, habebant tantum umbram futurum bonorum, nondum propalata sanctorum via; Moyses enim, sicut cæteri prophetæ et sancti viri a Deo electi, tantum fideles erant in tota domo Dei, tanquam famuli in testimonium eorum quæ dicenda erat. Unde nunc de istis umbris, deque omni istius domus supellectili, etiam ad minutissima, præcipue circa legalia, agendum.

ADAMUS SCOTUS. — De altari thymiamatis, CXCVIII, 660, 661. Altare æneum sacrificiorum disignabat pœnitentiæ sacrificium, CXCVIII, 767, 768. Decalogus quomodo conscriptus, CXCVIII, 661. Decimarum usus, CXCVIII, 717, 718. Filia Jephte luxit virginitatem suam cum sodalibus suis, CXCVIII, 187. Sacerdotes manus abluere debebant, CXCVIII, 705. Quomodo expiandæ votorum ac legis divinæ transgressiones, CXCVIII, 865.
ADO (S.) Viennens. — Moyses construit et erigit tabernaculum Domino, CXXIII, 35. In occisione agni, Christi immolatio, CXXIII, 42. Josias pascha celeberrimum Domino facit, CXXIII, 46. Sub Cyro Judæi, a captivitate liberati, cœperunt holocaustum offerre Domino, CXXIII, 51.
AGOBARDUS (S.). — Ozias rex a lepra percussus ob contemptum sacerdotum et usurpationem sacri ministerii, CIV, 135, 181. Oza punitur qui arcam Domini sublevare præsumpserat, CIV, 134, 181.
ALCUINUS. — Atrium quod foris est templum, Judæos hæreticos et gentiles ab Ecclesia arcendos indicat, C, 1147. Oratio Salomonis in dedicatione templi, C, 721.
AMBROSIUS (S.). — Verno tempore quotannis Pascha

celebratum, XIV, 129. Pascha Domini cur sic dicatur, XIV, 332. Manus Jeroboam aruit, cum liberat idolis super altare sanctum Dei veri, XVI, 217. Jeroboam conversus ad Dominum, rogavit veniam, statimque manus ejus quæ aruerat sacrilegio, sancta est religione, XVI, 217. Quid sibi vult quod Moyses post oblationes et immolatas Domino salutares hostias dimidiam partem sanguinis in crateras miserit, dimidium autem ad altare effuderit, XVI, 1220.

ANASTASIUS BIBLIOTHECAR. — Christus Dominus Pascha cum discipulis celebravit, CXXVII, 1035. Herodes Antipas ascendit Hierosolymam ad sacrificium Deo offerendum. CXXVII, 1036.

AUGUSTINUS (S.). Hipponens. — Sacrificia pro ratione temporum varia fuerunt, XXXIII, 379. Sacrificia vetera significabant gratiam, et non efficiebant, XXXIII, 633. Sacrificium quod præceperat Deus olim fuit primis temporibus aptum, XXXIII, 527. Summum sacerdotium cœpisse videtur ab Aarone, XXXIV, 684. Sacrificium victimarum, odor suavitatis Domino, XXXIV, 639. Sacrificia pecorum Deum non delectabant, XXXIV, 810. Quænam sacrificia pro populo, pro principe, pro sacerdote offerebantur, XXXIV, 686, 687. Sacrificia per se ipsa nulli peccato mederi possunt, XXXIV, 728. Pascha Judæorum umbra veri Paschatis, XXXV, 1758. Sabbatum serviliter observabant Judæi, XXXV, 1404, 1556. Sacrificia carnalia data sunt Judæis, ne in idola defluerent, XXXV, 1468. Sacrificia cur olim præceperit Deus, cum ipsi ea non placuerint, XXXV, 2390. Sacrificiis iniqui actus non redimuntur, sed lamentatione et misericordia, XXXV, 2312. Sacrificium Judæorum in victimis pecorum., XXXVI, 302, 303. Legis veteris servitus est, cum Deus colitur propter terrena, XXXVIII, 167. Sabbati religio apud Judæos, XXXIX, 2655. Cur animalia tantum immaculata olim oblata, XLII, 624. Sacrificia vetera magis populo perverso congruenter imposita, quam Deo desideranti oblata, XLII, 346. Sacrificia Hebræorum inter et paganorum quid interest, XLII, 386. Sacrificia omnia Judæorum multis et variis modis unum sacrificium significaverunt, XLII, 231, 386, 409, 624, 625.

BEDA. — Filii Israel primitias Domino offerre et sanctuarium facere jubentur, XCI, 399. Vasorum mensæ et panum propositionis descriptio, XCI, 411. Altaris holocausti et vasorum ejus descriptio, XCI, 461. De sacerdotio Aaron et filiorum ejus, XCI. Olei offerendi ad lucernam descriptio, XCI, 461. De sacerdotio Aaron et filiorum ejus XCI, 464. Altaris incensi descriptio, XCI, 487. De pretio pro animabus singulorum, numerato populo, XCI, 494. Philisthiim cum veneratione arcam remittunt et victimas Deo offerunt, XCI, 532. Admonente Samuel, Israel Domino servit, XCI, 538. Saul offert holocaustum, et quod stulte egerit a Samuele redarguitur, XCI, 577. Abimelech sacerdos David et sociis ejus panem dat sanctificatum, XCI, 648. De templo Salomonis, XCI, 735. Congregatur populus in Jerusalem, et altari ædificato, solemnitates Domini faciunt, XCI, 825. Dedicant domum Dei filii transmigrationis et Paschæ solemnitatem celebrant, XCI, 854. Esdras audiens populum Israel uxoribus alienigenis esse pollutum, assumit habitum plangentis, ac veniam reatus a Domino precatur, XCI, 373, 874. In solemnitatibus tabernaculorum conveniunt omnes ad confitendum, legendum, atque orandum Dominum, XCI, 908. Nehemias mundat gazophylacia a vasis gentium, XCI, 920. Nehemias sedulus insistit ne Sabbati requies mercatu gentilium violetur, XCI, 921. Nehemias mundat Judæos ab uxoribus alienigenis, et constituit ordines sacerdotum ac levitarum et memoriæ Dei se commendat in bonum, XCI, 923. Depaschate Judaico, XCIII, 369. De altari de terra faciendo ad sacrificandum Domino, XCIII, 375. De decimis et primitiis Deo offerendis, XCIII, 376. De vitulo combusto igni et de interfectis tribus millibus hominum propter cultum vitulo exhibitum, XCIII, 377. De altari et mensa, XCIII, 352. De incenso composito, XCIII, 385. De quatuor generibus principalium oblationum, XCIII, 387. De figuris hostiarum, XCIII, 387, 388. De igne sacrificia, XCIII, 388. Quod mel in sacrificio non offeratur, XCIII, 388. Quod sal in omnibus sacrificiis admisceatur, XCIII, 389. Quod in sacrificiis oleum offeratur, XCIII, 389. De sacrificio ejus, qui sacramentum protulit, XCIII, 389. De filiis Aaron exstinctis eo quod altari ignem alienum imponerent, et quid eorum pœna significet, XCIII, 389. De discretione ciborum, XCIII. 390. De lepris, XCIII, 391. De sacerdote magno et cultu ejus, XCIII, 392. De sacerdotibus qui non offerunt sacrificium, XCIII, 394. De oblatione pro sacerdotis delicto, XCIII, 395. Quæ de pecoribus non offeruntur in sacrificio, XCIII, 396. De cæteris cæremoniis cultus, XCIII, 396. Pascha secundi mensis, *XCIII, 397, 398.* De Nazaræis et quid ipsis agendum sit in cultu Dei, XCIII, 398. De leprosis, fluxis et immundis, XCIII, 399. De homine ligna colligente in die Sabbati, XCIII, 401. De Core, Dathan et Abiron., XCIII, 402. Aaron cum thuribulo, XCIII, 402. Vitula rufa in holocausto concremata, cujus cinis expiatio populi erat, XCIII, 402, 403, Phinees sacerdos ad placandum furorem Domini quid egerit, XCIII, 408. Genera oblationum, XCIII, 408, 409. Idoli destructio, XCIII, 410. De constructione altaris, XCIII, 420. De Jephte et filia ejus, XCIII. 428. De arcæ captivitate, XCIII, 432, 433. De sacrificio Samuelis, XCIII, 433. De jejunio indito a Saule, XCIII, 434,

BRUNO (S.), Astens. — Aaron sacerdos constituitur, et sacris vestibus ornatur, CLXIV, 335. Ritus omnes et cæremoniæ cultus præscribuntur Aaroni, CLXIV, 344. Balaam, sacerdos deorum, protulit celebre vaticinium de adventu Christi, unde et quare, CLXIV, 493. Israelitis adorantibus Beelphegor, unusquisque Deo jubente, fratrem aut filium isti cultui initiatum occidit, CLXIV, 496. Nullum animal immundum immolabatur Deo, CLXV, 183.

BRUNO (S.), Carthusian. — Legalia non acceptat Deus, quare, CLII, 867, 868. Judæi non tam graviter peccarunt quam gentiles, CLII, 327. Israelitas a plaga Ægypti sanguine immolati agni liberati, CLIII, 147.

CYPRIANUS (S.). — Daniel Deo devotus noluit adorare Bel, III, 354, 973. Judæi a cultu veri Dei recesserunt, ipsum Christum interficiendo, III, 525, 529, 677, 679.

EUGYPPIUS. — Sabbatum corporali otio celebrandum Judæis præceptum, LXII, 758, 759. Sacrificia quando non recte fiunt, LXII, 672. Sacramenta veteris testamenti, novo adveniente, abolita, LXII, 882, 883.

FULGENTIUS (S.). — In primo Decalogi mandato, sicut unius Dei cultura servitusque manime præcipitur, ita omnis creaturæ adoratio ac servitus prohibetur, LXV, 363, 364.

GARNERIUS. — In vaccæ sanguine digitum intingere quid, CXCIII, 97. Vacca in sacrificio mactata cum hyssopo ligunoque cedrino ac cocco bis tincta cur præcipitur offerri, CXCIII, 98. Tintinnabula vestimentis sacerdotum inhærentia, quid significent, XCXIII, 349.

GAUDENTIUS (S.). — Agni paschales utrum in templo an in domo mactati, XX, 847, 854. Judæi, neglectis spiritualibus negotiis, omnia legitima Sabbati ad otium luxuriamque contulerant, XX, 923. Sabbati lex a Judæis male observata, XX, 918, 919. Sabbato justi operabantur in lege veteri, XX, 923, 924. Suillæ carnes quare Judæis prohibitæ, XX, 950, 951.

GUIBERTUS. — Judæorum quam imperfecta sacrificia et cæremoniæ, CLVI, 519, 520. Judæorum pontificia et templa annihilata, CLVI, 523. Judæi multa atilia seponunt et circa nugas rotantur. CLVI, 524. Hostiæ in altari consecrandæ quanta cum reverentia fiebant, CLVI, 1024, 1025.

HIERONYMUS (S.). — Dogmata et cultus Judæorum, XXIII, 303, 304. Post sacrificium Isaac, Silo non celebrata sunt sacrificia, XXIV, 845. Per multam annorum seriem in templo celebrata sunt et oblata sacrificia legalia, XXIV, 55. Observatio Sabbati in quo posita, XXIV, 573. Hircus in sacrificiis quare offertur, XXV, 426. Unum Deum colunt Judæi, sed Trinitatem non agnoscunt, XXV, 1034. Mel cur non offertur in sacrificiis, XXV, 934. Judas Machabæus templum ab idolorum imaginibus emundavit, XXVII, 505, 506.

HILARIUS (S.). — Moyses secretioria legis mysteria septuaginta senioribus intimavit, IX, 262. Sacrificia legis necessaria erant, non voluntaria, IX, 345. Moyses sub velamento verborum communium ingentia sacramenta condidit, IX, 450. Sacrificium vespertinum, quid, IX, 825, 826.

HILDEBERTUS. — Angeli ante ortum Christi se adorari patiuntur, CLXXI, 392. De unctione regum et sacerdotum, CLXXI, 797. De septem Machabæis pro cultu Dei veri immolatis, CLXXI, 1603.

HILDEGARDIS (sancta). — De significatione hostiarum, et circumcisionis, et legis quæ per prophetiam in patribus incarnandum Dei Filium præcesserunt, CXCVII, 968.

HONORIUS, Augustodunens. — De tribus sacrificiis, CLXXII, 553. De septem sacrificiis legalibus, CLXXII, 553.

HUGO DE S. VICTORE. — Jubilæus quoto anno celebrabatur, CLXXV, 563. Machabæi et mysteria quæ nobis præfigurant, CLXXV, 748. Jephte per victoriam sacrificavit filiam, CLXXV, 680. Personæ quæ sacrificia offerre poterant, CLXXV, 75. Sacramenta legalia quare data, quibus, quando, ubi, CLXXVI, 120. Templum Salomonis quando, et ubi fundatum, CLXXVI, 1116. Altare æneum et superbum oblatio, CLXXVII, 643. Ignis semper ardens

CLXXVII, 688. Jephte votum quale fuerit, 323, 324. Tabernacula filiorum Israel et eo-, CLXXVII, 968. Vestes sacerdotales sub veteri XVII, 352. Vituli tres immolandi Domino, 860.
IUS (S.), Legionensis. — Illiniuntur postes m sanguine agni, quare, CCVIII, 778. Solemhæ quare appellata transitus, CCVIII, 778.
JS (S.), Taurinens. — Hebræi qua religione ati colerent, LVII, 905. Machabæi fratres inpro patriis legibus custodiendis atrociora torsi sunt, LVII, 888.
JS (S.). — Sacrificia regni Juda legalia, non Israel et Samariæ, XI, 1487, 1488.
IUS (S.). — Deus muneribus non placatur sed munditia, XCIX, 259. Phinees occidens Zambi ultus Dei, quid significet, XCIX, 290.
S CANTOR. — Advena et peregrinus edere de hali olim prohibebantur, CCV, 109. De anaeteris testamenti, CCV, 91.
S, Cellens. — De panibus in cultu veteris adhibitis, CCII, 1044. De pane azymo, CCII, anibus propositionis, CCII, 968.
S COMESTOR. — De sanctificatione primogeniXCVIII, 1156. De diebus azymorum et agno CXCVIII, 1152. De altari faciendo, CXCVIII, fœdere firmato aspersione sanguinis vitulorum, 1168. De tabernaculo faciendo, CXCVIII, 1169. s propositionis, CXCVIII, 1171. De vasis libaXCVIII, 1172. De altari holocaustorum, CXCVIII, situ altaris, et vasis ejus, CXCVIII, 1181. De us vestibus sacerdotis, CXCVIII, 1182. De bus indumentis, CXCVIII, 1185. De prece Moysi Dei, CXCVIII, 1190. De holocaustis et modo CXCVIII, 1193. De sacrificiis pacificis et saluXCVIII, 1196. De oblatione inanimatorum, 1197. De hostiis pro peccato, CXCVIII, 1198, igne jugi et ejectione cinerum, CXCVIII, 1200. ratione summi sacerdotis et minorum, CXCVIII, vitula rufa, hirco et cineribus aspersionis, 1209. De purificatione immundorum, CXCVIII, sanctimonia sacerdotum, CXCVIII, 1213. De nibus et maledictionibus, CXCVIII, 1216. De votivis, CXCVIII, 1216. De judicio zelotypiæ, 1218. De consecratione levitarum, CXCVIII, rdotes soli peccata populi comedebant, CXCVIII, apidatione colligentis ligna in Sabbato, CXCVIII, virga Aaron quæ nocte una floruit et fronduit protulit, CXCVIII, 1231. De victoria post votum is, CXCVIII, 1234. De serpente æneo contra erpentes, CXCVIII, 1234. De zelo Phinees, 1240. De libaminibus, CXCVIII, 1241. De jugi CXCVIII, 1242. De Sabbato et oblationibus VIII, 1242. De neomenia, CXCVIII, 1243. De de Pentecoste, CXCVIII, 1243. De festis TuPropitiationis, CXCVIII, 1244. De scenopegia, 1245. De votis, CXCVIII, 1246. De occisione Madianitarum quæ coierant cum viris Israelitis, 1246. Israelitæ offerunt Domino prædam belli, nt Moysi ut deprecetur Dominum pro ipsis, 1246. De decima secunda, CXCVIII, 1251. De abjiciendis, CXCVIII, 1253. Ne fœdus Israelitæ im gentibus, CXCVIII, 1254. De prohibitione et de libello repudii, CXCVIII, 1256. De Deo sepulto in loco incognito, CXCVIII, 1260. situm Jordanis Josue contruxit altare Domino, illud sacrificavit Deo, CXCVIII, 1262. De cire in Galgalis, CXCVIII, 1263. De muris Jerientibus, CXCVIII, 1264. De lapidatione Achor, 1264, 1265. De fœdere quod statuit populus ad CVIII, 1271. Gedeon destruxit aram Baal et ffert in holocaustum Domino super altare quod ram ædificat, CXCVIII, 1278. David saltabat at coram arca Domini et obtulit holocausta , CXCVIII, 1330. De pœnitentia David, CXCVIII, . De ædificatione templi et de variis ornais, CXCVIII, 1354. De vasis altaris et dedicapli, CXCVIII, 1364. De Ezechiæ ægrotae regressu solis, eodem orante, CXCVIII, 1411. ficatione templi, CXCVIII, 1474. De purificapli, CXCVIII, 1507.
S DAMIANUS (S.). — Sacrificia veteris legis ificent, CXLIV, 331.
S LOMBARDUS. — De circumcisione, CXCI, ti qui Christi adventum præcesserunt in inferno tur, usque ad ejus passionem, CXCI, 1362, ises idololatras quomodo gladio vindicavit, CXCI, 1372, Elias pro zelo cultus Dei propria manu multos morte affecit, CXCI, 1372. Cæremonias non observasse veteribus peccatum fuit, CXCII, 276.
RABANUS MAURUS. — Agnum immaculatum offerre, quid sit, CVIII, 624. Altaris sive holocausti descriptio, CVIII, 179. Altare de terra cur Deus jusserit fieri, CVIII, 107. Avium sacrificandorum ritus, CVIII, 255. Christus oblatio est et victima, CVIII, 283. Gedeon sacrificium offert, CVIII, 1156. De hostia pro peccato oblata, CVIII, 301. Spiritus Domini an ad immolandam filiam et vovendum Jephte impulerit, CVIII, 1184. An Jephte immolando filiam peccaverit, CVIII, 1184. Judæi tempore Josue et seniorum Deo soli serviunt, CVIII, 1118. Levitarum ministerium et numerus, CVIII, 605, 609, 610, 637. Pontificalia Aaronis et filiorum ejus præcipiuntur, CVIII, 189, 191. Reliquiæ sacrificiorum comburendæ, CVIII, 644. Ritus sacrificiorum et libaminum, CVIII, 293, 295. Solemnitates feriarum, et Sabbati et Paschatis, CVIII, 501. Ex vaccæ cinere fiebat aqua expiationis, qua variæ immunditiæ abluebantur, CVIII, 703, 704. Victimas pacificas offerre quid, CVIII, 134. De altari aureo, CIX, 179. De altari æneo, CIX, 458. Cultus Tabernaculi Moysis quandiu permanserit, CIX, 141. Israelitarum jejunia et corporis macerationes non fuere irrita, CIX, 556. Num Manne angelo offerre voluerit sacrificium an vero Deo, CIX, 1191. Ornatus Judith non amorem adulterii, sed religionem cultus Dei spectabat, CIX, 622. Animalium diversorum hostiæ cur institutæ, CX, 1039. Jephte immolat filiam, CXI, 57.
RICHARDUS A S. VICTORE. — Carnem hircinam offerre, quid sit, CXCVI, 1035. De oblatione turturis et columbæ, CXCVI, 1042. De Paschate Judæorum, CXCVI, 264. De tabernaculo, mensa, altari et candelabro, CXCVI, 192.
RUPERTUS, Tuitiens. — Holocausta antiqua non tam jussa quam permissa fuerunt, CLXVII, 1714. Hostia pacificorum cur non fiat de volatilibus, CLXVII, 755. Hostia pacificorum et holocaustum quomodo differant, CLXVII, 755. Varia Judæorum sacrificia describuntur, CLXVIII, 1577, 1578. De Paschate apud Judæos, CLXVIII, 1533. De Sabbati violatione, CLXVIII, 1524. De sacrificio quod fiebat apud Judæos pro mortuis, CLXVIII, 138. Jephte votum suum implevit in occisione filiæ unicæ, CLXVIII, 1243. Zelus Phineæ sacerdotis qui confodit virum et mulierem adulterantes, CLXIX, 881. Zelus Eliæ qui ad placandum Deum quadringentos prophetas Baal gladio occidit, CLXIX, 881.
TERTULLIANUS. — Judæi per Moysem Deum colere didicerunt, I, 403. Regnum Judæorum floruit quandiu divinis præceptis paruerunt, I, 393. Quotidie lavant Judæi, quia quotidie inquinantur, I, 1169, 1217. Aaron et filii ejus, cum adirent ad Sanctum prohibiti sunt portare vinum, II, 517.
VALERIANUS. — Machabæorum mater laudatur, et eorum pugna pro cultu divino describitur, LII, 747, 747.
ZENO, — De circumcisione Judæorum, XI, 345, 346. De Sabbato violato per circumcisionem, XI, 346, 347.

SERIES TERTIA.

Qualis nunc cultus est ex præcepto novæ legis; deque dulia et hyperdulia, deque oratione pro mortuis.

Cum Christus, amplioris gloriæ, ut ait Paulus, Hebr. III, præ Moyse dignus habitus sit, ampliorem domus honorem habet, qui fabricavit illam, tanquam filius est in domo sua, quæ domus sumus nos. Per hunc facta fuit reprobatio præcedentis mandati propter infirmitatem et inutilitatem, opera mortuorum, doctrinæ baptismatum novæ legi cesserunt. Christus est ergo novæ legis auctor.

Cultum, in isto paragrapho, latissimo sensu in Ecclesia intelligemus, velut cum Gallice dicitur, in regimine civili : MINISTÈRE DU CULTE CATHOLIQUE Ad cultum ergo pertinent dogmata fidei sacramenta, usus pii, cæremoniæ, personæ, res, loca templa, cantus, hymni, et istius modi sexcenta quæ inserviunt ad servandam, propagandam et defendendam hanc legem novam, mediis a prapositis Ecclesiæ ad hoc opus aptis judicatis. Insuper ibi tractabitur de honore sanctis et eorum reliquiis, nec non B. Mariæ Virgini debito, deque eorum miraculis, et tandem de precibus pro defunctis ab antiquissima traditione ad Deum pro eorum liberatione a pœnis purgatorii semper pie fusis. Quæ indicis cultus pars tota pertinet ad historiam Ecclesiæ catholicæ, et simul cum duabus seriebus sequentibus hoc nomine recte insigniri traditionemque catholicam constituere dici posset.

ABÆLARDUS. — Circa quænam cultus catholicus con-

sistat, CLXXVIII, 1697. De sacramento baptismi, CLXXVIII, 1738, De sacramento altaris, CLXXIII, 1740. Hymni solemnitatum divinarum, CLXXVIII, 1789, 1801.

ABBO, Floriacens. — De ordinatione presbyterorum, CXXXIX, 483. Ut nulla pecunia data episcopi ordinentur, CXXXIX, 483. Quantum prosit frequens oblatio sacrificii, CXXXIX, 505.

ABBO, Sangerman. — De fundamento et incremento Christianitatis, CXXXII, 771.

ADALGERUS. — Ambrosius Mediolanens episcop. a templo et sacrificio exclusit Theodosium imperatorem post cædem Thessalonicam, neque eum admisit ad sacra nisi post legitimam religiosamque satisfactionem, CXXXIV, 934, 935. Purpura imperatores, non sacerdotes facit, CXXXIV, 937. Sacerdotum est medicamina peccatoribus præscribere, imperatorum vero vota suscipere, CXXXIV, 936.

ADAMUS, Perseniæ. — Ægroti per B. Virginem Mariam curantur, CCXI, 703, 759, 760. Advocata credentium B. Virgo, CCXI, 745. Cultor B. Mariæ Virginis a morte liber, CCXI, 763, 764. Signum prædestinationis pietas in Mariam, et signum reprobationis æternæ averso a Maria, CCXI, 779.

ADAMUS SCOTUS. — Confessionis sacramentalis utilitas, CXCVIII, 205, 206. Maria prima omnium Deo votum virginitatis fecit, CXCVIII, 187. Nihil magis in cultu necessarium est quam mutua inter prælatos et subditos dilectio, CXCVIII, 869.

ADEMARUS. — De apostolatu S. Martialis, CXLI, 88.

ADO (S.), Viennens. — Christus pastor ovium unitus a Deo Patre, CXXIII, 47. De celebratione Paschatis in die Dominica, CXXIII, 83. De pluvia e cœlo concessa per milites Christianos, CXXIII, 84.

ADSO, Dervens. — Quodam puero resuscitato et postmodum baptizato, omnes in magno numero ad hoc spectaculum præsentes idola projiciunt, et baptismi sacramentum in commune suscipiunt, CXXXVII, 628. Corpus S. Waldeberti præsidium maxime contra paganos, CXXXVII, 694. Quomodo super altare Christum in sacramento rex Edwardus cum comite vidit, CXXXVII, 760. De zelo sanctimonialium, quæ volebant flammis tradere quamdam ex eis a juvene seductam et stupratam, CXXXVII, 791, 794.

ÆNEAS, Parisiens. — Liber contra ritus cultus Græcorum, CXXI, 689.

AGOBARDUS (S.). — De cultu imaginum, CIV, 199. Apostolorum imagines, non ad cultum eis exhibendum, sed ob amorem et recordationem ab antiquis expressæ, CIV, 215. Canere in ecclesia magis animo quam voce debemus, CIV, 334. Certamina singularia contraria pietati et cultui Christianorum, CIV, 119. Christiani vocantur Nazareni a Judæis, CIV, 73. Christiani omnes sunt fratres, CIV, 114, 115, 116. Christianorum cultus non est novus, CIV, 174. Christiani perfecti gloriantur in tribulationibus, CIV, 884. Christus verus Dei Filius, non adoptivus, CIV, 41. Christus apostolus et pontifex, CIV, 56. Adoptavit naturamhumanam, CIV, 66. Cœlicolæ unde dicti, CIV, 201. Imagines sanctorum, si a populis adorentur, conterendæ CIV, 918. Ecclesiarum ritus antiqui non facile mutentur, CIV, 350. Ecclesiæ ædificandæ sunt ad laudandum Deum, ad deprecandum et ad sacrificandum, CIV, 237. Episcopi qui fidem principi jurejurando obligatam violant, deponantur, CIV, 304. Cultus Christianus explicatur, CIV, 267. Cultus non valet ad salutem hominis sine pace, CIV, 257. Quomodo adversus inimicos cultus sit pugnandum, CIV, 276. Festis diebus antiqui Christiani vacabant prorsus orationi, CIV, 75. Homines sancti respuunt adorationem, CIV, 203. Imagines Dei et sanctorum non sunt adorandæ. CIV, 200. Imagines habuere antiqui Christiani, causa historiæ, CIV, 225. Litaniæ sive rogationes quando fieri debeant, CIV, 340. De punitione indita veneficis et sortilegis, CIV, 147. Missarum solemnia, CIV, 119, 226. Oblationes quæ fiunt in Ecclesia sunt res pauperum, CIV, 185. Officia divina sunt celebranda cum magna gravitate et modestia, CIV, 337. Oratio debet fieri cum tota fiducia et spe, CIV, 286. Paulus et Barnabas a se removent immolationem victimarum, CIV, 203. Romanus pontifex vicarius B. Petri, CIV, 293, 296. Impii sacerdotis sacrificio conficiuntur sacramenta, CIV, 143. Sancti homines honorandi propter imitationem non autem adorandi propter religionem, CIV, 220. Sanctitas non potest tribui imaginibus, cum sint res inanimatæ, CIV, 212.

AIMOINUS. — Clotildis die Dominica vota suarum precum solvebat in ecclesia, CXXXIX, 651, 652. Clodoveus invocat Christum Deum Clotildis et promittit se Christianum fore si victoriam adipiscatur et fit victor Alemannorum, CXXXIX, 653, 654. De visione facta solitario super statu Bagoberti regis defuncti, CXXXIX, 791.

ALANUS DE INSULIS. — Absolutiones in consecrationibus ecclesiarum, etc., quam vim habeant, CCX, 367. Oratio ad Deum piissima, CCX, 534, 535. De cultu catholico adversus Albigenses, CCX, 305. Post consecrationem nihil remanet panis substantiæ, CCX, 364. Sacerdotalis ordinis dignitas, CCX, 384, 385. Sacramenta vocantur vasa gratiæ, CCX, 204. Sacramentorum vis non dependet a bonitate ministri, CCX, 389, 390. Sancti non orant pro damnatis, orant pro vivis, CCX, 374. Sacerdos, celebrans in peccato mortali, peccat, CCX, 389.

ALBERICUS. — Petrus eremita primus auctor expeditionis sacræ ad expellendos paganos e locis sanctis, CLXVI, 389, 390. Quomodo sacer ordo cadavera mortuorum curaverit, CLXVI, 437. De inventione Dominicæ lanceæ, CLXVI, 505, 528. De crucifixo cui perfidorum insania nocere non potuit, CLXVI, 545. Relatio de templo Domini, CLXIV, 549. De oratoriis sanctæ civitatis et quam devote dux sepulcrum Domini visitaverit, CLXVI, 550. Qualiter inventa si portio ligni salutaris, CLXVI, 553. Lacrymosa ac devota precatio militis Christiani, CLXVI, 569.

ALBERICUS. — Qui indigne offerunt hostias in altari, quamvis sint sanctæ, non sanctificantur ab eis, CLXXX, 883. Injusta excommunicatio potius nocet excommunicanti quam excommunicato, CLXXX, 886. Quod aliqui non sunt excommunicandi, ne alios sua excommunicatione contaminent, CLXXX, 895.

ALCUINUS. — Canticum angelorum coram Agno, C, 1123. Christus leo dicitur quia diabolum vicit; agnus vero, qui semetipsum offerens mundum redemit, C, 1121. Judæi, Elia et Enoch prædicantibus, ante pedes Ecclesiæ adoraturi, venient, C, 1112. Mediator Dei et hominum est angelus thuribulum aureum in manu tenens, seu Christus, C, 1135. Jesus Christus ab illuminato cæco adoratur, C, 877. Christianorum vita, qualis esse debeat, C, 502. Nemo credit necessitate, sed voluntate, C, 833. Christus Deus est, et in carne adorandus, CI, 170. Per Christum solum et ejus sacrificium mundus liberari a peccatis potuit, CI, 1065, 1066. Sedet nunc Christus ad dexteram Patris, ut precibus credentium annuat, CI, 1065. Christus post nativitatem carnis et prædicationem Evangelii hostia effectus est pro salute mundi, CI, 1128. Ubi Christus advenit, sacerdotium Judæorum obmutuit, lex et prophetia cessavit, CI, 1129. Sacrificium missæ, quare sic appellatum, CI, 1134. Unde missa sumpsit exordium, CI, 1135. Symbolum cultus catholici, CI, 1136. Sacramenta, seu mysteria cultus catholici, CI, 445, 612. De divinis officiis cultus catholici, CI, 1173, 1414.

ALEXANDER III, papa. — De excommunicatione contra inimicos pacis lata, CC, 54. De canonizatione Eduardi regis Angliæ, CC, 106. De excommunicatione contra invasores Ecclesiæ prolata et confirmata, CC, 178. De immunitate ecclesiastica non violanda, et clericis ad tribunal sæculare non trahendis, CC, 375. De subsidiis in Oriente contra Saracenos cultum Christianum atterentes mittendis, CC, 384. Ut denarium B. Petri, quod sibi de Anglia debebatur, transmittere non omittat Gilbertus Londinens. episcop., CC, 430. Ut Henricus rex Anglorum a sacrilegiis abstineat sub pœna excommunicationis, CC, 510. Ut reliquiæ S. Jacobi a comite Flandriæ violenter ablatæ restituantur, CC, 553. Ut officia divina in terris excommunicatorum non celebrentur, CC, 706. Ut qui in clericos violentas manus injecerant excommunicentur, CC, 792. De matrimoniis sine sacerdotali benedictione factis, CC, 850. De canonizatione B. Thomæ archipræsulis, CC, 900, 901, 902, 909. Ut non exigatur pecunia pro baptismo parvulorum, nec pro sepultura mortuorum, CC, 1011.

ALGERUS. — De sacramento corporis et sanguinis Domini, CLXXX, 743. De immolatione Christi in altari, CLXXX, 786. Cur visibile sacrificium invisibili Deo fiat, CLXXX, 814. Cur magis consecretur in pane, vino et aqua corpus et sanguis Christi quam in cæteris corporum speciebus, CLXXX, 822. Cur magis consecretur corpus Christi in pane azymo quam in fermentato, CLXXX, 827. Sacramenta Christi non credenda sunt fieri pro meritis ministrorum, CLXXX, 834. Tanta sunt Dei sacramenta ut omnium hominum superent merita; CLXXX, 837. Sacramenta hæreticorum de Ecclesia sunt et in Ecclesia fiunt, CLXXX, 841. Utrum sacramenta rite fiant, si solemnibus verbis aliqua contra fidem interserantur, CLXXX, 847. Quare in nomine Trinitatis baptisma fieri institutum sit, CLXXX, 852. De sacrificio missæ, CLXXX, 854. Baptisma, etsi a pagano detur, non est iteraudum, CLXXX, 879. Quod sacramenta a quovis Catholico, quamvis peccatore ministrari possunt et consecrari, nec a bono majus, nec a malo minus perfici, CLXXX, 882.

ALPERTUS. — De clerico cultum Christianum blasphemante, CXL, 484. Epistola ad clericum apostatam cultum Christi blasphemantem, CXL, 485.

AMALARIUS. — De cæremoniis baptismi, XCIX, 887, 901.

AMBROSIUS (S.). — Chananæa perseveranti oratione gratiam Domini meruit, XIV, 1412. Imber supplicantis Ecclesiæ precibus datur, XIV, 202. Ecclesiam qui non frequentabant arguuntur, XV, 1440. Quibus diebus et quibus horis canendi sunt hymni in Ecclesia et celebranda oblatio, XV, 1314. Quando celebranda oblatio et sacrficium quo Christus esurientem sui corporis epulis replet, XV, 1314. Sacræ oblationis veneranda communio, XV, 1710. Sacerdotes offerunt pro populo sacrificium, XV, 1051. Nulla tuta salus esse potest, nisi unusquisque Deum verum, hoc est, Deum Christianorum a quo cuncta reguntur veraciter colat, XV, 961. Imperator Christianus non debet præbere sumptum ad usus sacrificiorum profanorum, XV, 961. Ambrosius non audet sacrificium offerre, si Theodosius post cædem Thessalonicam assistere huic voluerit, XV, 1163. Helena mater Constantini invenit crucem et ejus titulum, regem adoravit Christum, et non lignum, XV, 1401. Helena crucem in capite regum locavit, ut crux Christi in regibus adoretur, XVI, 1402. Eucharistiæ sacrificium est pro salute omnium tam vivorum quam defunctorum, XVII, 754. Omnes Christiani omni die Dominica debent offerre et communicare, XVII, 656.

ANASTASIUS BIBLIOTHECAR. — Christus Petrum summum pontificem creat, CXXVII, 1035. Herodes Antipas ascendit Hierosolymam ad sacrificium Deo offerendum, CXXVII, 1036. Discipuli Christi primum Antiochiæ cognominantur Christiani, CXXVII, 1036. Constitutiones de reverentia erga sacrificium ac de modo expiandi defectus in ipsi occurrentes, CXXVII, 1313. Statuit S. Zephirinus ut consecratio divini sanguinis in vitreo vase fieret, CXXVII, 1315. Vasa sacra ad sacrificium corporis et sanguinis Christi esse argentea decrevit et S. Urbanus papa, CXXII, 1383.

ANSELMUS (S.), Cantuariens. — Quæ infideles objiciant contra cultum, CLVIII, 364, 365. Cultus durabit usque ad finem mundi, CLVIII, 588. Christus ipsam carnem, quam pro nobis suscepit, nobis ad manducandum dedit, et adhuc in sacrificio sui altaris ministrare non desinit, CLVIII, 733. Invocandi sunt omnes sancti Dei, ut nobis sint in auxilium, CLVIII, 733. De sacramento altaris CLIX, 254.

ANSELMUS, Havelbergens. — Quod Græci contra universalem traditionem se a ritu Romanæ Ecclesiæ sequestrant, et in fermentato sacrificant, CLXXXVIII, 1211, 1228.

ATTO VERCELLENS. — Ut omnes fidem catholicam memoriter teneant, CXXXIV, 29. Quod sacerdos missam solus nequaquam celebret, CXXXIV, 30. Quod sacerdos missas nisi sacratis ab episcopo locis non præsumat celebrare, CXXXIV, 30. Quod divina mysteria studiose celebrentur, CXXXIV, 30. Ut Oratio Dominica quotidie proferatur, CXXXIV, 40. Quod cum excommunicato non sit orandum, CXXXIV, 41. Quod die Dominica stantes oremus, CXXXIV, 42. Quibus festis populus communicet, CXXXIV, 42. Si sacrificium per negligentiam ceciderit, CXXXIV, 42. Qualiter mysteria baptismatis vel chrismatis custodienda sint, CXXXIV, 43. Qualiter sponsus et sponsa a sacerdote benedicantur, CXXXIV, 46.

AUGUSTINUS (S.), Hipponens. — Augustinus fletibus quotidianis Deum rogat ut sanentur vulnera sua, XXXII, 991. S. Augustinus orat pro salute matris suæ, XXXII, 778. Apostoli Hierosolymis decreverunt me quisquam cogeret gentes judaizare, non autem ne quisquam Judæos judaizare prohiberet, XXXIII, 279. Oblationes pro defunctis, XXXIII, 92. Cultus Christianus magna est reipublicæ salus, XXXIII, 532. Sabbatum in otio corporaliter celebrandum commendatum est, ut esset figura sanctificationis in requie Spiritus sancti, XXXIII, 212, 213. Fidei Christianæ veritas unde, ex sanguine martyrum et ex castitate virginum XXXIV, 125. Sacrificia privata prohibentur, XXXIV, 702. Verum Pascha Christi immolatio, XXXV, 1785. Apostoli in passione Domini titubantes, ejus resurrectione firmati sunt, et tunc Deum adoraverunt, XXXVI, 1798, 1799. Christus sacerdos a nobis accepit, quod pro nobis offerret, XXXVI, 1701. Mysteria dulciora quo obscuriora, XXXVI, 1803. Inter sacra mysteria jubemur sursum habere cor, gratias agere, XXXVI, 443, Sacrificium corporis et sanguinis Domini secundum ordinem Melchisedech nunc diffusum toto orbe terrarum, XXXVI, 1527. Catholica communio, XXXVI, 53. Chananææ perseverantia in petendo laudata, XXXVI, 487. Christianorum sacrificium, XXXVI, 284. Sancti conservi sunt nostri, non pro Deo colendi, XXXVI, 1442. Pascha verissimum in Christo celebratum, XXXVI, 844. Sacrificium Dei nostri abundavit, XXXVI, 1356. Sacrificium offert episcopus vel presbyter, XXXVI, 1100. Magi Deum esse cognoverunt, et adoraverunt illum cui astra serviebant, XXXIX, 2015. Oratio Dominica ante omnia oranti dicenda, quia eam libenter exaudit, qui ipsam instituit XXXIX, 2282. Ubi et hostia Christus est et sacerdos, XXXIX, 2154. Sacrificium altaris et eleemosynæ fiunt pro baptizatis omnibus defunctis, XL, 283. Symbolum fidei catholicæ, seu cultus Christiani fundamentum, XL, 631. Sacrificium quod Christus instituit, et offerre præcepit, XL, 956. Religionis summa est imitari quod colis, XL, 242. A cultu dæmonum nos liberat sacrificium Christi et donum Spiritus sancti, XL, 138. Cultus Christiani sanctitas opponitur impuro cultui dæmonum XL, 76. Sacrificium verum et perfectum quodnam est, XL, 283. Sacrificium Ecclesiæ quotidianum, XL, 298. Otium Sabbati cur non observat Christianus, XLII, 353. Sacrificium verum uni Deo vero debitum quodnam est, XLII, 382, 386. Sacrificium Christianorum, XLII, 382. Sacrificium Christianorum ubique in terra et in cœlo offertur, XLII, 61. Pascha per orbem totum una die observatum iri censet Arelatense concilium, XLIII, 787. Sacrificium carnis Christi verum et unicum sacrificium pro peccatis, XLIV, 600.

BALDUINUS. — De sanctissimo Eucharistiæ sacramento, CCIV, 403. De vero cultu quo manifestatur vera dilectio Dei, CCIV, 417, 425. De commendatione cultus Dei veri, CCIV, 573. De novæ legis institutione, CCIV, 629. De sacramento altaris, CCIV, 642.

BANDINUS. — De sacramentis ecclesiasticis, CXCII, 1089. De sacramento Eucharistiæ, et unde Eucharistia dicatur, CXCII, 1094. Corpus Christi in omni esse altari, CXIII, 1093. Qui conficit sacramentum altaris, CXCII, 1097. De ecclesiasticis ordinibus, CXCII, 1103. De differentia votorum, CXCII, 1108. De dispari cultu quoad matrimonium, CXCII, 1108. De suffragiis defunctorum, CXCII, 1110.

BEDA VENERABILIS. — Crucifixo Domino, stabant omnes noti ejus a longe, dum confiteri et adorare timebant quem fixum ligno videbant, sed de his tacentibus lapides et saxa clamabant et adorabant, XCII, 570. De Paschate Christiano in quo Christus innocens immolatur, XCIII, 369, 370. De Magis qui venerant adorare Jesum infantem ut Deum, XCIII, 455. De redemptione humana, XCIII, 471, Orante Petro, Simon Magus cadens ex alto in terram crepuit medius, XCIV, 497. Sex formulæ orationis, XCIV, 559. Quare et quomodo Christiani celebrant solemnitatem Paschæ, XCIV, 536, 537, 675. Solemnitas in cultu omnium sanctorum, XCIV, 447, 450. Absque purgatione baptismi nemo potest communicare sacrosanctæ oblationi, XCIV, 90. Germanus orando incendia domorum restinxit, XCIV, 48. Mellitus episcopus flammas ardentes suæ civitatis orando restinxit, XCIV, 92. Quomodo cultum Christi susceperit provincia orientalium Anglorum, XCIV, 107.

BERENGOSUS. — De laude et inventione sanctæ crucis, CLX, 935. Beata Helena ejusque filius Constantinus Magnus a Deo obtinuerunt gratiam, propter zelum, sanctæ crucis inveniendæ et propagandi cultus Christiani, CLX, 953.

BERNARDUS (S.), Clarævallens. — Altare pro ecclesia parochiali cum decimis, CLXXXII, 607. Clerici præ monachis vivere debent de altari, CLXXXII, 607. Reliquiæ sub altari, CLXXXII, 1111. Christus cur tam laboriosum nos liberandi modum susceperit, cum sola ejus voluntas sufficeret, CLXXII, 1068; CLXXXIII, 826. Fermentato pane Græci utuntur in sacrificio, Latini azymo, CLXXXII, 403 404. Festa nova non facile, nec temere, nec inconsulta sede apostolica instituenda, CLXXXII, 335, 336. Sacerdotium et regnum in Christo et in Ecclesia unita, CLXXXII, 441. Sacerdotes omnes celebrant in festo Assumptionis B. Mariæ Virginis, CLXXXIII, 713, 714. Carnotensis conventus pro sacra expeditione ad cultum Christi vindicandum et propagandum apud Hierosolymam, CLXXXIII, 464, 568, 569. Christianus falsus plus nocet quam hæreticus, CLXXXIII, 1092, 1093. Christianus a Christo separatus fit monstrum, CLXXXIII, 169. Festa sanctorum triplici fructu celebrantur, CLXXXIII, 462, 463, 478. Abusus in festis sanctorum, CLXXXIII, 480. Abusus in festis Paschalibus, CLXXXIII, 282. Cultus Christiani vita est charitas, CLXXXIII, 283, 284. Oblatio Christi in templo et in cruce, CLXXXIII, 369, 370. Sacramentum signum sacrum dicitur, sive sacrum secretum, CLXXXIII, 271. Negligentia circa cultum divinum notatur, CLXXXIII, 44, 45. De clerico sacrilego, CLXXXIV, 444. Maria prima virginitatis votum vovit, CLXXXIV, 669. Sacerdotes parentes Christi, CLXXXIV, 1093. Conscientia purganda ante sacrificium,

CLXXXIV, 786, 787. Vota alia communia, alia specialia, et vota illicita rescindenda sunt, CLXXXIV, 1201, 1292. Christianos tria faciunt, fides, baptismus et altaris participatio, CLXXXV, 58. De cultu S. Mariæ d'Aflighem quæ S. Bernardo locuta est, CLXXXV, 1797.

BERNARDUS, Fontis Calidi monach. — Contra sectam Waldensium cultui catholico circa plurima derogantem, CCIV, 793. Contra eos qui dicunt fidelibus defunctis non prodesse missarum solemnia, CCIV, 828. Contra eos qui in Ecclesia orare nolunt, CCIV, 835.

BERNO, Augiæ divitis abb. — De quibusdam rebus ad missæ officium pertinentibus, CXLII, 1053. Qualiter priscis apostolorum temporibus missarum celebritas ageretur, CXLII, 1053.

BOETIUS. — Quonam cultu Deus ab omnibus honorandus est, LXIV, 1261. Cultus Christiani essentia, LXIV, 1261. Cultus Boetio tanquam martyri exhibito, LXIV, 1509.

BONACURSUS. — Quod panis qui in altare ponitur et vinum convertatur post sanctificationem in corpus et sanguinem Domini, et quod nullus nisi qui manducaverit salvetur, CCIV, 782. Quod Christus sit Deus adorandus, CCIV, 788.

BONIFACIUS (S.). — De incarnatione Filii Dei et humani generis reparatione, LXXXIX, 862. De solemnitate paschali, LXXXIX, 868. De abrenuntiatione in baptismate, LXXXIX, 870.

BRUNO (S.), Astens. — Quomodo per apostolos, viros simplices et illitteratos cultus idolorum eversus fuerit, CLXIV, 836, 855. Christus sanguine suo peccata nostra delevit, et genus humanum universum Deo Patri reconciliavit, CLXIV, 259. Non auguriis et divinationibus, sed divinæ legis præceptis et prophetarum et apostolorum verbis credant Christiani, CLXIV, 444. Sicut nos Deum deprecando, cum interrogamus, ita ipse nos exaudiendo nobis respondet, CLXIV, 692. Nulla alia fides est quæ salvare possit nisi fides Christianorum, CLXIV, 786. De cultu pictarum imaginum B. Mariæ Virginis, CLXIV, 859. Sancti ab Ecclesia ad cultum publicum elevantur, et tunc honore et cultu sunt prosequendi, CLXIV, 593. Catechumenus profitetur se Christum sequi velle, et tunc baptizatur et illuminatur, CLXV, 155. De sacramentis Ecclesiæ, mysteriis atque ecclesiasticis ritibus, CLXV, 1089.

BRUNO (S.), Carthusian. — Sacerdotum est pro populo sacrificare; ideoque Christus Deo sacrificans pro salute membrorum Patrem oravit, CLII, 714. Legalia non acceptat Deus, quare, CLII, 867. Excommunicatio separat a cultu divino et tradit Satanæ, CLIII, 146. Per baptismum homines fiunt azymi sinceritatis et veritatis, CLIII, 147. Christiani sanguine veri agni, scilicet Christi, liberantur a plaga percutientis angeli, CLIII, 148. Apostoli in terra dicuntur dii sicut angeli, et quare, CLIII, 164. Gratiarum actio multum valet ad impetrandum aliquid apud Deum, CLIII, 304. Ritus, qui per Evangelium dati sunt, fiunt ultimi ritus, et ipsi, quandiu mundus erit, non finientur, CLIII, 175. Nunc servare legem est ferme idola colere, CLIII, 302. Oratio et sacrificium pro defunctis, CLIII, 642.

BRUNO (S.), Herbipolens. — Martyres pro cultu Christi patientes hilares fuere, CXLII, 457. Orare expansis manibus, CXLII, 509, 510. Sacrificium Ecclesiæ est corporis et sanguinis Christi immolatio, CXLII, 103.

BURCHARDUS. — De primatu Ecclesiæ, CXL, 549. De sacris ordinibus, CXL, 625. De ecclesiis, CXL, 673. De sacramento baptismatis, CXL, 727. De sacramento corporis et sanguinis Domini, CXL, 750. De viris ac feminis Deo dicatis, CXL, 791. De excommunicatione, CXL, 855. De contemplatione, CXL, 1017. De officio sacerdotum, CXL, 1067.

CAROLUS MAGNUS, imperator. — Constitutio ecclesiastica, XCVII, 641. De cultu imaginum, XCVII, 971, 1248. Sancta Romana Ecclesia catholica consulenda est in causis fidei, et cultus imaginibus exhibendi, XCVII, 1019. Variæ epistolæ de cultu imaginum, XCVII, 1247.

CASSIANUS. — Cœnæ Dominicæ sacrificium, XLIX, 117. Immaculata hostia Christus oblatus est Patri et peccata humani generis diluit, XLIX, 119. Oblationes, sive sacrificia, pro defunctis fieri solitæ, XLIX, 530. Redemptio generis humani per Jesum-Christum solum fieri potuit, XLIX, 92, 93. Reliquiarum et sanctorum cultus et veneratio, XLIX, 645, 646, 706.

CASSIODORUS. — Verum cultum catholicum Deo et Christo exhibendum definivit sancta synodus Nicæna, LXIX, 1068. Adorandus Dominus triplici de causa, LXX, 974. Christus se sacrificium pro omnibus obtulit, LXX, 972, 973. Romana in urbe maxime floruit cultus Christianus LXX, 527,

CŒLESTINUS III, papa. — Bulla pro canonizatione S. Bernardi episcop., CCVI, 970. De excommunicatione et sententia excommunicationis, CCVI, 1024. Quicumque in duello pugnaverit non debet in sacris ordinibus ministrare, CCVI, 1254.

CYPRIANUS (S.). — Nefas Christianis turpia gentilium convivia frequentare, III, 1030. Cultores Christi non debent filios cum ethnicis sepelire, III, 832. Communicatio nulla extra Ecclesiam, III, 1114; IV, 405. Unanimitatem Christianam ipsa etiam Dominica sacrificia declarant, III, 1141; IV, 384. Invocatio nominis Jesu Christi, III, 1196. Adversarii Christi, et hæretici an possint sacramenta Christi conficere, ac proinde gratiam Christi dare an possint, III, 1040, 1044, 1048. In contemptum Dei impugnantur Christiani, quia displicet solus Dei cultor, IV, 553. Christianus debet tantum cœlestia cogitare, IV, 738. Christiani semper pro bono reipublicæ orant, IV, 559. Cyprianus ob confessionem nominis relegatus est in exsilium, IV, 414; primus apud acta proconsulis confitetur, IV, 421. Panis Christianorum Christus in eucharistia, IV, 531. Eucharistia, sive principale sacrificium cultus Christiani nihil prodest sine operibus, IV, 751. Solæ preces sine operibus parum valent, IV, 606. Oblatio pro mortuis, IV, 399. Modum admirabilem et exemplar perfectum colendi et adorandi Deum per orationem nobis concessit Christus, IV, 523. In hac vita saluti æternæ cultu Dei et fructu fidei providetur, IV, 563.

DIONYSIUS EXIGUUS. — Christianus occultæ idololatriæ serviens anathematizatur, LXVII, 74. Catholici non debent festiva quæ a Judæis vel hæreticis mittuntur accipere, nec cum eis festos dies agere, LXVII, 74.

DOMNOLUS (S.). — Cultus sacer, reliquiæ, LXXI, 629.

DROGO, cardinalis. — De sacramento divinæ passionis, CLXVI, 1543. De divinis officiis, CLXVI, 1557.

DURANDUS. — De corpore et sanguine Domini, sive de sacrificio cultus catholici, CXLIX, 1375.

ECKBERTUS. — De variis observationibus in cultu Christiano, CXCV, 13. De cultu non occultando, CXCV, 18. De incremento et manifestatione cultus catholici, CXCV, 21.

ELIGIUS (S.). — S. Eligius, invocatio S. Martiali, comprimit flammas in incendio urbis Parisiacæ, LXXXVII, 496.

ERNALDUS. — Stella indicat Christum Deum et magi adorant eum, CLXXXIX, 1626. De cœna Domini et prima institutione consummantis omnia sacrificia et sacramenta CLXXXIX, 1641, De unctione chrismatis et aliis sacramentis, CLXXXIX, 1653. Christus moriens consummavit rationem, id est, significationem omnium legalium hostiarum, CLXXXIX, 1711.

EUGENIUS (S.), Toletanus. — De oratione, LXXXVII, 398. Christus est Deus unus vere cum Patre colendus, LXXXVII, 398. Christum chorus angelicus semper adorat. LXXXVII, 398. Ecclesia Christum agnoscit et colit Omnipotentem, LXXXVII, 398.

EUGYPPIUS (S.). — Celebratio sacramentorum in Ecclesia, LXII, 867. Creaturæ cultus superstitio, LXII, 936, 949.

EULOGIUS (S.). — Contra hæreticos negantes Christo cultum divinum, CXV, 959. Contra impietatem eorum qui Jesum Christum hominem tantummodo confitebantur, ex perversa Evangelii explicatione, CXV, 963.

FACUNDUS. — Verus cultus catholicus exprimitur in defensione trium capitulorum, LXVII, 527.

FLORUS, diacon. — De expositione missæ, CXIX, 15. De causa fidei, CXIX, 80. Oratio cum commemoratione antiquorum miraculorum Christi Dei nostri, CXIX, 270.

FULBERTUS (S.), Carnotens. — De tribus quæ sunt necessaria ad profectum cultus catholici, CXLI, 196. Contra Judæos sacrilegos qui negant Christo titulum Messiæ et cultum divinum, CXLI, 305. Hymni et carmina ad usum cultus catholici, CXLI, 339. 354. Oratio pro adversariis ecclesiæ, CXLI, 353, 354.

GARCIAS, monach. — De sacris reliquiis in monasterio Cuxacensi custoditis, et cultu speciali venerandis, CXLI, 1443.

GAUDENTIUS (S.). — Unus agnus qui est Christus immolatur in Pascha apud Christianos, XX, 854, 855. Opera otii Christianorum et sacrificia sunt orationes et cantica spiritualia, XX, 871.

GENNADIUS. — Filius Dei æternas adoratur cum sua carne ab angelis et omni creatura, CVIII, 982, 1015. Photius patriarcha Basilium imperatorem homicidam ad sacram cœnam admittere, noluit, LVIII, 1032.

GERARDUS. — Acta synodi Atrebatensis in Manichæos, CXLII, 1269. De corpore et sanguine Domini,

CXLII, 1278. De sancta Ecclesia quæ est domus Dei, CXLII, 1284. De sacro altari, CXLII, 1287. De sacris ordinibus, CXLII, 1291. De veneratione Dominicæ crucis, CXLII, 1304. De imagine Salvatoris in cruce, CXLII, 1306.

GERHOHUS. — De gloria et honore Filii hominis, CXCIV, 1074. Christus homo latriæ cultu adorandus est, CXCIV, 1092. De trium magorum Christo infanti honore exhibito, CXCIV, 1095. De adoratione crucis, CXCIV, 1098. In adoratione nec homo a Deo, nec Deus ab homine est separandus, CXIV, 1113. Christus in sacramento Eucharistiæ vere presens est et adorandus, CXCIV, 1143. De venerabili Eucharistiæ sacramento, CXCIV, 1481.

Asturicense concilium (ann. 445 vel 446). — Acta contra Manichæos a S. Leone conscripta cum pervenissent in Hispaniam, hujus regionis episcopi detegere hujus dogmatis sectatores conati sunt quocunque loco occultati essent. Idacius et Turibius cum aliquot Manichæos in urbe Asturicensi detexissent, de iis scripta ad Antoninum Emeritensem miserunt. Tunc jam comprehensum Pascentium e Lusitania expelli jussit. Unde, ut opinantur, in hac urbe concilium hic memoratum, S. Leo, LV, 1034.

Atrebatense concilium (ann, 1025). — Huic præfuit Gerardus episc. Hæresis Manichæorum in diœcesi Attrebatensi pullulabat. Sentit episcopus doctrinarum perversarum venenum; conquisivit sectarios, ad synodum compellavit et instanter explicationem ab eis expostulavit, instans et urgens deserere malam doctrinam et abjurare, et ad confirmandum suæ fidei testamentum exegit ab unoquoque in modum crucis † quemdam characterem conscriptum, Gerardus, Camer. episc., CXLII, 1269.

Atrebatense consilium (ann. 1097). — Hoc habitum fuit ab episcopo Lamberto, sedentibus ejus archidiacono, quinque abbatibus. Ibi episcopus privilegia suis prædecessoribus concessa abbati et monachis montis S. Eligii confirmavit, et aliud monasterium (Arroasianorum) ab omni alia jurisdictione ac sua exemit, monachis dando facultatem eligendi abbatem et abbati facultatem loca polluta reconciliandi, S. Urbanus II papa, CLVI, 1174.

Augustanus conventus (ann. 952). — In quo concordi diligentia tam sancti cleri quam populi, Ecclesiæ stabilitatis profectus et totius Christianitatis utilitates tractantur. — Illi præfuit Frithuricus reverendus Moguntinæ sedis archiepiscopus. Adfuerunt plures archiepiscopi et circa virginti episcopi. Ibi rex piissimus Otto ecclesiasticarum rerum auxiliatorem se esse promittendo certificavit. Ex hac promissione regali audita, archiepisc. residens communi cæterorum assensu capitula titulari præcepit, *Monument diplom.*, CXXXVIII, 833.

Augustodunense concilium (ann. 590). A Guntramno convocatum, de Tetradia. — Hæc Tedradia uxor erat Eulalii, provinciæ Arvernensis comitis; quæ marito valedixerat suo ut comiti nomine Didier adhæreret. Sed concilium de propriis parafernalibus bonis restituere Eulalio comiti duplo duplum vel ad quadruplum valorem

e sua domo ablatorum, damnavit eam, et notam infamiæ liberis adulterinis quos e comite adultero genuerat addidit, notans eos liberos illegitimos. S. Gregor. Turon., LXXI, 520.

Augustodunense concilium (ann. 670). — S. Leodegarius hujus urbis episc. et aliud convocavit et huic præfuit; cujus supersunt aliquot statuta; aliqua vero desunt, siquidem in ordine transcriptionis a primo ad quintum, a sexto ad octavum, ab octavo ad decimum, a decimo ad quartum decimum et ad quintum decimum, juxta vetustissimas collectiones in quibus omnino et totus deest præcedens, transitur. *ibid.*

Auraicense concilium (ann. 408). — Tempore Theodosii Junioris et Cyri consulum VI Idus Novem. in ecclesia Justinianensi, Isidor. Mercator., CXXX, 391.

Aurelianense concilium (ann. 511). — Quod consilio S. Remigii Rhemensis convocavit rex Clodovæus Ibi sederunt quinque metropolitani, Burgidalensis, Bituricensis, Turonensis, Auscensis et Rothomagensis, qui cum aliis episcopis unum et triginta canones condiderunt, S. Leo, LVI, 312.

Aurelianense concilium (ann, 538), sub Sylverio pontifice summo. — Huic præfuit Lugdunensis archiepisc. S. Lupus, quocum consederunt alii undeviginti episcopi qui subscripserunt tribus et triginta canonibus conditis ad renovandos veteres canones de disciplina, *ibid.*

Aurelianense concilium (ann. 549), regnante Childeberto. — Sacerdos Lugdunensis archiepiscopus huic præfuit : quod fuit congregatum ut ubi causa Marci episcopi Aurelianensis diceretur. Ex omnibus provinciis trium regnorum Galliæ formatum erat. In hoc restitutus fuit Marcus in sua sede episcopali et quatuor canones conditi fuerunt, *ibid.*

Aurelianense concilium (ann. 634. — Quod coactum contra Monothelitarum hæresim quæ pervadere Gallias minabatur; hoc concilium habitum fuit curante S. Elysio etiamnum laico, *ibid.*

Aurelianense concilium (ann. 1129). — Hoc habitum fuit ab Umbalo archiepiscopo et apostolicæ sedis legato. Quæ fuerit causa hujus concilii, latet, S. Urbanus II papa, CLVII, 70.

Bagaiense conciliabulum (ann. 394), a Primiano Donatista et episc. Carthaginensi convocatum irregulariter et omissis non omittendis formis. — Ibi sederunt trecenti decem episcopi. Non in pretio est quod decrevit contra episc. Carth. Maximianum, S. Optatus. Prolegom., XI, 846.

Bagoriense concilium (ann. 740), loco incerto habitum a sancto Bonifacio ex commendatione Gregori III papæ. Ibi sederunt octo Patres, S. Bonifacius arch. Mogunt., LXXXIX, 805.

Bagoriense concilium (ann. 903). — Hujus concilii ratio fuit quædam donatio ab imperatore Ludovico III facta S. Emmeranni monasterio cum approbatione archiepisc. Salzburgensis et quinque aliorum episcoporum, *ibid.*

Bagoriense concilium (ann. 906). — Ibi confirmatum est privilegium quo Ecclesia Frisiaca fruebatur sibimetipsi eligendi suum episcopum. Sex huic solemni facto interfuerunt Prælati, *ibid.*

Bajocensis synodus (ann. 1518), sub Rev. D. Ludovico de Canossa, episcopo ejusdem urbis. — In hac synodo editæ et publicatæ sunt variæ constitutiones, Joannes Rhotom. archiepisc., CXLVII, 235.

Belvacensis synodus (ann. 795). — Carolus de Villers Belvacensis episcopus habuit hanc synodum cum suis presbyteris. Ibi Constitutiones synodales promulgavit, alias de Confraternitatibus, alias de sacramentis, vita clericali, testamentis et sepulturis et collectis, Hincmarus Rhemensis, CXXV, 392.

Belvacensis synodus Caroli II (ann. 845). — Hæc synodus habita fuit apud Belvacum civitatem anno sexto regni domni Caroli, et sedentes Venilo, Erchanradus, Ymmo, Rothadus, Simeo, Lupus, Ragenarius, Helias, Erpoinus, Aio, Hincmarus, presbyteri et vocati archiepiscopi capitula fecerunt quæ idem princeps gloriosus, Deo teste, sub fidei suæ astipulatione se servaturum promisit erga, omnes Ecclesias et episcopos regni sui, *Monument. Diplom.*, CXXXVIII, 543.

Belvacense concilium (ann. 1114). — Hoc concilium habitum fuit a Conone cardinali et legato, sedentibus trium episcopis provinciarum; ibi fuit excommunicatus imperator Henricus V; renovata plura decreta sunt postremorum pontificum de salute bonorum ecclesiasticorum et aliis disciplinæ ecclesiasticæ, S. Urbanus II papa, CLVI, 1199.

Barcinonense concilium (ann. 599). — Hoc concilium, ut videtur, papa Gregario indicente, habitum fuit ad vitium Simoniæ exstirpandum in iis provinciis. Asiatica Tarraconensis archiepisc. huic præfuit, et ibi sederunt undecim episcopi qui canones quatuor condiderunt, S. Isidorus Hispal., LXXXIV. 607.

Barcinonense concilium (ann. 1064). — Hoc convocavit cardinalis Hugues Le Blanc Alexandri II legatus. Ibi ad memoriam clericorum continentiæ præceptum revocatum est, pariter in eodem actum est de ritu Gothico abdicando et de Romano adoptando. Alexander II ore unanimi habitus est summus Pontifex legitimus et Cadalous ut antipapa damnatus est, *ibid.*

Barense concilium (ann. 1097). — Hoc fuit habitum Urbano II papa, astantibus, 183 episcopis. Causa hujus concilii fuit adunatio communis Græcorum et Latinorum, S. Urbanus II papa, CLI, 242.

Basileense et Senonense concilia (ann. 1198). — Hæc concilia fuerunt convocata pro gestatione almutiarum in capite, Robertus Pullus, CLXXXVI, 1118.

Basileensia concilia et uti verius dicam Basileense concilium in quinque et quadraginta sessiones partitum (ann. 1431). — Narratio longa esset de dissidiis inter Patres Basileenses et Eugenium IV, grassantibus, et quæstio est fuerit ne æcumenicum, annon. Hic consessus magnam in tota Ecclesia turbationem attulit. In quo summus Pontifex depositus suffragiis sedentium et antipapa Felix V proclamatus S. Leo Magnus, LVI, 312.

Beneventanum concilium (ann. 1087). — Hoc concilium a papa Victore III habitum fuit, et ibi excommunicavit Guibertum ejus æmulum, eamdem tulit sententiam adversus Hugonem Lugdunensem et Richardum abbat. Massill. utrumque antipapæ fautores. Investituras tandem damnavit sub pœna excommunicationis cum consensu omnis concilii, Victor III papa, CXLIX, 965.

Beneventanum concilium (ann. 1091). — Urbanus II congregavit hoc concilium. Ibi renovavit damnationis sententias latas adversus antipapam Guibertum et quatuor canones condidit, *ibid.*

Beneventanum concilium (ann. 1108). — Hoc concilium habitum fuit a papa Paschali II de investituris et luxu vestium clericorum. Excommunicatos declaravit et clericum qui beneficium ecclesiasticum a sæculari obtinuit, et ipsum sæcularem, *ibid.*

Beneventanum concilium (ann. 1091). — Habitum fuit ab Urbano II papa, qui sententiam anathematis super Guibertum hæresiarcham et omnes ejus complices synodali judicio confirmavit, S. Urbanus II papa, CLI, 81.

Bonogisilense concilium (ann. 618). — Hoc Bonogisili vel Bonogeli quod tribus leucis a Lutetia distat habitum ; ne ordinetur laicus in archipresbyterum prohibet. Idem sacra celebrare pro mortuis, baptismum administrare laicos sepelire nisi cum ordinarii licentia monasteriis interdicit, S. Gregorius Turonens., LXXI, 634.

Bonogisilense concilium (ann. 855). — Ea fuit causa hujus concilii, dissidia episcopi Cenomanensis cum abbatia Anisolensi vel Sancti Calisii. Mauricus Turonensis archiepisc., Venilo Senonensis, Hincmar, Rhemensis, Paulus Rhotomag., et viginti tres episcopi ibi sederunt cum tredecim abbatibus, *ibid.*

Bracarensis et Terraconensis synodi (ann. 464 : 465). — Cum Sylvanus episc. (Calahorra episcopos ordinavisset, inscio Ascanio metropolitano, hic habuit hanc synodum suæ provinciæ, ut scriberet ea de re ad S. Hilarium summum pontificem qui, re expensa, in concilio Romæ habito, ad metropolitanum Tarraconensem Epistolam synodicam direxit, qua denuntiat, spectatis pluribus epistolis magnatum et magistratuum Hispaniæ urbium quarumdam ad se directis in Sylvani gratiam, illi veniam præteriti concedere, dummodo in futurum canones non amplius omitteret, S, Leo, LV, 471.

Bracarense concilium (ann. 560, 563). Ab archiepiscopo Lucretio habitum ; in quo lecta fuit S. Leonis ad Turibium epistola, et altera Celenensis concilii synodica ad Baleonium directa adversus Pricillianistas. — Ibi firmata sunt contra istos hæreticos decreta et amplius reformati sunt abusus qui in ministerio clericali irrepserant vel in Dei servitio, *ibid.*

Bracarense concilium (ann. 572), — Hoc concilium primum est in quo formula, regnante Christo, adhibita est, quamvis a longo tempore in aliis actis inveniebatur. Huic præfuit Bracarensis archiepiscopus ; et sederunt duodecim episcopi, sex cujusque provinciæ, qui canones ad numerum decem de disciplina condiderunt, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 561.

Bracarense concilium (ann. 675). — Cui præfuit Leodecisius et sederunt octo episcopi, novem canones condidit. *ibid.*, 585.

Brennacense concilium (ann. 580). — Occasio hujus con-

cilii fuit accusatio quam in S. Gregorium tulerat Leudastes Turon. comes. Eum arguebat urbem Turon. Childeberto Austrasiæ regi tradere voluisse, et reginam Fredegundem in contemptum adduxisse, eam insimulando mali commercii cum Bertramno Burdigalensi episcopo. Structa calumnia a comite cui hujus urbis Turonis gubernatio ablata fuerat. Sententia excommunicationis ibi lata est contra Leudasten, S. Gregorius Turon., LXXI, 367.

Burdigalense concilium (ann. 1097). — Amatus, Burdigalensis archiepiscopus, habuit hoc concilium cum archiepiscopo Auscensi et pluribus aliis episcopis et abbatibus. S. Petri de Narcistais ecclesia ibi abbati S. Joannis de Angeriaco adversus abbatem S. Maxent. adjudicata est, S. Urbanus II, papa, CLI, 244.

Byzacenæ provinciæ synodus (ann. 507) — Ea fuit occasio hujus synodi quod rex Trasimundus Byzacenæ episcopis catholicis vita functis, successores ne darentur prohibuit. Episcopi vero in concilium congregati statuerunt contra principis prohibitionem. Unde nova persecutio, S. Leo, LVI, 120.

Byzacenæ provinciæ synodus (ann. 511). — In hac varia de disciplina statuta sunt et rescriptio Justiniani imperatoris approbata, *ibid.*

Byzacenæ provinciæ synodus (ann. 602). — Habita summi pontificis S. Gregorii Magni jussu, ut hujus provinciæ primatis Clementii de gravibus criminibus insimulati res examinetur, *ibid.*

Byzacenæ provinciæ synodus (ann. 646). — Hujus fuit convocator synodi Stephanus provinciæ primas. Qui anathemate falsam doctrinam Monothelitarum Constantinopol. percutiens, solemniter confessus est duas in Christo voluntates et duas operationes, *ibid.*

Cabarsussitanum conciliabulum (ann. 393). — Damnavit definitive Primianum Donatist. et episc. Carthaginens. Ibi sederunt centum episcopi sectæ Maximianistarum; S. Optatus. Prolegom., XI, 861.

Cabilonense concilium (ann. 470). — Paulo episcopo Cibilonensi mortuo, magnum dissidium fit in hac Ecclesia factionibus trium competitorum. Sanctus vero Patiens Lugdunensis arch. cujus munus erat successoris ordinationem procurare, se cum S. Euphronio Cabilonem contulit; eoque advenerunt alii provinciæ episcopi qui sortem electionis jecerunt in S. presbyterum nomine Joannem, qui tam altum tacens nihil petebat. Ille vero pius et sanctus archidiaconus de se bonam existimationem omnibus dedit ex quo electus fuerat; quæ electio firmata fuit hujus episcopi, S. Gregorius Turon., LXXI, 345.

Cabilonense concilium (ann. 579). — Salonius Emberodonens. episc., et Sagittarius episc. Vinpincens., qui in concilio Lugdunensi, ann. 567 depositi fuerant, a rege Guntramno licentiam se Romam conferendi impetraverant: summus pontifex Joannes III deceptus eis pepercerat, et sedem suam episcopalem reddiderat. Sed denuo ipsis relapsis, habuit rex apud urbem Cabilonem concilium in quo denuo etiam depositi sunt ab episcopatu, *ibid.*

Cæsaraugustanum concilium (ann. 380), habitum contra hæreticos Priscillianistas quorum sectæ primus auctor fuit Marcus e Memphi in Ægypto ortus qui fuit magicæ artis peritissimus et sectator dogmatis quod finxit Manes, S. Leo, LV, 996.

Cæsaraugustanum concilium (ann. 418). — Hoc habitum fuit in forma collationis (*conférence*) cui interfuit Emeritus unus ex Donatistarum episcopis; in quo S. Augustinus alternis vicibus et populum et Donatistas hortatus est, ut hos ad unitatem fidei adduceret. Sed Emeritus adhæsit alto silentio, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 317.

Capuanum concilium (ann. 389-391). — Habitum fuit eo fine ut finiantur Antiochenum schisma, a canonibus Ecclesiæ Africæ habetur plenarium; absentia vero Flaviani episc. Anthiocheni prohibuit ne rei conclusio fiat. Attamen pro stabilienda pace, statutum fuit omnibus Orientis episcopis communionem dare quarumcunque partium sint, dummodo fidem catholicam confiterentur. Tractatum etiam fuit de eo quod negabat Bonosius episcopus, id est, Matrem Salvatoris post partum virginem permansisse. Hunc Novatorem ad arch. Thessalonicens. et comprovinciales remisit qui eum, in concilio congregati damnaverunt, S. Damasus papa. Prolegom., XVI, 339.

Carisiacum concilium (ann. 838). — Ea sunt verba docti Mansi de hoc concilio: Eodem quoque anno, id est 838, in synodo Carisiaca iterum auditi Anisolenses monachi, iterum rejecti; pœnaque depositionis ab omni sacerdotali gradu multati sunt. In hoc eodem concilio. Florus, presbyter Ecclesiæ Lugdunensis, notior sub hoc nomine diaconus Florus, denuntiavit et vias aperuit ad damnanda liturgica opera Amalarii chorepiscopi Lugdunensis. Hincmarus Rhem. arch., CXXV, 85.

Carisiacum concilium (ann. 842). — Hoc concilium convocatum est pro matrimonio Caroli Calvi cum Hermentrude, *ibid.*

Carisiacum concilium (ann. 849). — Citatus est, ex jussu Hincmari, monachus Gotescalcus ante hunc concessum quem habebat Carisiaci rex Carolus. Ibi sederunt duodecim episcopi. Gotescalcus de sua doctrina interrogatus hæreticus judicatus est et inemendabilis, et a presbyteratus ordine quem a Rigboldo chorepiscopo sine assensu Rothadi Suessionens. episc. acceperat, depositus est, *ibid.*

Carisiacensis synodus (ann. 853). — Hæc synodus habita fuit sub Benedicto III, Flodoardus canonicus Rhemensis. CXXXV, 231.

Carpentoractense concilium (ann. 527). — Huic præfuit S. Cæsarius Arelatensis, sub pontificatu Felicis IV, regnante Athalarico Italiæ rege. Patres suspensionis pœna pro anno de sacris Agræcium Antibarum episcopum percusserunt, quod ad concilium non venerit, et irregulares fecerit ordinationes. Ibi sederunt sexdecim episcopi qui canoni ad bonorum parochialium administrationem spectanti subscripserunt, S. Cæsarius, LXVII, 1287.

Carrofensis synodus (ann. 989). — Gumbaldus arch. Burdegal. habuit hanc synodum cum sex aliis episcopis Aquitaniæ, in monasterio Carrofensi, in diœcesi Pictaviensi. Patres ibi tres condiderunt canones, Letaldus Miciac. mon., CXXXVII, 824.

Carrofensis synodus (ann. 1027.) — Hæc habita fuit adversus errores Manichæorum qui in Gallias grassabantur, et in confirmationem pacis, *ibid.*

Carrofensis synodus (ann. 1080). — In hac synodo abbas Sancti Maixenti dilationem tulit legato Amato, episcopo Oleronis, adversus abbatem Mustiensem-novum cui comes Gui bona dederat quæ abbati S. Maixenti abstulerat, *ibid.*

Carthaginense concilium I (ann. 254). — Hoc concilium decrevit excommunicationem contra Felicissimum schismatis Africani infelicem auctorem, et contra quinque illos presbyteros Carthaginenses fidei desertores ac schismaticos sectarios jam antea bis excommunicatos. — Decrevit etiam lapsos pœnitentiam agentes in Ecclesiæ communionem esse recipiendos, sed non citra necessitatem urgentem ante tempus satisfactionis impletum, Tertull., III, 849.

Carthaginense concilium II (ann. 255). Hoc concilium definivit lapsis reditum ad Ecclesiam postulantibus concedendum esse post sibi impositæ pœnitentiæ adimplectionem, *ibid.*, 851.

Carthaginense concilium III (ann. 256). — In hoc concilio constitutum est: I. Ut omnino deponatur, nisi abstineatur, ille diaconus quem Rogatianus de protervia et convictis sibi illatis denuntiaverat, 2. Confirmavit decretum alicujus concilii antecedentis contra Germinium Victorem Christianum, prohibendo ne nomen ejus in oblatione sacrificii apud altare nominaretur. 3. Responsum esse videtur baptismum infantulorum in casu necessitatis ante octavam diem accelerandum esse, Tertull., III, 1013.

Carthaginense concilium IV (ann. 258). — Hoc concilium decrevit contra Basilidem et Martialem Hispaniæ episcopos, libellaticos posse quidem ad agendam pœnitentiam admitti, verum ab ordinatione clericali atque a dignitate sacerdotali recte prohiberi, sua etiam episcopali dignitate recte spoliatos, *ibid.*, 1019.

Carthaginense concilium V (ann. 258). — Hoc concilio ob dubitationem, quam alii alio sentirent in quæstione rebaptizationis, tandem definitum est, cum unum sit in sancta Ecclesia baptisma, nominem foris extra Ecclesiam baptizari posse, et additum est illos qui a Catholicis rite baptizati ad hæreticos defuissent non per baptismum sed per solam manuum impositionem recipiendos esse, si ad Ecclesiam redire contendant, *ibid.*, 1035.

Carthaginense concilium VI (ann. 258). — Hoc concilium decrevit ut qui apud hæreticos aut schismaticos; tincti sunt, redeuntes ad Ecclesiam baptizarentur. 2. Ut qui in Ecclesia presbyteri vel diaconi ordinati, in schisma dilapsi sint, aut ab hæreticis promoti sint, revertentes ut laici communicarent, salvo tamen concordiæ vinculo cum episcopis qui aliter sentirent, *ibid.*, 1444.

Carthaginense concilium VII (ann. 258), sub Agrippino episc, habitum, pronuntiavit unanimi ore contra baptisma ab hæreticis collatum. Hujus concilii acta disperdita sunt, *ibid.*, 7051.

Carthaginense concilium VIII (ann. 258). — Hoc concilium, sive verum sive falsum sit, in hac collectione, ait Baluzius, ponitur, quemadmodum nonnulla concilia refe-

runtur in vulgatis editionibus conciliorum quæ tamen non constat habita fuisse. *ibid.*, 1101.

Carthaginense concilium (ann. 311). — In hoc conciliabulo Botrus et Celeusius vel potius 70 episcopi schismatici Cecilianum episc. Carthag. damnaverunt, S. Optatus, XI, 777.

Carthaginense concilium (ann. 349), sub Grato episc. habitum. — Primum dicitur non quod antea nullum fuerit habitum, quia vero maxime antiquum orthodoxum et approbatum inter ea quæ ibi convocata sunt. In hoc concilio Deo gratiæ aguntur de unitate procurata, *ibid.*, 803.

Carthaginense coucilium (ann. 390). — Huic præfuit Genethelius vel Genedius episc. Carthag. Hoc concilium vocatum est in Carthag. Statuit de continentia episc., presbyt. et diaconi, *ibid.*, 1195.

Carthaginense concilium (ann. 401). — Hoc concilium fuit ab Aurelio in secretario basilicæ Restitutæ convocatum. Tractat de parvulis apud Donatistas baptizatis, *ibid.*

Carthaginis synodus (ann. 412). ab Aurelio coacta adversus Cœlestium, Honorio X et Theodosio VI, CC, Marius Mercator, XLVIII, 321.

Carthaginis synodus (ann. 416), ab Aurelio coacta adversus Pelagium et Cœlestium absentes, Theodosio Aug. VII et Junio IV, Palladio CC, *ibid.*, 331.

Carthaginense concilium (ann. 416), habitum contra Pelagium et Cœlestium, S. Prosper Aquit., LI, 101.

Carthaginis synodus (ann. 418), coacta ab Aurelio, Honorio XII et Theodosio VIII, Marius Mercator, XLVIII, 347.

Carthaginis synodus (ann. 418), ab Aurelio ex omnibus Africæ pravinciis collecta, Honorio XII et Theodosio VIII, CC, *ibid.*, 350.

Carthaginis synodus (ann. 418), quæ ibidem habita est, *ibid.*, 353.

Carthaginis synodus (ann. 418), ab Aurelio congregata ex tota diœcesi Africæ, *ibid.*, 358.

Carthaginense concilium universale (ann. 418). — Indictum est hoc concilium 1 Maii die apud Carthaginem, S. Optatus, XI, 821.

Carthaginense concilium (ann. 419), sub Aurelio habitum. — In hoc conventum est inscribere in actis concilii Carthagin. tres et triginta canones decretos in præcedentibus conciliis de continentia clericorum, usura, consecratione sancti chrismatis, reconciliatione publica pœnitentium, etc., *ibid.*, 862.

Carthaginense concilium (ann. 419). — Hoc concilium damnavit ut antea Pelagium et Cœlestium, ann. 419, S. Optatus, XI, 1502.

Carthaginense concilium (ann. 525), — Hoc concilium a Bonifacio episc. convocatum, in secretario Ecclesiæ S. Agilæi martyris, habitum fuit. Confirmavit privilegia Ecclesiæ Carthag., *ibid.*, 847.

Carthaginense concilium (ann. 534), sub Reparato habitum — Hoc de episcopis Arianis qui ab rectam fidem redierint, decrevit ut a dignitatibus ecclesiasticis arcerentur; ibi lecti sunt veterum conciliorum canones, multaque decreta lata fuerunt pro reparanda ecclesiaslica disciplina, *ibid.*, 843.

Carthaginense concilium (ann. 550). — Hoc concilium non est approbatum. Episcopi ibi sedentes excommunicare papam Vigilium ausi sunt, quia hic summus Pontifex tria capitula damnaverat, et ad imperatorem Justinianum quem in partes eorum attrahere tentabant, scripserunt. Justinianus vero rescriptum promulgavit in quo Africanos episcopos refutans papæ Vigilii se ultorem ostendebat, S. Isidorus Hisp., LXXXIV, 226.

Causeiense concilium (ann. 995). — Habitum sub Leone abbate monasterii Sancti Bonifacii urbis Romæ et papæ Joannis legato. In hoc Arnulfus pacis Ecclesiæ exturbator damnatus fuit et seipsum sacerdotio exuit, Sxlvester II papa, CXXXIX, 347.

Chalcedonense concilium (ann. 451), ubi præfuit Paschasinus cum legatis S. Leonis papæ. — Illud congregatum fuit tanquam tempestatibus quibus tunc agitabatur sancta Ecclesia efficax remedium. Episcopi in conciliabulo Ephesino depositi instanti oratione hoc ab imperatore Marciano petiverant. Ibi contra Euthychetem et Dioscorum olim Alexandriæ episc. sententiam tulerunt tres legati summi Pontif. Paschasinus, Luccutius et Bonifacius his verbis : Nefaria a Dioscoro commissa nota sunt; in sua communione recepit Eutychetem ab episcopo suo damnatum, quod negavit Ephesi, sustinere pergit nedum veniam imploret, nec epistolam Leonis ad Flavianum legi permisit, necnon summum Pontificem excommunicavit. Multum de eo quesitum est : Citatus er, ad jussionem non venit ; itaque sanctissim. arch. Romæ Leo, per nos et per istud concilium cum apostolo S Petro qui est petra basisque et fundamentum catholicæ Ecclesiæ, eum dignitate episcopali, et omni ministerio sacerdotali spoliavit. Ibi adhuc receptæ sunt Epistolæ synodales S. Cyrilli, tam ad Nestorium quam ad Orientales directæ, ut dogmati Nestorii rejiciendo aut et definiendo canonice symbolo veræ fidei. In hoc et alia multa et in variis sess. tractata sunt. Huic consederunt sexcenti Patres. S. Damasus papa, XIII 364.

Cirthense concilium (ann. 305). — In hoc in gratiam reconciliati fuerunt et veniam acceperunt episcopi qui grassante persecutione, paganis sacros libros tradiderant et quibuscum communicare ex Africano proconsulari concilio interdictum erat, S. Augustinus, XXXIII, 161, 580.

Cirthense concilium (ann. 412). — Huic concilio præerat Sylvanus episc. et Numidiæ primas. Contra Donatistas convocatum fuit illud concilium, S. Optatus, *Appendix hist. Carth. coll.*, XI, 1451.

Claramontanum concilium (ann. 1095), ubi factum est decretum pro communione sub utraque specie. — Hoc convocavit S. Robertus Pullus, Urbanus II papa, CLXXXVI, 1036.

Clarondonense concilium (ann. 1164). — Consessus omnis regni Angliæ. Ibi stabilita sunt præcepta voluntati regis conformia, contraria vero Ecclesiæ libertatibus. S. Thomas iis subscripsit articulis quos vocant jura regalia. Fuit enim impulsus ab aliis episcopis et regni magnatibus. Sed postea tanto fuit dolore commotus ut non ausus fuerit celebrare, antequam a summo pontifice absolutus fuerit, S. Thomas Cantuar., CLXXXVIII, 151.

Compendiense concilium (ann. 823). — Hoc concilio de rebus sacris illicite usis actum est; et in eodem imposita denuo fuit pœnitentia Ludovico Debonnario pro aliquot culpis quarum emendationem promisit, S. Agobardus, CIV, 230.

Constantiense concilium (ann. 1094). Huic Hebehardus Constantiæ episcopus et Urbani II papæ legatus in Alemannia, præfuit. Ibi incontinentia clericorum et violentia Simoniacorum damnatæ sunt. Actum est etiam in causa Praxedis reginæ quæ dimisso clam Henrico imperatore, ad Mathildem confugerat, S. Urbanus II papa, CLI, 126.

Constantinopolitanum concilium œcumenicum II (ann. 381). — Hoc concilium constituit inter multa, hæreticos qui rectæ fidei adjicientur, et plures alios unctione chrismatis esse recipiendos; Arianos, Macedonianos, Sabbatianos, Novatianos; Eunomianos vero, Montanistas Phrygas, Sabellianos et plures alios qui tinguntur sola immersione, baptizandos esse, Tertullianus III, 1243.

Constantinopolitanum concilium (ann. 382). — Hoc concilium sub imperatore Theodosio et ejus jussu congregatum fuit ad solvenda varia inter quæ negotium quod ad Flavianum spectabat. Huic bis a suis ministris ad eum deputatis concilio invitatus est Gregorius Nazianzenus qui dedit excusationem quod onestus infirmitatibus et morti proximus nihil jam agere poterat, S. Leo, LIV, 955.

Constantinopolitanum concilium (ann. 383). — Ea fuit causa hujus concilii quod imperator Theodosius cui nihil erat antiquius pace imperii et Ecclesiæ, omnium sectarum particularium episcopos habere concilium ut unitatis fructus et unius sententiæ ex eorum collationibus colligeretur, jussionem fecit, *ibid.*

Constantinopolitanum concilium (ann. 448). — S. A. Flaviano habitum contra Eutychetem. Hic ter citatus ad concilium venit tandem et a patricio Florente cum interrogaretur an confiteretur duas naturas in Christo post incarnationem, respondit: Confiteor Christum habuisse duas naturas ante unionem, sed post unionem, solam confiteor. Unde anathematizatus est, id. LV, 1098.

Constantinopolitanum concilium (ann. 449). — Eutyches damnatus in præcedenti, ad S. Leonem papam appellavit; in hoc, post discussionem factam actorum concilii recens habiti, exponere suam fidei confessionem ab imperatore jussus est, *ibid.*

Constantinopolitanum concilium (ann. 450). — Theodosio mortuo, ejus successor lætanter legatos. S. Leonis hospitatus est. Mox Anatolius, cujus substituti ordinationis in locum Flaviani Constantinop. episcopi, a S. Leone Theodosius approbationem petierat, congregavit hoc concilium episcoporum quinquaginta in urbe aderant, abbatum, presbyterorum et diaconorum. Lecta est S. Leonis ad Flavianum epistola, cui subscripsit Anatolius dicens: Nestorio, Eutycheti et eorum dogmatibus anathema, *ibid.*, 1214.

Constantinopolitanum concilium (ann. 519). Hoc habitum est quia Timotheus sedem episcopalem et patriarchalem Alexandriæ usurpaverat, et cum sæviret adversus orthodoxos, plures catholici episcopi ad imperatorem

ım miserunt supplicationem petentes Timothei deonem et patriarchæ canonicam electionem : quod ausa hujus concilii, *ibid.*, 1219.
stantinopolitanum concilium (ann. 532). — In hoc, sione imperatoris, per tres dies continuos, orationes putationes inter se habuerunt sex episcopi orthoet sex episcopi partibus Severi, Antiochiæ Eutychiani rchæ faventes. Sed veritas de errore triumphavit is ex heterodoxis ad fidem conversus est cum mulricis et monachis, *ibid.*, 975.
stantinopolitanum concilium (ann. 543). — Hoc con- coactum est a Menna Constantinopolit. patriarcha usa Origenis et origenistarum, Liberatus, LXVIII,

dubense concilium (ann. 349). — Huic præerat Osius; ontra sectatores Arii celebratum, Osius Cordub. , Epist. ad Constantium, VIII, 1327.
dubense concilium falsum (ann. 852). — Jussu Ab- i regis Mahumeti sectatorum convocatum, decreta ohibitio ad martyrium se offerendi et condemnatio talium martyrum. S. Eulogius sacerdos Corduin opere cui titulus : *Memoriale sanctorum* illud nat et rejicit tanquam falsum, *ibid.*
ubii juxta ripam concilium (ann. 741). — Hoc con- a S. Bonifacio et uno legato S. sedis habitum fuit. lerici sive laici qui inemendabiliter a lege Domini aret, ad papam deferri, concilium jussit, S. Gre- III papa, LXXXIX, 584.
politanum concilium (ann. 415). — Contra Pela- habitum est, in quo quidem absolutus fuit et ejus a damnata, siquidem ipse eam anathematizare s est ut vitet suam damnationem : qui errores Pen codice ab episcopis Eroe et Lazaro collecti fuet in hoc concilio ante Patres sedentes legerentur. elagium in audientia errorum, eos decipere novit, nfitendo fidem veram quam corde negabat, S. Aus, XXXIII, 776, 827.
oicensis synodus (ann. 1576). — In hac æstivali syctum est de instauratione disciplinæ ecclesiasticæ ate temporis collapsæ; habita fuit sub Claudio ens. episc., Joannes Rothomag., CXLVII, 239.
rense concilium (ann. 615). — Egara, urbs Hispa-, hodie Tarraca vel Tetrassa. In hac urbe habuit hoc concilium de cœlibatu presbyterorum, diam et subdiaconorum, S. Isidorus Hispal., LXXXIV,

nense concilium (ann. 1027). — Hoc habitum fuit ba pontifice Ausonensi ad vicem Berengarii Elenenscopi. Ibi actum est de pace et de aliquot disci- Officium divinum per tres menses pro excommufieri, ut conversio eorum impetraretur, statutum Urbanus II papa, CLI, 742.
beritanum seu *Illiberitanum* concilium et in Hispaabitum (ann. 303 vel 309). — Unum et octoginta s Patres qui ibi sederunt, condiderunt de discieclesiastica, S. Leo, LV, 1019.
onense concilium (ann. 517). — Primo anno regni undi quem S. Avitus episcopus Viennensis ad fonverterat, fuit habitum hoc concilium. Ille episcouic præfuit. Ibi quinque viginti Burgundiæ sedeepiscopi qui canones quadraginta condiderunt, nysius Exiguus, LXVII, 994.
esinum concilium (ann. 243). — Habitum est vel in alio loco Asiæ proconsularis. Quod convocatum est hæreticum Noel et Paulum Samosatens. In quo io recitata fuit quædam fidei expositio de verbo oc quod rejiciebat ille hæresiarcha, S. Damasus papa, om., XIII, 303.
esinum concilium (ann. 401), habitum contra Nem, eum damnat cum multis pelagianis, S. Prosper, 4.
esinum concilium (ann. 431). — In Messalinos et tas necnon in causa Eusthatii habitum est. In hoc sederunt ducenti episcopi adversus Nestorium ntinopolitanum episcopum qui purum hominem ex rgine Maria natum asseruit, ut aliam personam , aliam faceret Deitatis, nec unum Christum in Dei et carne sentiret, sed separatim atque sem alterum Filium Dei, alterum hominis prædicaret, lorus Hispal., LXXXIV, 151,
esinum conciliabulum (ann. 431), ab illis episcopis estorii partibus favebant congregatum in diversorio. positi sunt S. Cyrillus et Memnon episc. Ephes., osper, LI, 594.
esinum concilium (ann. 444), In causa Eutychetis gatum, S. Prosper, LI. 601.
esinum concilium (ann. 449), quod in latrocinium vit, quia in hoc, omnibus subversis principiis, Flavianus et Eusebius Dorytei damnati a Dioscoro fuerunt S. Leo, LIV, 966.
Exolunidense concilium (ann. 1081). — Hoc concilium, habitum fuit a legatis Hugone de Die et Amato Oleronis. Ibi excommunicati sunt Exolunidenses clerici quod processionaliter non acceperint unum ex his duobus legatis, D. Ivo Carnot., CLXII, 181.
Forojuliense concilium (ann. 796). — A sancto Paulino congregatum fuit hoc concilium, in causa sacrosanctæ Trinitatis et Incarnationis Verbi divini, sub Leone papa III, S. Paulinus Aqu. Patr., XCIX, 283.
Floriacense concilium (ann. 1110). — Hoc habitum fuit a Legato Richardo Albano episcopo. Excommunicati fuerunt qui vexationibus in Ecclesiam Mauriæ sontes se rederent, S. Ivo Carnot., CLXII, 219.
Francofordiense concilium (ann. 794). — Jussione Magni Caroli imperat. contra Elipandum et Felicem Urgell. episc. Ibi damnati sunt eorum errores de adoptione quam Filio Dei tribuebant. In hoc sederent trecenti Patres, Cœlius Sedulius, Prolegom., XIX, 517.
Francofordiense concilium (ann. 1006). — In hoc statutum est de Constitutione episcopatus Bambergensis. Occasio hujus erectionis fuit S. imperatoris Henrici II desiderium locum sui ortus honorandi. Cum episcopus Witzburgensis frustra expostulasset hujus novæ sedis ordinationem, servando suam sedem cum titulo archiepiscopi, obstitit, sed adhuc frustra, petitioni imperatoris, S. Henricus imperat., CXI., 384.
Fussellense concilium (ann. 1104). — Hoc concilium convocatum est ut componerentur limites diœcesum Burgos et Osma. Aliquot alia ibi etiam statuta fuerunt, S. Urbanus II, CLII, 32.
Gallicanum concilium (ann. 197). — In quo Montanus damnatus est, S. Leo, LVI, 53.
Gallicanum concilium (ann. 355). — S. Hilarius Pictav. convocavit plura in Galiis concilia contra Arianos. In hoc Patres Saturnini Valentis et Ursacii communionem abdicaverunt, *ibid.*
Gallicanum concilium (ann. 362). — In hoc concilio statuerunt Patres admittendos esse qui Arianum dogma abjurarent, dummodo fidem Nicænam profiterentur, *ibid.*
Gallicanum concilium (ann. 371). — In isto fides in S. Trinitatem confirmata fuit, et Patres ad papam reclamaverunt adversus quoscunque qui hanc fidem negarent, *ibid.*
Gallicanum concilium (ann. 429). — Habitum fuit eo tempore quo Pelagiana hæresis Britanniæ regionem nunc Angliam infestabat. In hoc periculo veræ fidei, Catholici Angliæ ab episcopis Galliarum auxilium petierunt adversus errorem. Ea fuit causa hujus concilii in quo S. Germanus Antiss. et S. Lupus Trecensis sederunt, ut defensores gratiæ J. Christi, *ibid.*
Gallicana synodus (ann. 451). — Ibi sederunt quatuor et quadraginta episcopi qui S. Leonis ad Flavianum Antiochiæ patriarcham epistolam approbaverunt. Cui præfuit Ravennius Arelatensis. Epistola supra memorata contra Eutychetem scripta erat, *ibid.*, 1236.
Gallicanum concilium (ann. 516). — In isto concilio cum quidam dogmatis Ariani amator objectionibus S. Remigii respondere impar erat, ad veram fidem conversus est, *ibid.*
Gallicanum concilium (ann. 796). — Videtur hoc concilium Turonensem apud urbem habitum fuisse, Caroli Magni jussu, in causa Josephi Cenomanens. episc. qui a clero diœcesano pro duris et barbaris accusatus fuerat cruciatibus. Jamjam damnandus sub militari veste aufugit, nec depositionem vitavit, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 178.
Gangrense concilium (ann. incert. 364). — Habitum fuit hoc concilium in metropoli Paphlagoniæ contra Eustathianos et Manichæos. Juxta Baronium huic concilio præfuit Cordubensis Osius velut legatus papæ Sylvestri. In hoc concessu viginti canones conditi sunt. Ibi sederunt quindecim episcopi, S. Leo, LV, 979.
Germanicum concilium (ann. 744). — Huic præfuit S. Bonifacius legatus sanctæ Sedis. Patres capitulare in viginti octo articulos partitum, quorum plures spectant quidem magis ad societatem civilem, qui vero tunc temporis non minus ad res ecclesiasticas tendebant, S. Bonifacius arch. Mog., LXXXIX, 807.
Germanicum concilium (ann. 759), loco incerto, fortasse apud Constantiam urbem. — Juxta Collectionem conciliorum Allemaniæ, Guarinus et Ruithardus fisco mancipati, Othmarem, S. Galli abbatem, in carcerem conjecerunt sicuti reum pravorum et libidinosorum: Cujus abbatis crimen erat in eo quod questus esset, et queri etiamnum vellet de eorum exactionibus, *ibid.*
Germanicum concilium (anno 850), loco incerto. — Ibi

quæstio fuit an diœceses Bremensis et Hamburgensis in unum colligerentur, *ibid.*, 830.

Gerundense concilium (ann. 517). — Ibi cum sex aliis episcopis præfuit metropolitanus Tarraconensis, et decem canones de liturgia et disciplina condiderunt, S. Isidorus Hispal., LXXXIV, 314.

Gerundense concilium (ann. 1019). — In hoc, Petrus episcopus hujus urbis, suffragiis plurium astantium in civitate episcoporum canonicam constituit vitam, *ibid.*

Gerundense concilium (ann. 1097). Habuit hoc concilium archiepisc. Tarraconensis cum tribus episcopis. Statutum est de confirmandis libertatibus ecclesiasticis, S. Urbanus II papa, CLI, 230.

Hiberniensia concilia (ann. 450 vel 466), duo sub nomine S. Patricii, quorum manuscriptum pervetus exemplar in bibliotheca Benedictinorum Cantabrigiæ servatur, S. Leo, LVI, 302.

Hiberniense concilium (ann. 795), fere incognitum nisi citetur a quodam auctore (*Vid.* Duguet, dissert. 17, de 1 et 2 canone concilii Ancyrani), dicente unum concilium Hiberniense habitum ann. 705 et initio pontificatus Leonis III, ex his duobus canonibus, de scandalo quod afferret in populo presbyter ad pœnitentiam publicam admissus concludit, *ibid.*

Hipponense concilium (ann. 393) generale totius Africæ, ab Aurelio convocatum et cui præfuit.— Inter alias constitutiones quas de disciplina ecclesiastica fecerunt Patres, in hoc concilio statutum est celebrationem festi Paschalis quotannis in concilio quod haberi solitum erat declarandam esse. *Monumenta vetera*, S. Optatus, XI, 1185.

Hipponense concilium (ann. 399), generale Africæ, ab Aurelio apud Hipponam convocatum, de Donatis in episc. Carth. de clericis Donatistis in numero laicorum recipiendis, *ibid.*

Hipponense concilium (ann. 422). — In hoc concilio damnaverunt Antonium episc. Fussalens. quem spoliaverunt gubernatione episcopali, nec tamen eum ab episcopatu deposuerunt Patres, *ibid.*

Hipponensis synodus (ann. 426). Ab S. Augustino ætate provecto convocata fuit. In ea sibi successorem in episcopatu elegit presb. Heraclium, *ibid.*

Hispalense, Spalense concilium I (ann. 590).— S. Leander Hispalensis episcopus habuit hoc concilium cum septem suffragantibus, quinto anno regis Recaredis, Isidorus Mercator, CXXX, 593.

Hispalense vel *Spalense concilium II* (ann. 591). — Hoc concilium habitum fuit in sacrario ecclesiæ dictæ Hierosolyma, sub rege Sisebuto et papa Bonifacio V. Huic præfuit S. Isidorus Hispalensis, et septem alii ibi sederunt presbyteratus et duo laici, titulo illustres; Pisisellus provinciæ Beticæ gubernater, *ibid.*, 595.

Hispanicum concilium (ann. 362). — In hoc concilio congregati episcopi, omnes qui ad veram fidem redirent esse admittendos statuerunt, dummodo fidem Nicænam reciperent, et doctrinam Euzoii et Eudoxii impiam anathematizarent, S. Leo, LVI, 218.

Hispanicum concilium (ann. 793). — Hoc fuit habitum ab Hispanicis episcopis. Errorem infauste Elipandi et Felicis Urgelli adoptarunt, eum corroborare aliquot textibus, SS. Patrum fœdati conantes, *ibid.*

Iconiense concilium (ann. 258). Hoc concilium *constituit ac decrevit* contra Cataphrygas et omnes alios hæreticos nihil eorum quæ ab hæreticis facta sunt, ab Ecclesia catholica recipiendum esse : ordinationes, baptismum, manuum impositionem, quidvis sacrum ab hæreticis administratum, invalidum esse. Quoad vero spectat hoc concilium, Stephanus papa episcopos Orientales hæc constituentes excommunicat, apostolicæ Sedis communione privat : ipsam vero synodum erraticam contra apostolorum traditionem erroneum dogma confirmantem, reprobat, Tertullianus, III, 1152.

Ilerdense concilium (ann. 524). — Hoc concilium habitum fuit, juxta cardinalem d'Aguirre, quinto decimo anno regnantis in Hispania Theodorici. Ibi octo episcopi vel potius novem sedentes ut testantur acta, sexdecim canones confecerunt, Dracontius, LX, 796.

Ilerdense concilium (ann. 1229). — Joannes cardinalis-legatus et Sabinæ episcopus, habuit hoc concilium in quo sedentes patres de disciplina ecclesiastica et notanter de clericorum agendi ratione statuta unumque particulare pro bona Ecclesiæ Barcinonensis administratione constituerunt, S. Isidorus Hispal., LXXXIX, 321.

Ilerdense concilium (ann. 1237). — In hoc negotium datum S. Francisci et S. Dominici religiosis hæreticos quærendi, *ibid.*

Illyricanum vel *Illyricum concilium* (ann. 368 vel 370 ou 375), quod, imperatore Valentinianum jubente, congregatum est. — Ea fuit causa convocationis, ut fiat contestationibus quæ de doctrina adhuc agitabantur a Asia et Phrygia, Patrum decreta imponerent, et aliqua malis quæ committebantur in episcoporum ministrorumque ordinis inferioris electione. Disputationes versabatur præsertim de natura S. Spiritus quæ ab heterodoxis secreta fuerat a natura Patris et Filii; quod hæresis Macedonii refricabat. Decretum concilii ad episcopos Asiæ et Phrygiæ fuit directum cum epistola synodali, S. Damasus papa, Prolegom., XIII, 136.

Illyricum concilium (ann. 415). — Hoc concilium habitum fuit in gratiam Perigenis sacerdotis Corinthi, qui ordinatus fuerat episcopus urbis (vulgo Patras) in Thessalia, in diœcesi Illyriæ Orientalis, ab episcopo Corinthi, Alexandro. Cum incolæ urbis nollent eum accipere episcopum, concilium congregatum fuit ad conficiendas testimoniales de pietate et bonis moribus Perigenis coram papa litteras; sed fuit impar Roma pervicaciam vinculis obsistentium, et res in longum procrastinabat, cum Alexander Corinthi episcopus mortuus est, cui ille substitutus est, *ibid.*

Illyricum concilium (ann. 516). — Hoc concilium habitum est a Joanne episc. Nicopoleos, metropoleos veteris Epiræ. Ibi septem sederunt episcopi qui declarationem adversus Eutychianos et in gratiam communionis cum papa Hormisda confecerunt, Cassiodorus, LXIX, 950.

Illyricum concilium (ann. 550). — In hoc Illyrici episcopi trium capitulorum fautores audacter surrexerunt contra Judicatum papæ Vigilii, et Benenatum qui surrexerat contra tria capitula damnarunt, *ibid.*

Italicum concilium (ann. 251 vel 253). — Hoc concilium sub papa Cornelio congregatum in causa hæretici Novatiani. Hoc insuetum ac alienum a recepto ecclesiastico more, quo concilia omnia ad illud usque tempus, ac etiam deinceps celebrata sunt, a certo aliquo determinatoque loco denominationem acceperat.

Vix proferri poterit concilium aliquod circa hæc tempora, quod *Italicum* dictum sit, et non potius *Romanum*. Damasus papa, Prolegom., XIII, 329.

Italicum concilium (ann. 381). — S. Ambrosius huic præfuit concilio quod forte habitum est Mediolani cujus erat episcopus. Patres hujus concilii artibus Maximi Cynici delusi sunt Qui cum expulsus esset Constantinopoli ubi sedem tempore S. Gregor. Nazianz. episcopalem usurpaverat, adiit concilium, quod eum proclamavit patriarcham Constantinopolitanum, et habuit Nectarium intrusum. Patres ibidem Apollinaristas damnaverunt, et duas epistolas ad Theodosium Magnum imperatorem scripserunt, *ibid.*; S. Ambrosius, XVI, 951.

Juliobonense concilium (ann. 1080). — Illud a Willelmo Anglorum rege cum episcopis et proceribus Normanniæ apud Juliam bonam celebratum est, Gregorii VII papæ anno octavo, Philippi Francorum regis vicesimo. In hoc statutum est de pace Dei, de incestis matrimoniis et multis ad disciplinam spectantibus, Willelmus Conquestor., CXLIX, 1323.

Lampsacenum concilium (ann. 364). — In hoc concilio abrogata sunt quæcunque decreta in Constantinopolitano concilio ab Eudoxio et Acacio, dum e contra firmata fuerunt decreta concilii Seleuciæ. Valens imperator cum statuta hujus concilii a Patribus audivisset, omnia abrogavit, ad exsilium damnavit omnes sedentes, et Eudoxii fautoribus omnes tradi jussit Ecclesias, Cassiodorus, LXIX, 1075.

Langesiense concilium (ann. 1278). — Hoc concilium fuit habitum a Joanne de Montsoreau Turonensi archiepiscopo, et ibi sederunt ejus suffragantes qui sexdecim statuta fecerunt, S. Gregorius Turon., LXXI, 564.

Laodicense concilium (ann. 364). — Istud fuit in antiquis temporibus celebre; et ejus canones, numero sexaginta, semper magnam auctoritatem obtinuerunt, S. Leo, LVI, 714.

Lateranense concilium (ann. 649). — Hoc concilium habitum est contra Cyrum episc. Alexand. et Sergium episc. Constantin., Pyrrhum et Paulum qui tantum in Jesu Christo solam operationem et solam voluntatem admittebant. Hoc concilium in 20 canonibus de mysteriis Trinitatis et Incarnationis stabilivit fidem Ecclesiæ, et eosdem anathematizavit hæreticos, S. Optatus, XI, 844.

Lateranense concilium (ann. 1179). — Papa Alexander III cum imperatore Frederico reconciliatus hoc undecimum generale concilium convocavit pro tribus causis gravibus, quarum fuit prima, schismatis reliqua abolere; secunda, Valdensium hæresim damnare; et tertia restituere disciplinam ecclesiasticam quæ per tam longum schisma dilacerata fuerat, S. Bernardus, CLXXXII, 202.

Lateranense concilium (ann. 1215). — Hoc concilium a papa Innocentio III fuit convocatum, IV Lateranense, et

cimum œcumenicum. Ea fuit causa hujus concilii, sanctæ recuperatio, disciplinæ Ecclesiæ universæ atio, bellorum et hæreseum exsinctio, fidei firma- m et pacis restitutio. Ibi sederunt 412 episcopi, enti et amplius tam abbates quam priores, et lega- copia magna pro absentibus. Papa ipse concilio it septuaginta decreta vel canones per exposi- i fidei incipientes, Petrus Vallis, Ceruaius mo- CCXIII, 702.

ionense concilium (ann. 1088). — Ibi statutum est ecclesiastica in Hispania celebrari S. Isidori secun- egulam, et scriptores postmodum scriptura Gallica ostitutionem Gothicæ usuros esse, S. Urbanus II CLI, 85.

ovicense concilium II (an. 1028 et et 1031). — In hoc io agitur de S. Martialis apostolatu, et multis ad di- iam spectantibus.

: præfuit Jordanus hujus urbis episcopus, Jordanus . episc., CXLII, 1353.

corum apud civitatem (*Toul.*) *synodus*. (ann. 916). ogo Tullensis episcopus abbatiæ S. Apræ ex voto batis, quos ab illo reclamabat vicina Ecclesia decu- estituit, Hincmar. Rhem., CXXV, 65.

corum apud civitatem synodus (ann. 971). — S. Ge- Tullensis episcopus, ibi donationem fecit plurium im Ecclesiæ S. Michaelis, *ibid.*

corum apud civitatem synodus (ann. 982). —. S. Ge- episc. Tullensis in hac synodo confirmavit bona et gia abbatiæ S. Mansueti, *ibid.*

corum synodus apud civitatem (ann. 983). In hac m nova donatio Ecclesiæ S. Michaelis facta est,

corum synodus apud civitatem (ann. 1050). — Papa), aliis circumstantibus, hoc tempore, per transla- i corporis, e loco ubi depositum erat, in eccle- abbatiæ S. Mansueti, canonizationem S. Gerardi *ibid.*

corum apud civitatem synodus (ann. 1072). — In hac o, ab episcopo Pibone pro donationibus a suis præ- oribus et a seipso factis confirmatio sancita est,

corum apud civitatem synodus (ann. 1076). — In hac), ejusdem episcopi mandatum in gratiam ecclesiæ *Notre-Dame*, a comitissa Sophia fundatæ et a seipso ratæ, *ibid.*

corum apud civitatem synodus (ann. 1090). — In hac), episcopus Pibo abbatissæ Spinalii Bariensem ec- n adjudicat, *ibid.*

corum apud civitatem synodus (ann. 1091). — In hac), abbatiæ S. Leonis Tullensis, a Luculfo cathedra- ano, dotatio facta, et ab episcopo firmata, *ibid.*

corum apud civitatem synodus (ann. 1105). — In hac), Pibo ecclesiæ Sancti-Gengulphi Tullensis factas ones confirmat, *ibid.*

corum apud civitatem synodus (ann. 1111). — In hac), Riquinus provisor ecclesiæ Tullensis, sententiam pronuntiat in gratiam abbatiæ Cluniac., *ibid.*

corum apud civitatem synodus (ann. 1116). — Ri- episcopus factus, novam donationem abbatiæ San- præ facit, *ibid.*

corum apud civitatem synodus (ann. 1122). — Epi- Riquinus ibi donationem prioratus S. Dodonis e Sancti Mansueti factam, confirmat, *ibid.*

corum apud civitatem synodus (ann. 1136). — Ab po Henrico donationis abbatiæ S. Mansueti factæ natio, *ibid.*

orum apud civitatem synodus (ann. 1192). — Odo us Tullensis ibi aliquot statuta adversus bonorum asticorum usurpatores promulgavit, et aliud ad- Valdenses hæreticos quos ligatos ad se adduci ju- eis meritam pœnam infligat, *ibid.*

orum apud civitatem synodus (ann. 1359). — In hac) Bertrandus de la Tour statuta lucidissima pro- rit. Abbatissis convenire ad synodum episcopalem *ibid.*

orum apud civitatem synodus (ann. 1658). — An- Saussetus episc. Tullensis habuit hanc synodum anam ubi renovavit plura vetera statuta, alia re- it, alia addidit. In Epistola pastorali prælatus zelo synodum diœcesanam esse viam maxime utilem ad ationem et emendationem morum asserit, *ibid.*

viense concilium (ann. 1055). — Huic Hermenfre- iscopus, legatus papæ, præfuit concilio. Ibi accu- st Mauger Rothom. archiep. suam ecclesiam spolia- et sua prodigalitate bona ejusdem dissipasse, in mentia vivere et non venerari Sedem apostolicam. batis, ille depositus est, unanimi ore sedentium episcoporum, et Maurillus in ejus locum substitutus, B. Lanfrancus, CL, 42.

Lingonense concilium (ann. 830). Albericus episc. Lingonensis ut donationes quas monasterio S. Petri vulgo de Bèze fecit, confirmarentur curavit, S. Leo, LVI, 312.

Lingonensis synodus (ann. 1017). — In hac synodo, S. Benigni monasterium Fructuariense a jurisdictione ordinarii exemptum est, *ibid.*

Lingonense concilium (ann. 1116). — Hoc fuit habitum ab archiepiscopo Viennensi vulgo Guy in medio rure inter Luz et Til chatel, in diœcesi Lingonensi, hodie Divionensi. Res aliquot particulares, ibi tractatæ sunt, *ibid.*

Epist. comminatoria in Richerium Senonens. archiepiscop., CXLVIII, 462.

Epist. ad Adilam Flandriæ comitissam; respondet fornicarios clericos missas celebrare non debere, sed extra chorum esse pellendos, etc., CXLVIII, 464.

Epist. ad Robertum Flandriæ comitem, ut persequatur Simoniacos sacerdotes, et fornicarios; invehitur in episcopos qui apostolicæ sedi erant inobedientes, CXLVIII, 464.

Nuntiat Henricum regem humillimam pœnitentiam egisse seque omnium astantium supplicationibus eum absolvisse, accepto fidelitatis juramento, etc., CXLVIII, 465.

Epistola ad Carnotenses, ne deinceps in episcopum recipiant Robertum perjurum et Simoniacum, et ut alium pastorem legitimum eligant; quod si quis non canonice episcopus factus sit, ipse, omnes fautores ejus et consentientes excommunicentur, CXLVIII, 468.

Epist. ad clericos Romanenses; salutem et benedictionem tanquam excommunicatis illis non mittit; præcipit ut coram Diensi episcop. compareant, ut discutiatur causa, etc., CXLVIII, 469.

Epist. ad Willelmum regem Anglorum; causam Dolensis episcopi propter ejus scelera ab episcopatu ejecti ita tractatam fuisse, ut accuratius tractari non posse videretur, etc., CXLVIII, 470.

Epist. ad canonicos Anicienses; confirmat excommunicationis sententiam a Diensi episcopo legato latam in Stephanum Aniciensis Ecclesiæ invasorem; ideo ab omni sacramento præstito eos absolvens, præcipit ne ei amplius obedientiam exhibeant, CXLVIII, 471, 472.

Epist. ad Herimannum Metensem episcop., committit ei causam inter episcopum Leodiensem et abbatem Sancti Laurentii, CXLVIII, 475.

Epist. ad Hugonem episcop. Diensem; præcipit ut congregata synodo episcoporum Franciæ causa Cameracensis electi discutiatur, qui post sui electionem investituram ab Henrico rege acceperat, ignorans et regem excommunicatum et hujusmodi investituram a pontifice prohibitam, etc., CXLVIII, 476.

Epist. ad Bernardum diaconum et Bernardum abbatem, ut ab Henrico et Rodulpho regibus, iter tutum petant, ut ad Teutonicorum partes se conferre possit, quorum alter qui id præstare noluerit excommunicetur, et regni gubernaculis interdicatur; qui vero paruerit in regia dignitate confirmetur, CXLVIII, 478.

Epist. ad Dominicum Silvium ducem et populum Venetiæ; queritur eos cum excommunicatis communicasse; mittit legatos qui eos peracta pœnitentia ab excommunicatione absolvant, CXLVIII, 480.

Epist. ad Hispanos; commonet Hispaniæ regnum anti quis constitutionibus juris esse Sancti Petri, etc., CXLVIII, 484.

Epist. ad canonicos S. Martini Lucensis; arguit eos quod contra sua monita et post promissam satisfactionem canonicatus et præbendas emerent, etc., CXLVIII, 487.

Epist. ad episcopos et clericos Corsicæ; pro suo pastorali officio mittit legatum episcopum Sisanum electum, qui vice sua quæ ad religionem pertinent exsequatur, etc., CXLVIII, 487.

Epist. ad Corsos; lætatur quod insulam Corsicam quæ antiquitus juris erat Sancti Petri, ab invasoribus vindicantes ad apostolicæ sedis ditionem reverti velint, etc., CXLVIII, 489.

Epist. ad Aquileienses; illud se inter omnia præcipue desiderare scribit, ut in unaquaque Ecclesia talis eligatur qui nomen et officium pastoris habere dignus sit, etc., CXLVIII. 490.

Epist. ad suffraganeos Ecclesiæ Aquileiensis; monet eos diligenter curent ut electio episcopi Aquileiensis, propter quam legatos mittit, canonica fiat, etc., CXLVIII, 491.

Epist. ad Udonem Trevirensem et suffraganeos; significat sollicitudinem de regni Teutonicorum peturbatione sedanda; qua de re ad omnes principes litteras misisse ut tanto malo opem ferant, CXLVIII, 492.

Epist. ad Rainerium episcop. Aurelianensem; præcipit ut intra quinquaginta dies ad locum quem Senonenses et alii episcopi, quibus id commisit, probaverint, conveniat de objectis criminibus se purgaturum, CXLVIII, 494.

Epist. ad Hugonem Diens. episcopum; confirmat excommunicationem et depositionem ab eo factam cujusdam juvenis in Carnotensi Ecclesia intrusi: ad quam regendam, cum abbas Sanctæ Euphemiæ a rege Francorum postularetur, etc., CXLVIII, 497.

Epist. ad Guibertum Ravennat. archiepisc. et altos; temeritatem eorum in offendenda sancta Romana Ecclesia incusans, saluti eorum consulens, ad synodum eos vocat, etc., CXLVIII, 499.

Epist. ad Germanos; legatos apostolicos in synodo Romana pro concilianda pace in regno Teutonico fuisse designatos ait, quos impedire si quis præsumat, eum excommunicat, etc., CXLVIII, 500.

Significat se temperantiam potius quam rigorem canonum secutum, causas episcoporum Franciæ et Burgundiæ discussisse, etc., CXLVIII, 502.

Epist. ad Rainerium episc. Aurelianens; increpat quod patientia Romanæ Ecclesiæ abusus, scelus sceleri addendo, cuncta pene Ecclesiæ suæ ornamenta dilapidaverit; quamobrem illi præcipit, etc., CXLVIII, 505.

Epist. ad Hugonem Cluniacensem, ut legato quem ad regem Hispaniæ mittit, auxilium præbeat, etc., CXLVIII, 506.

Epist. ad Gausfredum et alterum Gausfredum comites, ut omnes episcopos et abbatos Britanniæ et clericos et laicos Dolensis Ecclesiæ scientia præstantes faciant convenire concilio celebrando, etc., CXLVIII, 508.

Epist. ad Germanos; monet ne faveant neve communicent iis qui, contra interdictum apostolicæ sedis, impedire conantur conventum episcoporum et laicorum habendum coram legatis apostolicis de jure Henrici et Rodulphi in Teutonicorum regno, etc., CXLVIII, 508.

Epist. ad Henricum Leodiensem episcopum; temeritatis eum arguit quod contra Romanæ Ecclesiæ auctoritatem verba jactaverit, etc., CXLVIII, 513.

Epist. ad Hugonem Diensem episcop. ut Robertum Flandrensem comitem ab apostolicæ sedis legato et Lingonensi episcopo excommunicatum, si non canonice id factum reperit, vel si satisfacere voluerit, absolvat, CXLVIII, 516.

Epist. ad Ecclesiæ Tarvennensis, canonicos, ut canonicis de castro S. Pauli, nisi litteris apostolicis obedierint, omnis ecclesiæ ingressus interdicatur; laici autem non obedientes excommunicentur, etc., CXLVIII, 517.

Epist. ad Ravennates; monet ut episcopo Ravennati, ob plurima flagitia in Romana synodo deposito, nullam deinceps obedientiam præstent; qui vero ausus fuerit apostolicis præceptis repugnare anathemate damnetur, CXLVIII, 518.

Epist. ad monachos Massilienses: absentiam sui abbatis

ut æquo ferant animo hortatur; eorum monasterium, sicut Cluniacense, apostolicæ sedi unire desiderat, etc., CXLVIII, 524.

Epist. ad Evrardum episcop. Parmensem; arguit quod abbatem ad synodum venientem ceperit; jubet ut eum dimittat; quamobrem eum ab episcopali officio suspendit, CXLVIII, 527.

Epist. ad Arelatenses; reprehendit eos nulla pene cura moveri suam Ecclesiam pastore esse destitutam; propterea Vapincensem episcopum mittit, ut aut episcopum eligant, aut promittant se in pastorem suscepturos quemcunque ipse ad eos miserit, etc., CXLVIII, 529, 530.

Epist. ad Arnoldum abbat. Sancti Severi; Diensi et Elorensi episcopis commisisse significat, quid agendum foret in controversia inter eum et abbatem Sanctæ Crucis, CXLVIII, 532.

Supersunt adhuc perplures epistolæ S. Gregori VII, quas omittimus, ne diutius in his quæ ad hunc papam spectant immoremur, CXLVIII, 534-748.

GREGORIUS VIII papa. — Germano clero electionem suam nuntiat, et ad expeditionem pro recuperanda Palæstina animum ut adhibeant hortatur, CCII, 1537.

Ad omnes prælatos Ecclesiarum, pro justitia facienda et litibus componendis, CCII, 1538.

Ad omnes fideles, de jejunio servando ad placandum Deum offensum, CCII, 1539.

Ad omnes Christi fideles, de clade Hierosolymitana; omnes ad pœnitentiam agendam admonet, et proficiscentibus ad bellum contra infideles plenariam indulgentiam concedit, CCII, 1539.

Monasterii Lucullensis protectionem suscipit, et possessiones juraque confirmat, CCII, 1543.

Monasteriorum Savigneiensium jura vetera, obtentu monachorum Cisterciensium qui ibi sunt instituti, vetat imminui, CCII, 1549.

Clero, potestati et populo Bergomati, Laufrancum electum episcopum commendat, CCII, 1549.

Episcopum Venetum hortatur ut canonicis S. Salvatoris ecclesiam S. Bartolomæi concedat, CCII, 1551.

Ad Fridericum imperatorem; pacis consilia et se in illum fovere, et probare quod eadem ipse nutriat, significat, CCII, 1558.

Ad Folmarum archiepiscop. Trevirens., de casu orientalis Ecclesiæ; spernit dura consilia et censuras adversus principes et præsules, objurgatque ideo Trevirensem archiepiscop. quod justo acrior fuerit, CCII, 1559.

HILARUS, papa. — Epistola ad Ascanium et reliquos episcopos Tarraconnensis provinciæ, ut nullus sine consensu episcopi metropolitani episcopus ordinetur; ut nullus episcoporum relicta propria Ecclesia, ad aliam transeat; ut Irenæus remotus a Barcinonensi Ecclesia, ad propriam revertatur; de removendis episcopis qui illicite ordinati sunt; et ne in una Ecclesia duo episcopi habeantur; de damnatione Irenæi, si ad suam ecclesiam non revertatur, LVIII, 17.

Epist. ad Leontium, Veranum et Victurum, episcopos; delegat illis Ingenui et Auxanii episcoporum controversiam, statuitque ut Cemelenensis civitas et Nicaense castellum ad unius episcopi regimen revertantur, LVIII, 20.

Epist. ad Leontium; monet ut relationem mittat de Herme qui Ecclesiæ Narbonensis episcopatum temere usurpasse dicebatur, LVIII, 24.

Epist. ad episcopos diversarum provinciarum Galliæ; Hermen Narbonensi Ecclesiæ præsidere ita permittit, ut ordinandorum episcoporum potestate careat; ut concilia quotannis fiant ex quibus provinciis poterunt, et a Leontio convocentur; ut sine metropolitani litteris episcopi in aliam provinciam non proficiscantur; quod si eos non poterunt impetrare, causam discutiet episcopus Arelatensis; de parochiis Ecclesiæ Arelatensis, quas repetebat Leontius, judicium ad episcopos remittit; ut prædia ecclesiastica non alienentur, nisi apud concilium alienationis causa prius doceatur, LVIII, 24.

De Mamerto episcopo qui extra suos fines Deensibus episcop. ordinarat, ut illius causam Leontius in synodo examinet; ne quisquam suos terminos transcendat et ut concilia quotannis Leontii opera convocentur; de causa Mamerti in synodo examinanda, LVIII, 27, 28.

HONORIUS I, papa. — Epistola ad Isatium Ravennatem exarchum; Adavaldum Longobardorum regem catholicum regno restitui, et subrogatum illi Ariovaldum hominem Arianum et perfidum inde ejici; Cisalpinos episcopos quorum opera scelus patrarat, ad pœnam suscipiendam ad se mitti petit, LXXX, 469.

Epist. ad episcopos Venetiæ et Istriæ; de Fortunato Gradensi patriarcha dejecto et Primogenio in loco ejus subrogato, LXXX, 469.

Epist. ad Sergium Constantinopolitanum episcop.; post veram orthodoxæ fidei doctrinam, de duabus voluntatibus Christi assertam, causam indicat quare Sergio de novis vocabulis silentium indicenti consentiendum esse judicet, LXXX, 470.

Epist. ad Edwinum regem Angliæ; hortatur ut in fide perseveret, ejusque precibus Paulino et Honorio metropolitanis quo cuique pallia mittit, ut altero mortuo, superstes in locum defuncti alium possit ordinare, LXXX, 476.

Epist. ad Honorium Dorovernensem episcop.; monet ut in Evangelii prædicatione persistet; et pallium mittit, LXXX, 477.

HORMISDA, papa. — Epistola ad Anastasium imperatorem; eum laudat quod Ecclesiæ paci studeat; et cum causam cur concilium cupiat congregari cognoverit, scribit se illi responsum daturum, LXIII, 370.

Epist. ad Dorotheum Thessalonicensem episcop.; laudat ejus pietatem et studium in sedem Romanam, LXIII, 372.

Epist. ad Anastasium imperatorem Augustum; imperatoris qui mandavit se optare concilium congregandum ad componendas in Scythia de fide ortas quæstiones zelum laudat, et pollicetur se per legatos responsurum LXIII, 374.

Epist. ad Anastasium imperatorem; novum esse Romanum pontificem ab imperatore ad concilium vocari; se tamen iturum, si Chalcedonensis concilii decreta non revocentur in dubium, LXIII, 379.

Epist. ad Anastasium imperat; fraude Anastasii imperatoris nondum detecta laudat ejus studium de pace concilianda, monetque ut tandem damnatis hæresibus Ecclesiæ unitas sortiatur effectum, CXIII, 383.

Epist. ad Joannem Nicopolitanum episcop., commendat illius religionem; Nestorium et Eutychen damnandos, et quomodo qui ad fidem reverturtur, sint recipiendi, per indiculum se significatum scribit, LXIII, 388.

Epist. ad synodum Epiri veteris; Eutychetis erroram sectatores damnat; episcopos Epiri veteris ut nominatim hæreticos anathematizent hortatur, LXIII, 391.

Epist. ad Joannem Nicopolitan. episcop., cum per litteras Epiri veteris episcopi nominatim hæreticos non damnassent, mittitur libellus, cui debeant subscribere, LXIII, 392.

Epist. ad Avitum Viennensem episcop.; laudat in eo studium cognoscendi de statu Ecclesiæ orientalis; a legatis autem ob perfidiam Græcorum nihil fuisse perfectum scribit; in animo sibi esse alteram ad illos legationem destinare, LXIII, 394.

Epist. ad Anastasium imperatorem; pacem Ecclesiæ nonnisi damnato Acacio posse restitui; LXIII, 397.

Epist. ad Timotheum Constantinopolitan. episcop., pro unitate Ecclesiæ laborandum, LXIII, 399.

Epist. comminatoria ad universos hæreticos episcopos Orientis, unitas catholicæ fidei custodienda est, LXIII, 400.

Epist. ad episcopos Orientales orthodoxos; laudat eorum in fide constantiam, et ad pacem conciliandam a se legatos denuo Constantinopolim missos esse scribit, LXIII, 401.

Epist. ad Possessorem episcop., in fide catholica perseverandum, LXIII, 403.

Epist. ad populum et Monachos Constantinopolitanos; abstinendum a consortio hæreticorum, et in catholica fide perseverandum, LXIII, 403.

Epist. ad Ennodium et Peregrinum episcopos; a Joanne Nicopolitano, quæ contra eum Thessalonicensis tentaverit, se cognovisse scribit, novamque causam sedi apostolicæ ingestam, iisdem cognoscendam per litteras hasce commisit, LXIII, 404, 405.

De Joanne Nicopolitano, LXIII, 406.

Epist. ad archimandritas Syriæ; illos solatur hortaturque ut in fide catholica perseverent, LXIII, 415.

Epist. ad Joannem Tarragonensem, episcop.; libenter de ejus adventu in Italiam audivisse; litteras ad Hispanienses de ecclesiasticis institutis ab eo datas probat, eique vices suas committit, LXIII, 421.

Epist. ad universos episcopos Hispaniæ; de sacerdotibus juxta statua canonum ordinandis; ut pro episcopatu præmium non accipiatur; de concilio per annos singulos celebrando, LXIII, 423.

Epist. ad Sallustium; Sallustius apostolicæ sedis vicarius constituitur per provincias Bœticam et Lusitaniam, LXIII, 425.

Epist. ad Justinum imperatorem; commendat ejus litteris respondens, sollicitudinem de concilianda pace, et cœptis monet insistendum nomenque Acacii abolendum esse, LXIII, 428,

Epist. Ad Joannem Constantinopolitanum episcop.

eum commendat et gaudet concilium Chalcedonense et divi Leonis epistolas ab eo complexas, ad Ecclesiæ communionem admittendam pollicetur, si nomen Acacii et dyptichis sacris expunxerit, LXIII, 429.

Epist. ad Cæsarium Arelatensem; docet Dardaniæ et Illirici episcopos, ad sedis apostolicæ communionem, Eutychiana hæresi damnata rediisse, et de legatione in Orientem missa, LXIII, 431.

Epist. ad Justinianum Augustum; ad pacem assequendam et Acacium damnandum, legatos mitti significat; LXXIII, 435.

Epist. ad eumdem; ab iis qui admissis Chalcedonensis concilii decretis Acacium damnare recusabant cavendum; legatosque ad pacem et unionem Orientalis Ecclesiæ missos commendat, LXIII, 455.

Epist. ad Euphemiam Augustam Augustum ad pacem Ecclesiæ restituendam cohortandum, LXIII.

Epist. ad Joannem episcop. Constantinopolitan., Acacium damnandum et in legatorum manibus fidei professionem emittendam, LXIII, 438.

Epist. ad archidiaconum et clerum Constantinopolitanum, catholicis hæreticorum molestia liberatis, legati ad pacem confirmandam mittuntur, LXIII, 439.

Epist. ad Justinianum domesticorum comitem; sperat fore ut ejus opera Ecclesia pacem adipiscatur, LXIII, 440.

Epist. ad diversos; legatos in causa pacis coadjuvandos, LXIII, 440, 441.

Epist. ad Germanum et cæteros legatos; de his quæ agant vult se moneri, etc. LXIII, 452, 453.

Epist. ad Justinum Augustum, gratulatur cum ejus opera Constantinopoli pax vigeat, hoc ipsum Antiochiæ et Alexandriæ faciendum curet, LXIII, 454.

Epistola ad Joannem episcopum Constantinopolit.; laudat eum ad unitatem Ecclesiæ redisse; hortatur ut Alexandrinæ et Antiochenæ Ecclesiæ unionem procuret, etc., LXIII, 455.

Epist. ad Justinianum; commendat eum, quod Justino adjumento fuerit in pace Ecclesiæ reddenda, ad quam perfecte tuendam hortatur LXIII, 457.

Epist. ad Pomplium; laudat quod se pacis studiosum ostenderit, hortatur ad operam navandam ut perfecta Ecclesiæ tranquillitas reddatur, LXIII, 457.

Epist. ad omnes Hispaniæ episcop.; Joannis Constantinopolitani episcopi dirigit professionem propter Orientales episcopos qui eorum communionem poposcerint, LXIII, 459.

Epist. ad Germanum cæterosque legatos; monet ut cum imperatore ejusque conjuge agant, ut omnes Ecclesiæ, præcipue vero Alexandrina et Antiochena, ad apostolicæ sedis communionem revocentur, LXIII, 461.

Epist. ad Dioscorum diaconum, ut cogitet quomodo ii qui Chalcedonense concilium scripto damnaverant, et ad Ecclesiam redire cupiebant recipiendi sunt, LXIII, 461, 462.

Epist. ad Joannem et Dioscorum legatos; dolet episcopos Thomam et Nicostratum Constantinopoli congruo honore non fuisse receptos, LXIII, 463.

Epist. ad Justinum August., ut suis sedibus Heliam, Thomam, etc., restintuendos esse curet, LXIII, 463, 464, 465, 466.

Epist. ad legatos, de iis quæ Thessalonicæ ab Eutychianis gesta per famam audiverat, Dorotheum et Aristidem Romam venire compellendos, LXIII, 467.

Epist. ad legatos; dolet Joannem occisum; et, Dorotheo ab episcopatu remoto, alium Aristide excepto in ejus locum substitui præcipit; Thomam, Nicostratum suis ecclesiis restituendos, LXIII, 469.

Epist. ad Joannem Militanæ Ecclesiæ episcop. Constantinopolitanam Ecclesiam ad sedis apostolicæ communionem rediisse. LXIII, 470.

Ad episcop. Hispaniæ; gratulatur de pace Ecclesiæ Orientalis, LXIII, 471.

Ad Justinianum; monachos Scythas ante legatorum adventum Roma non discessuros; apostolorum sanctuaria transmittit, LXIII, 477.

Epist. ad possessorem episcop; Scythas monachos, suos errores damnare volentes, ut hæreticos ab urbe expulsos. Fausti librum a Romana Ecclesia non recipi, LXIII, 490.

Ad Epiphanium episcop. Constantinopolitan.; queritur quod non scripserit, nec legatos miserit, et quod Elias, Thomas et Nicostratus suis sedibus non sint restituti; ipse Epiphanus curet ut hæc exsecutioni mandentur, LXIII, 493.

Epist. ad Dorotheum Thessalonicensem episcop., Romam ei veniendum ut catholicam doctrinam percipiat, et objectum crimen purget, LXIII, 500.

Epist. ad synodum Constantinopolit.; gratulatur Epiphanium pontificem electum, LXIII, 503.

Epist. ad Justinum Augustum ad evitandam discordiam nihil innovandum, et de his qui ad communionem admittit possunt Epiphanio scriptum, LXIII, 510.

Epist. ad Justinum Augustum; Divinitatis et Incarnatisnis mysterium exponitur, LXIII, 512.

Epist. ad Epiphanum episcop. Constantinopolit. ipsi vicariam sedis apostolicæ præfecturam in recipiendis lapsis delegat, LXIII, 515.

Epist. ad Remigium Remorum episcop.; vices suas illi deputat in regno Clodovei Francorum regis nuper ad fidem conversi, LXIII, 524.

Decretum; qui ad pœnitentiam agendam in monasterio recluditur presbyter non ordinetur, LXIII, 525.

Decretum; nuptias occultas celebrare non licet, LXIII, 525.

Decretum; absque episcopi permissu in ecclesia consecrata non erigatur altare, LXIII, 526.

INNOCENTIUS I, papa. — Anysio Thessalonicensi episcop, confirmat eam in Illirici Ecclesias potestatem quam Anastasius ejusque decessores ipsi concesserant, XX, 463.

Ut extra conscientiam metropolitani episcopi nullus episcoporum audeat ordinare; ut post remissionem peccatorum non admittatur ad clerum qui cingulum militiæ habere elegerit; ut omnes contentiones vel causæ inter clericos cujuslibet ordinis exortæ, coram provincialibus, id est suis episcopis terminentur; ut majores causæ ad sedem apostolicam per episcopale judicium referantur; ut clericus virginem uxorem ducat; ut laicus sive ante baptismum, sive post baptismum, si viduam uxorem acceperit non admittatur ad clerum; ut qui secundam duxerit uxorem, clericus ordinari non debeat, etsi ante baptismum tale sortitus fuerit connubium; ut de aliena ecclesia clericum ordinare nullus usurpet; ut venientes a Novatianis vel Montensibus baptizati per manus tantum impositionem suscipiantur; ut sacerdote et levita cum uxoribus suis non coeant; ut monachus si ad clericatus ordinem niti voluerit, a priori proposito, quod monachus gessit non debeat deviare; ut qui corruptus ad clericatum venire voluerit, spondeat se secundum veterum regulam uxorem non ducere; ut curiales vel quibuslibet functionibus occupati, clerici non fiant; ut ancillæ Dei velatæ, si publice nubendo, vel occulte se corruptioni tradiderint, non admittantur ad pœnitentiam, nisi cui se junxerant de sæculo recesserit; ut ancillæ Dei, necdum sacratæ, si post nubere voluerint, ad pœnitentiam recipiantur, XX, 471, 481.

Quod episcopi nonnulli ab aliis ob receptos ab hæresi conversos perperam dissideant; de episcopis a Bufino et Minicio in alienis ecclesiis contra canones ordinatis; ut Joannis episcopi causa examinatur aliorumque qui communionis consortium refugiebant; de vitiosis multorum ordinationibus, ita dissimulari quæ hactenus usurpata sunt, ut in posterum prohibeantur, ut Gregorii Emeritensis episcopi querela discutiatur; quosnam ad clericatus ordinem admittere liceat, qualesve eligendi sint, XX, 486, 493.

Epist. ad Theophilum Alexandrinæ Ecclesiæ episcop.; se a Joannis communione discedere non posse, nisi legitimo judicio damnetur. Theophilus ad canonicam synodum provocatur, XX, 494, 495.

De incontinentia sacerdotum vel levitarum; de ultima pœnitentia; de administratoribus, quod viri cum adulterinis uxoribus non conveniant; quod qui preces vel criminales dictant, habeantur immunes; quod ii qui intercedente repudio divortium pertulerunt, si se nuptiis aliis junxerint, adulteri esse monstrentur; qui libri in canone recipiantur, XX, 495, 502.

Epist. ad clerum et populum Constantinopolitanum; solos canones Nicænos recipiendos, alios qui eis adversentur, repudiandos esse declarat; demum significat sibi curæ esse ut œcumenica synodus congregetur, XX, 502-507.

Epist. ad Rufum Thessalonicensem episcop.; variarum ei committitur cura provinciarum, in quibus vicarius Innocentii et inter primates primus constituitur, XX, 315.

De ratione Paschali anni 414, XX, 517.

De suscipiendis clericis quos Bonosus, anteqnam damnaretur, ordinasse cognoscitur, XX, 519.

Ut si sacerdos vel quilibet ex clero viduam uxorem duxerit, vel ejectam suum perdat officium; ut si quis catechumenus habuerit uxorem, et defuncta ea, post baptismum sortitus fuerit aliam, clericus non sit; quod non suscipiantur, in clero ab hæreticis ordinati; quod in ordinationibus crimina vel vitia non bene credantur

auferri ; quod ii qui a Bonoso hæretico ordinati sunt, propterea sint recepti, ne scandalum remaneret Ecclesiæ ; quod in Ecclesia peccatum populi inultum soleat præteriri ; quod subreptum fuerit apostolicæ sedi, et suam in melius sententiam commutarit, XX, 526, 537.

De Bubalmo et Tauriano damnatis a provincialibus episcopis quorum sententiam sedes apostolica retractare curavit, XX, 537.

Qua conditione Acacio communionem concedat, XX, 546.

De Attico Constantinopolitano episcopo Communionem ei non reddendam esse, nisi prius eam legatione solemni rogaverit, et quæ Antiochiæ facta sunt ipse perfecerit, hoc est, in sacris diptychis Joannis nomen restituerit, XX, 544.

Epistola ad Alexandrum Antiochenum episcop. ; quod prima sedes B. Petri apud Antiochiam esse memoretur ; quod non oporteat secundum constituta imperatorum duos esse metropolitanos episcopos ; quod Arianorum clerici non sint suscipiendi in suis officiis quamvis baptisma quod per eos datur, confirmet Ecclesia, XX, 546-551.

De pacis osculo dando post confecta mysteria ; de nominibus ante precem sacerdotis non recitandis ; quod non debeant baptizari nisi ab episcopo consignati ; quod rite omni Sabbato jejunetur ; de fermento quod civitatis tantum presbyteris dirigatur ; de energumenis baptizatis ; de pœnitentibus ; de Epistola S. Jacobi apostoli in quo pro infirmis orare præcipitur, XX. 551, 561. — Episcopis Carthaginensibus rescribens eorum adversus Pelagianos hæreticos doctrinam atque sententiam laudat et confirmat, XX. 582.

Patres concilii Milevitani laudat, tum quod hæreticos pertinaces segregandos, et correctos censuerint recipiendos, tum quod canones ubique receptos secuti, apostolicæ sedis de rebus anxiis sententiam petierint ; inde probat hæresim quæ hominem sibi sine Dei gratia posse sufficere vult, ac parvulis baptismum ad vitam æternam necessarium negat, contra Scripturas pugnare. Eorum auctores errorum, eorumque sectatores ab Ecclesia absidi jubet ; sed si errores damnent recipi, XX. 589.

Rescribit quinque episcopis quid de eorum sententia, quid de Pelagii perfidia sentiret se jam satis notum fecisse, etc. XX, 393.

Si maritus cujus uxor in captivitatem fuerat adducta, alteram acceperit, prima revertente, secunda mulier debet excludi, XX, 602.

In parochiam alienam invadere, aut quidquam in ea, inconsulto ipsius episcopo agere non licere, XX, 606.

Ut Laurentius episcopus Seniensis hæreticos Photini venena sectantes expelli, curet, XX, 607.

Sententiam profert adversus Arcadium, Arsacium ac Theophilum, XX, 630.

Arcadium solvit et sacrorum mysteriorum perceptionem ei permittit, XX, 635.

INNOCENTIUS II, papa. — Conradum regni invasorem nuntiat Lothario regi ab Honorio excommunicatum ; Gerardo cardinali legatio apostolica per Germaniam confirmatur, CLXXIX, 53.

De sua electione canonica disserit, CLXXIX, 54, 56.

Epist. ad Petrum Bellovacensem episcop. et canonicos ; vetat ne monachos S. Luciani molestent ob nullas causas sibi notas, CLXXIX, 74.

Conqueritur de inobedientia Joannis Glasguensis episcop., CLXXIX, 90.

Confirmatio confraternitatis Ecclesiæ Oxomensis CLXXIX, 92.

Epistola ad Alivisium Aquinoinctinum abbat., illi renuenti præcipit, ut Atrebatensis Ecclesiæ curam suscipiat, CLXXIX, 93.

Didacum archipiscop. Compostellanum vocat ad concilium Remis celebrandum, CLXXIX, 96.

Disciplinam in ecclesiis Rambergensibus ab Ottone episcopo institutam sancit, CLXXIX, 108.

Clero et populo Hildesheimensi significat Godehardum quondam episcopum in synodo Remensi sanctorum ordinibus ascriptum esse, CLXXIX, 110.

Ad Guilenchum Lingonensem episcop. Ne Herbertum, S. Stephani Divionensis abbatem ab Humberto presbytero vexari sinat, CLXXIX, 114.

Epistola ad Scotiæ episcopos, de obedientia metropolitano suo, Eboracensi episcopo præstanda, CLXXIX, 115.

Ad Stephanum Regniacensem abbat., Regniacenses abbates eximit ab obedientia quam Æduensi episcopo fecerant pro loco Fortumensi, CLXXIX, 116.

Ab abbatem Fontinellensem, ut a prælato suo benedictionem suscipiat, etc., CLXXIX, 117.

Epist. ad archiepiscop. et episcop, Franciæ ut sanctimoniales Fontis Ebraldi defendant per duos vel tres idoneos testes pro rebus suis recuperandis, CLXXIX, 118.

Ad Briccium Nannetens, episcop. ; ne monasterium Buonorcionse injuriis afficiat, CLXXIX, 121.

Monasterii Cisterciensis possessiones confirmat, CLXXIX, 122.

Bulla pro institutione canonicorum regularium in cœnobio Sancti Laudi Constantiensis, CLXXIX, 126.

Monasterium Cluniacensis qui die dedicationis altaris majoris adierint, iis pœnitentiæ susceptæ dies quadraginta remittit. CLXXIX, 127.

Populo Trevirensi significat quem elegissent Alberonem a sese consecratum esse, pallioque donatum ; cui ut obediant monet, CLXXIX, 131.

Ad Petrum Venerabilem abbat. Cluniacensem ; illum investit de novo de abbatia Sancti Bertini, mandatque monachis ejusdem ut ei pareant, CLXXIX, 135.

Canonicis Sancti Alexandri Bergomatis quasdam ecclesias ad sedem apostolicam spectantes concedit. CLXXIX. 143.

Decernit ut monachi monasterii Sancti Georgii Majoris sub apostolicæ sedis protectione recepti de cætero sibi eligant quem ipsi duxerint in abbatem, CLXXIX. 160.

Ad Bertholdum abbat. S. Blasii ; approbat separationem Ecclesiæ Burgiensis ab ecclesia Eggenheim, CLXXIX. 164.

Ad Gaufredum Carnotensem et Stephanum Parisiensem episcopos ; ut Amelianensi subdecano ac sociis honores et bona oblata restitui satagant, CLXXIX, 165.

Epist. ad archiepiscopos, episcopos, etc ; significat quemdam N. Ecclesiæ Ovetensis invasorem a sese excommunicatum esse, CLXXIX. 172.

Syrum Jannensem ex episcopo archiepiscop. factum pallio decorat eique Marianensem, etc., suffraganeos subjicit, CLXXIX, 174.

Ad Hugonem Burgundiæ ducem ; monet ut Herbertum abbatem Dionensem tueatur contra monachos S. Sequani quos ex excommunicatos nuntiat, CLXXIX, 175.

Monasterium Brugnatense sedem episcopalem instituit, Jannensis Ecclesiæ suffraganeam, CLXXIX, 178.

Ut omnes episcopi Daniæ, Suediæ, Norwegiæ Adalberoni Humburgensi archiepiscop. subjecti sint, CLXXIX, 180.

Bulla super certis episcopatibus in Polonia et citra episcopo Magdeburgensi subjectis, CLXXIX, 183.

Rainaldum Remensem et Henricum Senonensem archiepiscopos arguit quod citius excommunicationis sententiam in eos non tulerint qui priorem S. Victoris interfecerunt, CLXXIX, 191,

Epist. ad Gaufredum Carnotens, et Stephanum Parisiens, episcop. ; quam pœnitentiam interfectores Archembaldi subdecani Ameliamensis agere teneantur, ut satisfaciant et ab excommunicatione absolvantur. CLXXIX, 193.

Bulla per quam Frankentalense cœnobium stabilitur ac simul in protectionem sanctæ sedis recipitur, CLXXIX, 197.

Invitat Gaufridum archiepiscop. Dolens. et suffraganeos ejus et abbates, ut veniant ad concilium Pisense, CLXXIX, 210.

De parricidio Thomæ prioris S. Victoris, CLXXIX, 214.

Archiepiscopos et episcopos Teutonici regni hortatur ad observandum Ecclesiæ Romanæ privilegium, ut majores causæ ad examinationem sedis apostolicæ devolvantur, et oppressi omnes intrepide ad eam appellent, CLXXIX, 226.

Ad Henricum Leucorum episcop. ; confirmat concordiam factam inter ipsum et Fridericum comitem Tullensem, CLXXIX, 228.

Bulla qua prioratum S. Patri de Nanto ab abbatiæ dignitatem evehit, uniendo ipsi plures ecclesias, CLXXIX, 237.

Ecclesiæ Mediolanensis clericis nuntiat Tetaldum de Medolaco propter infestatam ecclesiam de Virgis excommunicatum esse, CLXXIX, 240.

Gregorio episcopo cleroque et populo Bergomati significat se controversiam inter S. Vincentii et S. Alexandri canonicos composuisse, CLXXIX, 240, 242.

Ad Alberonem Trevirens. archiepiscop., contra abbatem S. Maximini, quem, si vera sint et objecta, deponendum judicat, CLXXIX, 251.

Epistola ad Gerardum S. Maximini abbatem; eum de Simonia et dilapidatione arguit, CLXXIX, 252.

Laudat quosdam abbates pro stabilienda suorum ordinum disciplina, CLXXIX, 254.

Bernardo episcop. Heldesheimensi ejusque successoribus interdicit ne castrum Winceburgense alienent, CLXXIX, 254.

Ad Hugonem Carthusiensem priorem, S. Hugonem Gratianopolitanum in sanctorum numerum relatum esse monet, et vitam ejus ut conscribat hortatur, CLXXIX, 256.

Alberoni archiepiscopo Trevirensi mandat, cogat Brunicum ejusque filios ut Filestanges prædium Romanicensi monasterio restituant, CLXXIX, 256.

Epistola ad clericos Mutinenses; significat consules Mutinenses ob infestatum monasterium Nonnuntulanum excommunicatos esse, CLXXIX, 257.

Ad Bertholdum abb. S. Blasii, de pace cum Scaphusensibus monachis servanda, CLXXIX, 258.

Henricum Senonens, archiepiscop. abstinere officio episcopali jubet, CLXXIX, 254.

Ad Raynaldum archiepiscop. Remensem, ut archidiaconum suum in archiepiscop. Bituricensem electum petenti populo concedat, CLXXIX, 278, 279.

Epistola ad Stephanum Anglorum regem; in regem unanimiter electum et consecratum in specialem B. Petri et Romanæ Ecclesiæ filium recipit, CLXXIX, 391.

Ad Hugonem archiepiscop. Rothomagens. in corrigendis vitiis severum, ad mansuetudinem hortatur, etc., CLXXIX, 304.

Bulla translationem confirmans abbatiæ a S. Firmino ad Joannem secus Scylam, etc., CLXXIX, 308.

Ad Walterum episcop. Augustens., mandat, ut ab inferendis monasterio Burano utpote regali, molestiis abstineant, CLXXIX, 326.

Alberoni archiepiscopo Trevirensi ejusque successoribus primatum, Galliæ Belgicæ asserit et eum legatum Sedis apostolicæ constituit, CLXXIX, 331, 333.

Epist. ad archiepiscopos Remensem, Senonensem et Turonensem, quos monet ut mites sint, et liberum injuste oppressis relinquant ad Sedem apostolicam appellare, CLXXIX, 342.

De obedientia quæ debetur patriarchæ Jerosolymitanæ, CLXXIX, 347, 372.

De excommunicatione consulum Pistoriensium, CLXXIX, 376.

Ad Walterum Augustensem episcop.; hortatur ut Engescal cum abbatem Benedictoburanum cum fratribus in gratiam et communionem recipiat, CLXXIX, 593.

Chunnrado abbati et monachis Fuldensibus nuntiat Sturmium in concilio sanctis ascriptum esse, CLXXIX 450.

Diploma quo Ferrariensis ecclesia specialis Ecclesiæ Romanæ filia ejusque comitatus Sancti Petri patrimonium declaratur, CLXXIX, 454.

Multos episcopos et comites hortatur Flandriæ ut monasterii S. Bertini Sithiensis libertatem defendant, CLXXIX, 462.

Archiepiscopos et episcopos hortatur ad tuendas monasterii Casinensis ecclesias, CLXXIX, 478.

Clero et laicis diœcesis Hildesheimensis scribit, ut nullus laicorum bona fratrum claustralium vel aliorum clericorum mobilia vel immobilia in vita seu in morte usurpare præsumat, CLXXIX, 488.

Ad Henricum Senonens, et Rainaldum Remens. episcop., de Abælardo et Arnoldo de Brixia damnatis et monasterio includendis, librisque eorum comburendis, CLXXIX, 515.

Ad Samsonem Remens. Henricum Senonensem episcop., et Bernardum abbat., Clarævallensem, de Abælardi et Arnoldi damnatione, CLXXIX, 517.

Moniales Crisenonis a dominatione Molismi laudante papa liberantur, CLXXIX, 520.

Theobaldo archiepiscop. Cantuariensi interdicit ne monachis S. Augustini injurias inferat, neve ab iis septem denarios pro datione chrismatis et olei sacri exigat, CLXXIX, 533.

Ad Stephanum Anglorum regem, ne monasterium S. Augustini Cantuariense affici injuriis patiatur, CLXXIX, 533.

Ad monachos Marchianenses; censuras episcopi Atrebatensis nullas declarat, præcipitque ut ad abbatis electionem procedant, CLXXIX, 554.

Epist. ad episcop. Atrebatensem; eum arguit quod Marchianenses monachos vexaverit, CLXXIX, 555.

Henrico Moreviensi episcop. concedit licentiam prædicandi paganis in Prussia; attamen ut populum suum rebellem reformare non negligat, CLXXIX, 564.

Clerum episcopatus Otomucensis contra prohibitionem episcopi sui divina celebrantem arguit, monetque ad obedientiam et reverentiam sui episcopi, CLXXIX, 565.

Robotonem comitem hortatur ut Ecclesiæ Bamburgensi prædium quoddam restituat, CLXXIX, 566.

Ad D. Marchionem; eum hortatur ut monasterio B. Petri Munchstor ablata restituat, CLXXIX, 567.

De canonizatione S. regis Edwardi, CLXXIX, 568.

Heloisæ abbatissæ et sororibus Paraclitensibus asserit bona a Gundrico sacerdote concessa, CLXXIX, 569.

Excommunicationis sententiam se promulgasse significat in consules Montispessulani qui expulso Guillelmo eorum domino, ab ejus fidelitate se subtraxerant, CLXXIX, 561.

Institutionem ordinis Præmonstratensis in Valle Secreta confirmat, CLXXIX, 577.

Significat episcopis provinciæ Narbonensis se mandasse ut Ildefonsum comitem Tolosanum a ferendo auxilio proditoribus ejus de Montepessulano compescerent, alioquin excommunicandum, CLXXIX, 582.

Ad clerum et populum Tolosanum, commendat eis Raimundum episcop. a se venientem, etc., CLXXIX. 592.

Henrico Moraviensi episcopo Guidonem cardinalem legatum ad corrigendas cleri enormitates in has partes missum recommendat, rogans ut ipsi ope et consilio assistat, CLXXIX, 597.

Ad archiepiscop. Turonensem, ut responsurus Dolensi antistiti, qui se Arelatensi episcopatu spoliatum quærebatur, ad sedem apostolicam accedat, CLXXIX, 618.

Epistola ad Stephanum episc. Parisiens., ut ecclesiam S. Genevofæ ab interdicto absolvat, CLXXIX, 620.

Ad Radulfum abb. Latiniacensem; arguit eum de comtemptu sedis apostolicæ et de monasterii sui dilapidatione, CLXXIX, 621.

Ad episcop. Cremonensem omissio baptismi non nocet credenti probabiliter se esse baptizatum, CLXXIX, 624.

Lugdunenses archiepiscop. et clericos Cluniacensibus infestos et per conjuratos homines vim inferentes compescit, etc., CLXXIX, 632.

Ad sedis apostolicæ legatum; Montispessulani homines ab eo absolutos, sed domino suo justitiam facere renuentes eisdem excommunicationis nexibus jubet denuo constringi, CLXXIX, 637.

INNOCENTIUS III, papa. — Prorsus impossible per analysim nobis est dare quæ pontifex iste scripsit pro regimine Ecclesiæ; nam hujus pontificis sexdecim sunt Regestorum libri, cum appendice, collectione Decretalium, et supplemento ad Regesta quæ omnia habentur in voluminibus Patrologiæ CCXIV, CCXV, CCXVI, et CCXVII. Quantus esset labor solummodo tot scripta non parvi momenti et magnæ auctoritatis in Ecclesiæ, enumerare nemo non videt: itaque ipse lector auctorem adeat.

JOANNES II, papa. — Epist. Joannis ad Justinianum; eum rogat ut quos a recto fidei catholicæ itinere aberrare sciret, omni studio revocaret, LXVI, 17.

Epist. ad senatores; fidem de Christi divinitate et incarnatione confirmat, LXVI, 20.

Epist. ad episcop. Galliæ; Contumeliosum Galliæ episcop. episcopatu privatum, in monasterium redegit ad pœnitentiam, etc., LXVI, 24.

Epist. ad Valerium episcop.; docet Christum secundum deitatis naturam Patri æqualem; secundum vero humanam naturam, minorem esse, LXVI, 27.

JOANNES III, papa. — Epistola ad episcopos Germaniæ et Galliæ. Primum chorepiscopos quosnam temerarios olim jam damnatos arguit, quod nimium sibi sumerent auctoritatis in impositione manuum; deinde monstrat Clementem I post Petrum sedem apostolicam rexisse, idque tradente sibi ipso Petro; tandem tradit quanta cura atque sollicitudo illi subeunda sit qui gregem Christi pascat, CXXII, 13-18.

JOANNES IV, papa. — Epist. ad episcop. et presbyteros Scotiæ, de Paschate more catholico celebrando, et reviviscente Pelagiana hæresi diligenter cavenda, LXXX, 601.

Epistola ad Constantinum imperatorem; apologia pro Honorio papa, propter unam in Christo voluntatem, cujus aiunt eum calumniantes mentionem fecisse, LXXX, 602.

Epistola ad episcopum Syracusanum; ut monachis suarum ecclesiarum sacerdotes instituere liceat, LXXX, 608.

JOANNES papa VII. — Epistola ad Ethelredum regem Merciorum et Alfridum regem Deirorum, Berthwaldum archiepiscop; Cantuariæ commonet ut synodum convocet; Wilfridum que et adversarios suos aut convenire faciat, aut Romam accurrere, LXXXIX, 60.

Epist. ad episcopos Britanniæ, ut omnes Anglorum clerici talaribus tunicis secundum Romanum morem induantur, LXXXIX, 63.

JOANNES VIII, papa. — Epistola ad Ludovicum imperatorem; excommunicatur Rainaldus Castri Felicitatis episcopus, CXXVI, 655.

Excommunicantur qui de morte Romani clerici suspecti erant, CXXVI, 656.

Ad episcopos Germaniæ et Galliæ ; vices suas in Gallia et Germania committit Ansegiso archiepiscop. Senonensi, CXXVI, 660.

Epist. ad Aldephonsum regem; Pretensis Ecclesiæ Gallaciæ metropolitana efficitur, 126, 663.

Epist. ad universos Gallos et Germanos; de damnatione Formosi episcopi, Gregorii nomenclatoris et aliorum qui Romæ in synodo fuerant excommunicati, CXXVI, 675.

Ad Ludovicum regem; dissensiones inter ipsum et imperatorem se non posse sedere scribit, nisi alteram prius audiat partem, CXXVI, 680.

Epist. ad clerum, etc., Sanctæ Walvensis Ecclesiæ; invehitur in quemdam hujus Ecclesiæ invasorem, legitimo adhuc superstite episcopo, etc , CXXVI, 680.

Ad episcopos provinciæ Bituricensis, ut Frotanio tanquam metropolitano suo obediant, CXXVI, 689.

Epist. ad Carolum Calvum imperatorem; imperatoris precibus, cum Burdigalensis provincia a paganis esset devastata, Frotarium Burdigalensem archiepiscop. transfert in Ecclesiam Bituricensem, CXXVI, 690.

Ad Carolum imperator, narrat calamitates Ecclesiæ illatas a Saracenis, et imperatorem precatur ut auxilium adversus eos mittat, CXXVI, 696.

Ad Ursum ducem Venetiarum; gratias agit quod apostolicæ sedis monitis paruerit; episcopos ad synodum venire jubet, CXXVI, 701.

Petro et Felici episcopis interdicit ob non exhibitum Grandensi archiepisc. obsequium, eosque sub excommunicationis pœna Romam venire jubet, ad concilium, et si impediti fuerint, mittere vicarios jubet, CXXVI, 702.

Epistola ad Dominicum electum episcop. Corcellensem; invehitur in Dominicum electum episcopum quod bis vocatus Romam non accesserit, eumque nisi venerit constituta die, excommunicat, 125, CXXVI, 703.

Epist. ad Dominicum et Leonem episcop., significat se quosdam qui Romam ad concilium vocati venire neglexerunt excommunicasse, nisi ad certam præstitutam diem venerint, CXXVI, 705.

Epist. ad Carolum Calvum imperatorem ; propter imminentia tum a Saracenis, tum a quibusdam Christianis gravissima pericula, enixe petit ut promissa auxilia quamprimum mittat, etc., CXXVI, 711.

Ad episcopos in regno Caroli imperatoris constitutos; monet ut imperatorem hortentur ad opem Ecclesiæ Romanæ ferendam, CXXVI, 716.

Epist. ad Carolum regem; monet ut bona ablata a monasterio Sanctimonialium restituenda curet, alioquin ei minatur excommunicationem, CXXVI, 719.

Ad Wigrodum Parmens. episcop.; hortatur ut quoscunque potest ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ defensionem excitet, et ad se cum suis veniat, ut communi concilio Saraceni ab Italia expellantur, CXXVI, 721, 722.

Epistola ad Gregorium imperialem pedagogum; gratulatur imperatorem contra Saracenos classem ad Ecclesiæ defensionem misisse, eumque ducem constituisse, CXXVI, 727.

De dissolvendo fœdere ab episcopis facto cum Saracenis, CXXVI, 729, 730.

Epist. ad archiepiscop. et episcop., ut Ravennam veniant ad concilium; quod nisi paruerint eos se excommunicaturum minatur, CXXVI, 732.

Ad archiepiscop. Ravennatem ; certum præscribit diem quo Ravennæ cum omnibus suis suffraganeis adfuturus sit; quod si quis parere contempserit, excommunicationem ei minatur, CXXVI, 736, 737.

Ad Neapolitanos; laudat eos quod, zelo divino accensi, Sergium a se abjecerint, et Athanasium episcopum suæ reipublicæ rectorem elegerint; præcipit ut ei pareant, etc., CXXVI, 747.

Ad episcopum Ebredunensem; reprehendit quod alium episcopum præter eum quem clerus et populus elegerant, in Venciensi Ecclesia consecraverit; præcipit ut cum utroque Romam veniat, CXXVI, 750.

Ad Joannem Ravennatem archipiscop.; exponit mala quæ a Lamberto comite Romæ sunt perpetrata ; seque in Galliam ad implorandum auxilium iturum, etc, CXXVI 756.

Ad Michaelem regem Bulgarorum; dolet quod Græcos sequatur, etc., CXXVI, 758.

Ad Petrum comitem; hortatur ut Michaelem regem ad Romanæ Ecclesiæ gremium revocet, CXXVI, 760, 762.

Ad episcopos et clericos Græcos; declarat eos excommunicatos quod Bulgarum regione invadentes illicitas ibi ordinationes fecerint, etc., CXXVI, 764.

Ad Basilium imperatorem; dolet Constantinopolitanam Ecclesiam schismate adhuc laborare; qua de re legatos mittit, CXXVI, 765, 767.

Ad Anspertum Mediolanens, archiepiscop. ; monet ut quantocius ad synodum in Galliam cum suffraganeis accedat, etc., CXXVI, 771.

Ad omnes Christianos; excommunicat eos qui sibi equos et argenteum vas furati fuerant, nisi intra dies tres restituant, CXXVI, 780.

Ad Rostagnum archiepiscop. Arelatensem, ut ad synodum cum suffraganeis suis quamprimum veniat, CXXVI, 782.

Ad Carolum regem ; agit gratias de observantia erga Romanam Ecclesiam, CXXVI, 785.

Ad Carolum regem; arguit quod vocatus ad se non venerit, sicut Ludovicus rex fecerat; monet sub excommunicationis pœna ut sui regni finibus contentus nullam Bosoni molestiam afferat, CXXVI, 786, 787.

Ad Theodoricum archiepiscop. Bisuntinensem, jubet ut quamprimum veniat et episcopum in Ecclesia Lausanensi, propter electorum divisiones priusquam una colloquantur, ordinari vetat, CXXVI, 788.

Lex de sacrilegis a Joanne papa Gothicis legibus addita in concilio Tricassino, CXXVI, 795.

Ad Bernardum comitem; jubet ut ipse cum aliis quibusdam ad synodum veniat, in qua Frotarius Bituricensis episcop. de objecto sibi infidelitatis crimine, purgare se volebat, CXXVI, 799.

Ad Ravennates; dolet eorum antistitis mortem, monet ut electum ab eis archiepiscopum, congruo prosequantur honore, etc., CXXVI, 812.

Ad Theodoricum et Isaac episc.; præcipit ut excommunicent eos qui Wiperto comiti filium eripuerant, et regionem illam populabantur. CXXVI, 813.

Ad Joannem episcop. Ticinensem; raptores cujusdam Ragiberti excommunicari jubet, CXXVI, 815.

Ad Wifridum episc. Venciensem, episcopum qui cum excommunicatis communicaverit, Missarum celebrationem prohibet, CXXVI, 816.

Decernit impuberes, qui alium occiderant, post peractam pœnitentiam ordinari posse, CXXVI, 817.

Ne cogatur sponsus uxorem ducere ab alio corruptam, CXXVI, 817.

Ad Bisuntinens. archiepiscop.; significat se Fulcardum ejusque conjugem ab excommunicatione absolvisse, CXXVI, 818.

De advocandis episcopis Romam ad synodum celebrandum, CXXVI, 820, 822.

Ad Carolum regem, hortatur ut legatos mittat, et in auxilium Romanæ Ecclesiæ veniat, CXXVI, 825.

Ad archiepiscopos et eorum suffraganeos, ne Bicherti num ante causæ discussionem excommunicent, CXXVI, 827.

Ad Carolomannum regem, ut in Vercellensi Ecclesia Gospertus diaconus constituatur episcopus, CXXVI, 830.

Ad Carolum regem, hortatur ut quamprimum contra infideles et Ecclesiæ oppressores auxilio veniat, CXXVI, 831.

Ad Michaelem reg. Bulgarorum; hortatur ut ad obedientiam Romanæ Ecclesiæ, a qua seductus recesserat, cum sua gente revertatur, CXXVI, 832.

Ad Anspertum archiepiscop. Mediolanens., arguit eum quod tertio vocatus ad concilium non venerit, etc., CXXVI, 836.

Ad Anselmum episcop. Lavomicensem, non reparandum virum ab uxore qui filium suum necessitate urgente baptizavit, CXXVI, 839.

Ad sacerdotes et populos Branimiro subjectos; excipit eos ad Romanæ Ecclesiæ gremium redeuntes, monetque eos ut perseverent, CXXVI, 842.

Ad Michaelem Bulgarorum regem; agit Deo gratias quod legatos ad se miserit, doctrinam ecclesiasticam et canonica instituta recepturus, hortatur ut ad Romanam Ecclesiam redeat, etc., CXXVI, 843.

Ad Airardum archiepiscop. Ausiensem, ejusque suffragineos; hortatur ad mores populi depravatos corrigendos, præcipue incesta matrimonia, etc., CXXVI, 844.

Ad Salonitanos clericos, monet ut ad gremium Romanæ Ecclesiæ revertantur, etc., CXXVI, 846.

Ad tres archiepiscopos, ut Nemausensem episcop. a monasterii cujusdam iniqua invasione removeant, et si non paruerit, excommunicent, CXXVI, 847.

Ad Michaelem regem Bulgarorum, dolet eum defecisse ab Ecclesia Romana, ad quam monet ut revertatur; ostendit Græcos Bulgarorum diœcesim. cum sit Romani pontificis, contra canones detinere, CXXVI, 848.

Ad Methodium archiepiscop. Pannoniensem, præcipit ut ad se veniat, ut de ejus doctrina cognoscere possit; missas Sclavonica lingua celebrari prohibet, CXXVI, 850.

Ad Anspertum Mediolanens. archiepiscop., arguit quod sedi apostolicæ obediens non fuerit, ejusque legatos injuste tractarit, et excommunicatus missas celebrarit. Ideo monet ut ad synodum se purgaturus, quamprimum vel per se vel per legatos accedat, CXXVI, 850.

Ad Angelbertam Augustam, significat se modo absolvere nolle Anspertum archiepiscop.; sed si in synodo crimina quæ ei objiciebantur diluerit, tunc eum excommunicatione absoluturum, etc., CXXVI, 851.

Ad Ludovicum regem, gratias agit de propensa voluntate erga Romanam Ecclesiam; hortatur ut ad eam a paganorum incursionibus defendendam veniat, eique tacite imperium pollicetur, CXXVI, 852.

De Ecclesiæ Constantinopolitanæ pace reddenda, CXXVI, 853.

Ad Constantinopolitanos, jubet eos, schismate sedato, ad Ecclesiæ unitatem redire, et Photio communicare, CXXVI, 863.

Ad Photium patriarcham Constantinopolitan., eum constituit patriarch. Constantinopolitanum dummodo in synodo veniam postulet; decernit ne deinceps ullus e laicis in eadem Ecclesia statim episcopus ordinetur; jubet Bulgaricam diœcesim Ecclesiæ Romanæ constitui, CXXVI, 870.

Ad Pulcarem præfectum, arguit quod nec fœdus cum paganis ictum ruperit, nec ditionem S. Petri, sicut promiserat, defenderit; præcipit ut pecuniam pro ea re datam ad se remittat, CXXVI, 878.

Ad Gaiferium; monet ut a molestiis desistat quas Capuanis inferebat; significat se in ejus regiones iturum et discordias sedaturum, CXXVI, 881.

Ad Carolum regem; scribit se litteris eum, ut ad imperium promoveret, ad Urbem advocasse, sperasseque se auxilium ab eo adversus Romanæ Ecclesiæ hostes recepturum... petit ut Ecclesiæ opem ferat, etc., CXXVI, 882, 883.

Ad omnes fideles, præcipit ut Ticinensi episcopo, cui potestatem excommunicandi tribuerat, obediant, CXXVI, 885.

Ad Carolum regem, de Ansperto archiepiscop. Mediolanensi, et Josepho Vercellensi episcopo depositis, CXXVI, 887.

Ad Vercellenses, præcipit ut Conspertum a se illis episcopum constitutum recipiant, etc., CXXVI, 887.

Epist. ad diversos episcop. Galliæ et Germaniæ, laudat illorum inter se et cum Ecclesia Romana conjunctionem, etc., LXXXIX, 948.
Responsa ad varias quæstiones, LXXXIX, 949.
Epist. ad Bonifacium archiepiscop., Moguntiæ sedis in metropolim erectio, LXXXIX, 953.
Epist. ad episcopos Francorum, de concordia et pace inter Pippinum et Griphonem concilianda, et de corpore S. Benedicti Cassinatibus restituendo, LXXXIX, 955.
Epist. ad Austrobertum archiepiscop. Viennensem, mittit exemplar synodi Comæ celebratæ, ac rescribit quid agendum sit de episcopis per pecuniam ordinatis, LXXXIX, 956.
Epist. ad Theodorum episcop. Turinens., non licere filium in matrimonium ducere illam quam pater de sacro fonte baptismatis suscepit, LXXXIX, 957.
Tria decreta in causis matrimonialibus, LXXXIX, 939.
ZOZIMUS, papa. — Epistola ad episcopos Galliæ, de privilegiis Ecclesiæ Arelatensis; 1 ut qui Romam aut alio e Gallia veniunt, formatas accipiant a metropolitano Arelatensi; 2 ut metropolitanus Arelatens. episcopos ordinet per provinciam Viennensem, et per utramque Narbonensem; 3 ut Ecclesiæ Arelatensi suæ parœciæ restituantur, XX, 642.
De causa Cœlestii, quid instaurato Romæ Cœlestii judicio gestum sit; eum nisi intra duos menses veniant qui præsentem redarguant, et aliter sentire probent quam professus sit, absolutum fore, XX, 649.
Pelagium missis litteris ac libello fidei, rursumque Cœlestium sese purgasse, neque accusatoribus eorum tam sublestæ fidei viris facile fuisse credendum; illos demum, cum damnanda damnarent, ac sequenda sequerentur, a catholica veritate aut Ecclesiæ communione nunquam excidisse, XX, 954.
De Urso et Tuentio episcopis illicite ordinatis, ut nusquam in Ecclesiæ communione suscipiantur, XX, 661.
Ut metropolitanus Arelatensis in provincia Viennensi et in utraque Narbonensi ordinandorum episcoporum habeat potestatem, XX, 665.
Hilarium nullo niti jure ad ordinandos in prima Narbonensi episcopos, ac ne quid inde sibi usurpet, XX, 666.
Metropolitani dignitas a Proculo usurpata, Patroclo asseritur. Ipsius est cuivis de Galliæ clero formatas dare, ordinationes præcipites ac per saltum vetantur, XX, 668.
Quod Cœlestii hæresim condemnaverit, ejusdemque adversum se calumniam respuerit, ad demum suam ipsius approbarit fidem gratulatur, et cur Romam non adeat exponit, XX, 669.
1 Quod monachi vel laici nisi per gradus ecclesiasticos non debeant ad summum sacerdotium pervenire; 2 quod si quis interdicta despexerit gradus superioris periculo subjacebit; 3 quæ in singulis cleri gradibus tempora sint præfixa, XX, 669.
Adversus Proculi ausus et illicitas ordinationes, XX, 63.
Patroclo commissum esse, ut Proculi loco alium episcopum accipiant, XX, 674.
Zozimus, auctoritate sedis suæ pluribus explicata, certiores Afros facit se non omnem, ut ipsis visum est, Cœlestii verbis fidem commodasse, aut ea immutasse quæ de illo a decessore suo statuta sunt, XX, 675.
De presbyteris quibusdam rebellibus, et iis qui se eorum societati adjunxerunt, XX, 679.
De appellationibus episcoporum ad Romanæ Ecclesiæ sacerdotem, de tractandisque presbyterorum et diaconorum causis apud finitimos episcopos, si a suis excommunicati fuerint, XX, 680.
De spretis judiciorum regulis, adeo ut sacerdotes præsentibus laicis judicentur, et accusato imponatu necessitas adversarium suum quærendi et ad judicium deducendi, XX, 682.

CXVIII.

INDEX DECRETORUM,

DECISIONUM, CONSTITUTIONUM, PRÆCEPTORUM MORALIUM, EPISTOLARUM EVANGELICÆ DOCTRINÆ INTERPRETUM, ETC.,

QUÆ AB IMPERATORIBUS, REGIBUS, ETC., IN BONUM REIPUBLICÆ DICTATA,

PRO LEGE INTER CHRISTIANOS VALUERUNT,

ORDINE AUCTORUM ALPHABETICO DISPOSITUS, ET BREVITER EXPONENS UNIUSCUJUSQUE PROPOSITUM.

—

MONITUM.

Quæ dantur decreta imperatorum, etc., circa religionem notandum illos non prævenire Ecclesiæ le catholicæ judicium, sed sequi, ut ait Possidius de Honorio imperatore, in Vita S. Augustini, cap. XVII, ut non temere quispiam senserit etiam tunc impletum vaticinium Isaiæ de Christi Ecclesia : « Erunt reges nutritii tui, et regiuæ nutrices tuæ. » (*Isa.* XLIX, 23.)

Unde priusquam Index iste agatur, occurrendum est religiosæ in speciem quorumdam indignationi velut imperatores in ea parte modum suæ potestatis non tenuerint; sed id pene affectaverint in Ecclesia quod olim inter gentiles, cum ethnicæ impietatis pontificatum generent. Quid enim est, inquiunt, usurpare quæ sacerdotii sunt, etiam in causa fidei, nisi hoc est : proponere quæ credi oporteat, hæreticos declarare, qui secus senserint; episcopis imperare subscriptionem sive dogmatibus, sive personis damnatis, interminata depositionis, imo et excommunicationis pœna ni pareant; primatibus præscribere quæ sui sint muneris? etc. Id vero imperatores videntur præstitisse, quantumvis religiosi prædicentur, cum decreta mitterent....

Vetus fuit hæc querela et pene orta cum fide imperatorum. Huic factum olim satis a sanctis Patribus responsum, cum sanxerunt « duobus principaliter mundum regi, auctoritate sacra pontificum et regali potestate, utrumque, cum in Christo junctum esset, in pontificibus et regibus tanquam Dei ministris partitum, » duos inde supremos principatus exstitisse, et « suum cuique potestatis modum attributum; » inter ambos principatus sacrum quoddam fœdus initum, sequestro et conciliatore Christo; pro sua singulos parte servire communi Domino, ejusque sponsam tueri et hostes junctis viribus profligare; nam « Rex regum, idemque Sacerdos sacerdotum, qui solus Ecclesiam regere potuit, quam redemit, postquam tamen humanitatem suam in cœlum evexit, semper cum suis futurus divinitate, potestatem suam ad eamdem gubernandam Ecclesiam in sacerdotes divisit et reges, ut quod sancti docerent pontifices, et ipsi implerent et impleri facerent devotissimi reges.

Et certe postquam Ecclesia, excusso tyrannorum jugo, asserta est in libertatem, gladiumque imperatorum a suis cervicibus in hostes avertit, quos passa fuerat antea iniquos persecutores, nacta est, simul ac filios fecit, rei bene gerendæ justissimos adjutores. Non ergo reges formam fidei præscribunt, neque vero unquam jure præscripserunt; sed acceptam a sacerdotibus quorum « judicium sequuntur, » servandam populis jubent. Non docent Ecclesiam, sed velut angeli portas civitatis Dei flammeo gladio ab hæreticis defendunt. Non eos qui contra fidei formam sentiunt hæreticos declarant, sed hæreticorum pœnis obnoxios. Non ipsi per se episcopos deponunt, neque ullos sacris abstinent; qui enim possent? Sed a synodis exauctoratos abstentosque expelli jubent civitatibus suis, ne turbas creent; jubet et aliorum societate multari, ne venenati spiritus contagio noceant. Ut unum demus exemplum, ipsimet Patres Africani, in hæresis Pelagianæ causa, cum postularent ab imperatoribus hujusmodi decreta per synodorum legatos, ipsi summi pontifices, quantecunque pollerent auctoritate, cum regiis edictis contra inimicos Dei uterentur, totus ordo sacer clericorum, imo universa Ecclesia cum iisdem edictis pareret, adversus omnes exceptiones præscribit, simulque docet quod præsignavit et Christus ante passionem et Deus in conditione mundi, opus habere Ecclesiam, ad impios terrendos, duobus gladiis, duobusque ad illustrandum mundum spiritualem luminaribus. Neque enim, ut aiunt Patres, sufficiebat, vel unum luminare contra omnes errores offucias, vel unus gladius adversus effrenem impiorum audaciam; cum et offucias faceret sibi aliisque pertinax animus, et audaciam ex patientia bonorum improbitas sumeret. Id cum gravissime et verissime sit dictum olim, tum nostri quoque temporis infelix experientia certissime comprobat, ut votum S. Bernardi nunquam fuerit opportunius : « Quod Deus conjunxit, homo non separet; jungant se animis qui juncti sunt institutis, invicem se foveant, invicem se defendant, invicem sua onera portent. » (Epist. ad Conrad. reg., CLXXXII, 441; XLVIII, 377.)

ÆTHELREDUS III, rex Anglorum. — De denario sanctæ Ecclesiæ dando, etc., de decimatione thaynorum, CLI, 1166. — De jejunio et feriatione trium dierum ante festum S. Michaelis, CLI, 1167. — Quid regi et populo omni die sit cantandum, CLI, 1107. — De consuetudinibus sanctæ Dei Ecclesiæ reddendis, CLI, 1167. — Ne quis vendatur extra patriam, CLI, 1167. — De roboria et de eleemosynis et restitudinibus Ecclesiæ, CLI, 1169.

ÆTHELSTANUS, Anglorum rex. — Leges de decimis reddendis, de paupere alendo, et eleemosyna e regiis prædiis annuatim eroganda, de irruptione in ecclesiam, de sagis, de monetariis, de ordalio se sistere spondentibus, de rerum emptione in die Dominica, de pejeratibus, de has leges non exsequentibus, de legum latoribus et loco, CXXXVIII, 461-471.

ALEXIUS, Constantinopolitanus imperator. — Epistola ad Robertum Flandriæ comitem et ad omnes Christianos, ut sibi contra paganos opem ferant, CLV, 465.

AGRICOLA, præfectus prætorianus. — Edictum contra Pelagianos ut ex urbe excludantur et in exsilium deducantur, LVI, 492.

ALFREDUS, Anglo-Saxonum rex. — In integrum damus ad leges suas præfationem seu apparatum, ut intelligant omnes quo istæ fundamento nituntur; nullum æquius eligi poterat, cum nihil sit aliud quam Mosaicæ leges :

I. Dominus locutus est verbum ad Moysen, et ita dixit : Ego sum Dominus Deus tuus. Ego te eduxi ex terra Ægypti et ex servitute ejus; non diligas deos alienos præter me. — II. Non adhibeas nomen meum ad vanitatem, quoniam tu non es innocens apud me, si nomen meum ad vanitatem adhibeas. — III. Recordare diem Sabbati sanctificare; operamini sex dies, et septimo quiescite, tu et filius tuus, et filia tua, et servus tuus, et ancilla tua, et jumenta tua, et qui ingreditur inter portas tuas, quonium sex diebus Christus creavit cœlos, et terram, et maria et omnes creaturas quæ in eis sunt et quievit septimo die. Et propterea Dominus illum sanctificavit. — IV. Honora patrem tuum et matrem tuam quos Dominus dedit tibi ut sis longævus in terris. — V. Non occidas. — VI. Non fureris. — VII. Non adultereris. — VIII. Non dicas falsum testimonium contra proximos tuos. — IX. Non desideres proximi tui hæreditatem injuste, — X. Non facias tibi aureos vel argenteos deos. — XI. Hæ sunt leges quas ipsis proponere debes. Si quis emat Christianum servum, sex annos serviat, septimo sit liber gratis. Cum quali vestimento intraverit, cum tali exeat; si ipse uxorem habeat, exeat cum ea. Si Dominus autem illi uxorem dederit, sit ipsa et liberi ejus Domini. Si servus autem dixerit: Nolo abire a meo domino, nec ab uxore mea, nec a liberis meis, nec ab hæreditate mea, tunc dominus ejus ipsum ad templi officium adducat et perforet aurem illius subula in signum quod sit semper in posterum servus. — XII. Licet qui vendiderit filiam suam in famulatum, non sit serva in omnibus, uti aliæ famulæ. Non habeat potestatem eam extraneo meo populo vendendi; sed si illa non placeat ei qui ipsam emit, dimittat eam liberam ad extraneam gentem. Si autem permiserit filio suo rem cum ea habere, det ei donum; videat ut illa habeat vestitum, et pretium pudicitiæ ejus, hoc est, dotem ei suam largiatur. Si ei nihil horum præstiterit, tunc sit libera. — XIII. Si quis sponte hominem occiderit, moriatur morte. Si autem coactus eum occiderit, vel invitus, vel non sponte, quasi Deus ita eum in manum suam tradiderit, et illi nunquam sit insidiatus, sit dignus privilegio suo, et justa gentium compensatione, si asilum quærat. Si quis autem de industria et sponte occidat proximum suum per insidias, abstrahas eum ab ara mea ad morte moriendum. — XIV. Qui patrem suum vel matrem suam percusserit, morte moriatur. — XV. Qui hominem liberum furetur, illumque vendat, et obreptus sit, ut ipsum recipere nequeat, morte moriatur. Qui patri suo vel matri suæ maledixerit, morte moriatur. — XVI. Si quis proximum suum percusserit lapide vel pugno, et ille tamen egredi possit baculo innixus, adhibeat ei medicum, et opus ipsius operetur quandiu ille non potest. — XVII. Si quis servum suum proprium vel ancillam percusserit, et ille eodem die non moriatur, attamen vixerit duos vel tres dies, non sit in omnibus æqualiter reus, quoniam pecunia ejus erat. Si autem eodem die mortuus sit, tunc culpa in eo quiescat. — XVIII. Si quis inter pugnandum gravidæ uxori nocuerit, compenset damnum, sicut leges judicant. Si illa moriatur, det vitam pro vita. — XIX. Si quis alterius oculum effoderit, compenset proprio, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, vimen pro vimine. — XX. Si quis servi sui vel ancillæ suæ oculum excusserit et ipse post factum hoc monoculus sit, manumittat ipsum statim; si dentem ei excusserit, faciat idem. — XXI. Si bos cornu petierit virum vel feminam ut moriantur, lapidibus obruatur, et caro ejus non edatur, et dominus sit innocens, si bos petulcus antea fuerit biduum vel triduum et dominus hoc nesciverit; si autem ille hoc sciverit, et eum intus asservare noluerit, atque is tunc virum vel feminam occiderit, lapidibus obruatur, et dominus occidatur, vel vita pretio redimatur, prout sapientes justum invenerint. Si filium vel filiam confoderit, eidem legi sit obnoxius. Si autem servum vel ancillam confoderit, solvat domino triginta solidos argenti, et bos lapidibus obruatur. — XXII. Si quis foderit aquæ putem vel clausum aperuerit et eum deinde non claudat, compenset omne jumentum quod ibi inciderit, et illud mortuum retineat. — XXIII. Si bos alterius bovem vulneraverit, et ille postea moriatur, vendatur bos ille (vivus), et dividatur pretium, et caro etiam ejus, sicuti et mortui. Si dominus autem sciverit quod bos petulcus esset, et illum asservare noluerit, det ei alium bovem illius loco, et ipse omnem carnem (mortui) retineat. — XXIV. Si quis alterius bovem furetur et eum occidat vel vendat, compenset eum duobus et quatuor ovibus unam. Si non habeat quo compenset, ipse vendatur pro pecunia illa. — XXV. Si fur domum alicujus noctu effringat, et ibi occidatur, ille qui eum occidit non sit homicidii reus; si deinde post ortum solis hoc fecerit, sit homicidii reus et tunc ipse moriatur, nisi necessitate impulsus fuerit. Si apud eum, vivum aliquid, quod antea furatus fuerat, inveniatur, dupliciter illum compenset. — XXVI. Si quis damnum intulerit alterius vineæ, vel agro ejus, vel alicui ejus terræ, compenset, sicut quis illud æstimaverit. — XXVII. Si ignis immissus sit ad comburendam segetem, compenset detrimentum illud ille qui ignem immisit. — XXVIII. Si quis apud amicum deponat pecuniam; si ille eam furetur, dupliciter compenset. Si autem nesciat quis eam furtim subduxerit excuset seipsum, quod nullam fraudem in hoc commiserit. Si hoc vivum animal esset, et ipse dixerit quod exercitus illud sumpserit, vel quod a seipso mortuum sit, et testes habeat, non necesse est ut illud compenset. Si autem testes non habeat, et ille ei non credat, tunc juramentum præstet. — XXIX. Si quis feminam non maritatam deceperit, et cum eo coiverit, compenset ei, et postea eam in uxorem ducat. Si pater feminæ illi eam dare noluerit, solvat pecuniam illam pro dote. — XXX. Femina quæ consuevit incantatores excipere, et magos et sagas, ne sinas vivere. — XXXI. Et si quis rem habeat cum bestia, morte moriatur. — XXXII. Et si quis sacrificium immolaverit præter Deo soli, morte moriatur. — XXXIII. Advenam et peregrinum ne affligas, quoniam fuistis peregrini in terra Ægypti. — XXXIV. Viduis et orphanis ne noceatis, neque affligatis eos; si horum aliquid feceritis, veciferabunt ad me, et ego illos audiam, et ego vos gladio meo occidam, et ego faciam uxores vestras viduas, et liberos vestros orphanos. — XXXV. Si pecuniam mutuo dederis socio tuo, qui tecum habitare velit, ne præbeas te illi exactorem, neque humilia eum usura tua. — XXXVI. Si quis tantum habeat simplex vestimentum ad se eo operiendum et defendendum, et si illud pignoris loco dederit, ante solis occasum ei reddatur. Si tu ita non feceris, tunc clamabit ad me, et ego ipsum audiam, quoniam ego sum valde misericors. — XXXVIII. Ne calumnieris dominum tuum, ne maledicas principi populi tui. — XXXVIII. Decimas tuas et primitias tuas ambulantes et crescentes des Deo. — XXXIX. Omnem carnem quam feræ reliquunt, non edatis, sed detis illam canibus. — XL. Falsi hominis verbum ne cures, nec eum auscultes, neque ipsius juri favens, nec ullum testimonium post eum dicas. — XLI. Ne sequaris populi consilium pravum, et injustitiam amantem discursum ejus. — XLIII. Si offenderis alicujus pecus errans, licet sit adversarii tui, reducas illud ipsi. — XLIII. Judica semper justum judicium, neque facias aliud jus diviti, aliud pauperi, nec aliud jus amico et aliud inimico facias. — XLIV. Semper evites mendacium. — XIV. Insontem et innocentem hominem ne affligas unquam. — XLVI. Ne accitias unquam dona, quoniam cæcant sæpissime sapientum virorum consilium et verba eorum pervertunt. — XLVII. Peregrinum et extraneum ne patiaris inscium ulla aliqua injuria affici. — XLVIII. Ne juretis unquam per deos gentilium, neque propter ullam rem invocetis eos...

Hæ sunt leges quas omnipotens Deus ipse loquebatur ad Moyem, et jussit et ut custodiret. Et postquam unigenitus Dei Filius Deus noster, hoc est Salvator Christus, in orbem terrarum venisset, dicebat quod non venerit præcepta illa violare aut interdicere, sed cum omni bonitate implere, CXXXVIII, 447-451.

Nunc veniamus ad hujus Alfredi regis leges ecclesiasticas, quæ referemus decerptæ sunt e suis aliis civilibus.

Lex de juramentis et vadiis, *ibid.*, 452. — Leges de refugiis ad templa, de violatione vadimonii, de pace ecclesiastica, de sacrilegio, de eo qui monialem e templo eduxerit, *ibid.*, 453. — Leges de fornicatoribus, de pugnis de contrectatione monialis, de eo qui monachis nummum concredit, de sacerdotum pugna, de stupro et de eo qui de aliqua re Deo præstanda pro altere fide jusserit, *ibid.*, 454. — Leges de pugna coram senatore, de violatione pacis in urbe, de terra hæreditaria, de solemnitate diei festi, *ibid.*, 455. — Leges de dilectione Dei et pace Ecclesiæ, de negligentibus legem Christi, et paganismum venerantibus, de ornatis male viventibus, de presbyteris falso pronuntiantibus festum vel jejunium, de presbyteris rectis terminis chrisma non perquirentibus, vel baptismum negantibus, de fratribus vel cognatis in una

fornicantibus, de ordinato qui vitam forisfaciat, de reo mortis qui confiteri desiderat sacerdoti, de decimis Dei retentis, et aliis Ecclesiæ restitutionibus, de illis qui mercandisant diebus Dominicis, de operantibus diebus Dominicis, de jejuniis infractis, de diebus in quibus ordalium et jusjurandum prohibeantur, ne die Dominica homo forisfactus occidatur, de sortilegis, incantatoribus, veneficis, perjuris et his similibus, de ordinetis vel allenigenis in aliquo de pecunia vel vita seductis, *ibid.*, 455-458.

ALIONORA, Anglorum regina. — Epistolæ ad Cœlestinum III papam, quibus illius opem implorat pro liberatione Richardi regis Anglorum, filii sui, CCVI, 1261.

ALIENOR, Angliæ regina. — Epistola ad Alexandrum III; gratias agit de litteris a summo Pontifice missis, etc., CC, 1362.

ALPHONSUS, rex Portugalliæ. — Epistola ad Lucium II papam. Regnum suum Romanæ Ecclesiæ tributarium constituit, CLXXIX, 935.

ALUREDUS Magnus, Anglorum rex. — Ejus leges eædem sunt ac illæ quæ a nobis describuntur ad articulum, EDUARDUS senior, Anglorum rex, CXXXVIII, 459.

AMALRICUS, rex Hierosolymorum. — Epistolæ ad Ludovicum regem Francorum, ut ad Hierosolymam accedat, CLV, 1265.

De religionis statu in urbe Hierosolymitana, CLV, 1267. 1269, 1271, 1274, 1277, 1278.

AMALASUNTHA, regina. — Ipsius laus : « In ipsa est decus regnorum omnium, in ipsa flos bonorum. Quidquid fulgemus ab ejus claritate suscipimus, quando non solum parentibus laudem contulit, sed ipsum quoque genus humanitatis ornavit. Quis possit sufficienter edicere quanta pietate, quanto morum pondere decoretur? Discerent profecto nova philosophi, si viviverent; et minora libris suis faterentur condita, quam huic cognoscerent attributa. In tractatibus acuta, sed ad loquendum summa moderatione gravissima. Hæc est regalis procul dubio virtus, celerius necessaria sentire, et tardius in verba prorumpere. Nescit enim pœnitenda loqui, qui proferenda prius suo tradidit examini; hinc est quod ejus doctrina mirabilis per multiplices linguas magna ubertate diffunditur; cujus ingenium ita paratum reperitur ad subitum, ut non putetur esse terrenum. In libris Regum regina Austri venisse legitur ad discendam sapientiam Salomonis; hic principes audiant quod sub admiratione cognoscant. Paucis verbis sensus clauditur infinitus, et summa facilitate componitur, quod ab aliis nunc sub longa deliberatione formatur. Beata respublica quæ tantæ dominæ gubernatione gloriatur. Minus fuit ut generalitas sub libertate serviret; additum est tantis meritis, ut ei subderetur et reverentia principalis. Hoc enim obsequio dignissimæ dominamur Nam cum tantæ prudentiæ pareo, cunctis virtutibus obsecundo. Sub tali siquidem monitore regni non gravamur, dum si quid fit pro novitate incognitum, fiet nobis ejus instructione certissimum ad bonum publicum veritatem non pudet confiteri. Agnoscite, principes viri, sapientissimæ esse dominæ quod in nobis potuerit plus placere. Illam enim aut interrogando melius sentimus, aut ejus imitatione proficimus. Vivite nunc felices, vivite, Deo auxiliante, concordes, et æmulamini gratiam quam regiam cognoscitis tenere concordiam, » LXIX, 800.

Ejus leges eædem sunt ac leges Theodahadus quem sibi assumpserat socium regni. *Vide* THEODAHADI, rex.

ANNA, regina Francorum. — Epistola pro gratiis Deo agendis de intercessione S. Bernardi obtenta, CLXXXV, 1632.

ARCADIUS, imperator, — Constitutio contra Donatistas, XI, 1192. — Epistola ad Innocentium I papam, ut se et Eudociam ab excommunicatione liberet, XX, 633. — Se insontem esse eorum quæ in legatos ipsius aut in Joannem admissa sunt, eorum auctores a se punitos; adeoque relaxet sententiam qua se cum conjuge a sacris mysteriis arcet, *ibid.*

ATHALARICUS, rex. — Confirmatio senatusconsulti adversus Simoniacos, LXVI, 11. — Scribit senatui urbis sibi gratissimum fuisse quod pontificem elegerint eum quem Theodoricus rex designaverat, LXIX, 748. — Scribit Albieno se præfectum prætorio propter improbitatem præfectura amovisse, et in ejus locum suffecisse Albienum, qui summopere prædicatur, *ibid.*, 752. — Remittit ad papæ judicium eos qui clerico Romano litem intenderint; qui sanctæ sedis auctoritatem contempserit, eum vult et causa cadere, et decem librarum auri multa pauperibus eroganda puniri, *ibid.*, 757. — Edictum quo protegit curiales ab omni injuria, indicta vexatoribus aut decem librarum auri multa aut corporea pœna, *ibid.*, 766. — Constituit ut qui præ annonæ caritate frumenta abdiderunt, illa moderato pretio vendant, *ibid.*, 770. - Relaxat universis possessoribus, defensoribus Syracusanæ civitatis quæ illis præter consuetudinem imposita fuerat concessa iis facultate qui a censitoribus vexati fuerant apud principem conquerendi, *ibid.*, 774. — Statuit ut edicta a Theodorico pro componendis Siculorum moribus promulgata ita custodiantur, ut sacrilegii reus habeatur quisquis ea violare aliquatenus tentaverit, *ibid.*, 777. - Decreta promulgat in Simoniacos juxta antiqua senatus consulta, *ibid.*, 777. — Jubet ut edictum suum et senatus consulta de aligenda Simonia tabulis marmoreis incidantur, et ante atrium basilicæ Sancti Petri collocentur *ibid.*, 781. — Edictum contra pervasores bonorum alienorum, contra affigentes titulos nomine publico, contra obtinentes callide et perverse sententiam principum, contra dividentes aliena matrimonia, contra adulteros, contra eos qui duabus uxoribus copulabantur, contra concubinarios et concubinas, contra eos qui terrore donationes extorquebant, contra maleficos, contra homicidas, contra eos qui in una causa secundo a judicibus ordinariis provocabant, contra violatores edictorum tam ipsius quam Theodorici, *ibid.*, 782. — Scribit senatui Urbis se edictum duodecim capitum edidisse, et jubet ut in senatu recitetur, et a præfecto Urbis per triginta dies locis celeberrimis proponatur, *ibid.*, 786. — Scribit ad universos judices provinciarum se sanxisse ut edictum suum per triginta dies in conventibus publicis more solemni recitetur, *ibid.*, 786.... etc.... etc.... usque ad col. 795.

BALDUINUS, Flandrensis comes. — Epistola ad abbatem Cluniacensem, ei confirmat abbatiam Sancti Bertini, CCXVI, 845.

BALDUINUS, Constantinopolitanus imperator. — Litteræ de pace facta inter comitem Balduinum et illos de Tornaci, CCIX, 913. — Leges de homicidio, *ibid.*, 915. — Leges de successionibus et aliis rebus, *ibid.*, 919. — Epistola ad Innocentium III papam, de capta urbe Constantinopol. et ipsius ad dignitatem imperialem elevatione, *ibid.*, 927. — De rebus gestis ab exercitu crucesignatorum, et de expugnatione Jaderæ, *ibid.*, 927. — Epistola ad Cameracensem, Atrebatensem, Morinensem, et Tornacensem episcopos, conceptam spem de terræ Sanctæ recuperatione significat, rogatque ut nobiles ad transfretandum exhortentur, *ibid.*, 927.

BLANCESFORT (B. de), magister militiæ templi. — Epistola ad Ludovicum Francorum regem, spes optimæ concipitur de progressione successuum in urbe Hierosolymitana et in vicinate jam capta, CLV, 1269, 1272.

CANUTUS, Anglor. rex. — Lex de Deo, religione et rege debite colendis, CLI, 1171. — Lex de pace Dei, regis et Ecclesiarum, *ibid.*, 1171. — Lex de multa pro dignitate Ecclesiæ conferenda, *ibid.*, 1171. — Lex de reverentia sacerdotibus præstanda, *ibid.*, 1172. — Lex de purgatione ordinatorum, *ibid.*, 1172. — Exhortatio ad ecclesiasticos ut sancte vivant, *ibid.*, 1173. — Lex de conjugiis prohibitis, *ibid.*, 1173. — Lex de decimis reddendis, *ibid.*, 1174. — Lex de nummo Romano, *ibid.*, 1174. — Lex de primitiis seminum, *ibid.*, 1174. — Lex de decimis ad Ecclesiam pertinentibus,[1] *ibid.*, 1174. Lex de pecunia pro lucernis, *ibid.*, 1174. — Lex de pecunia quæ dicitur symbolum animæ, et de sepultura, CLI, 1174. — Lex de Dei juribus, festis et jejuniis conservandis, *ibid.*, 1174. — Lex de die Dominico, *ibid.*, 1175. — Lex de jejuniis, *ibid.*, 1175. — Lex de temporibus justitiæ, *ibid.*, 1175. — Pia exhortatio ad confessionem et pœnitentiam, *ibid.*, 1175. — Pia exhortatio ad eucharistiam et probitatem, *ibid.*, 1176. — Pia exhortatio ad fidelitatem erga dominos, *ibid.*, 1176. — Pia exhortatio ad Deum pie colendum, *ibid.*, 116. — Ut omnes Orationem Dominicam et Symbolum calleant, *ibid.*, 1176. — Ut exitiabilia fugiant, *ibid.*, 1176. — Ut stuprum præcipue fugiant et caveant sibi de tremendo judicio, *ibid.*, 1177. — Ut episcopi et sacerdotes fide obeant officia, *ibid.* — De justitia efferenda, *ibid.* — De misericordia exhibenda in judicio, *ibid.* — De Christiano non vendendo extra regnum, *ibid.* — De sagis, sortilegis ejiciendis, etc. — *ibid.*, 1178. — De gentilium superstitionibus adolendis, *ibid.* — De homicidis, pejerantibus et mœchantibus, *ibid.*, 118. — Quod peccatum turpius sit in diebus et locis sacris, et majores magis sunt plectendi, *ibid.* — De ministrum altaris occidente, *ibid.* — Ut rex sit ordinatis et alienigenis patronus, *ibid.* — De ministro altaris homicida, *ibid.* — De ordinatum vinciente aut verberante, *ibid.*, 1179. — De ordinato capitis reo, *ibid.* — De reo confessarium petente, *ibid.* — De die Dominica et festis observandis, *ibid.* — De jejunium violante, *ibid.* — Ut Quadragesima et festo non temperentur, *ibid.* — De ecclesiæ debita vi detinente, *ibid.* — De sacrum ordinem

violante, *ibid.*, 1180. — De adulterio, *ibid.* — De incestuosis, *ibid.* — De viduam violante, *ibid.* — De uxoris adulteræ pœna gravi. *ibid.* — De uxorato fornicante aut concubinam habente, *ibid.* — Ut alienigenæ libidinosi ejiciantur, *ibid.* — Ut homicida in purgatione cadens episcopo tradatur, *ibid.* — De eo qui excommunicatum vel ut exlegatum custodierit, *ibid.* — De misericordia exhibenda, *ibid.*

CAROLOMANNUS, princeps. — Capitulare anni 742, XCVI, 1501. — Capitulare Liftinense anni 743, XCV, 1503. — Præceptum quo monasterii Sancti Dionysii immunitates et a teloneis exemptionem omnibus ad festivitatem sive ad mercatum S. Dionysii concurrentibus confirmat, XCVI, 1572. — Præceptum de immunitate Ecclesiæ Argentoili, *ibid.*, 1575. — Quædam alia sunt præcepta varia privilegia confirmantia, *ibid.*, 1576.

CAROLOMANNUS, majordomus. — Placitum quo villam Letherman cum appenditiis monasteriis Stabulensi et Malmundariensi ab avo suo donatum et deinde injuste ablatum restituit, LXXXVIII, 1310.

CAROLUS MAGNUS, imperator. — Capitulare generale, an. 769-771, XCVII, 121. — Capitulare de banno dominico, an. 772, *ibid.*, 125. — Capitulare, an. 779, *ibid.* — Capitulare episcoporum, an. 779, *ibid.*, 779. — Capitulare Mantuanum, an. 781, *ibid.*, 135. — Capitulare Longobardicum, an. 782, *ibid.*, 137. — Capitulare generale. an. 783, *ibid.*, 139. — Capitulare Sadebrunnense, an. 785, *ibid.*, 143. — Capitulare Longobardicum, an. 786, *ibid.*, 147. — Encyclica de litteris colendis, *ibid.*, 149. — Capitulare ecclesiasticum, an. 789, *ibid.* — Capitulare monasticum, an. 789, *ibid.*, 183. — Capitulare generale, an. 789, *ibid.*, 185. — Capitulare Franco urtense, an. 794, *ibid.*, 191. — Capitulare Saxonicum, an. 797, *ibid.*, 199. — Statuta Rhispacensia et Frisingensia, an. 799, *ibid*, 203. — Statuta Salisburgensia, an. 799, *ibid.*, 207 — Edictum pro episcopis, an. 800, *ibid.*, 209. — Capitulum pro pago Cenomanico, an. 800, *ibid.* — Capitulare Ticinense, an. 801, *ibid.*, 211. — Capitulare Aquisgranense, an. 801, *ibid.*, 217. — Mandatum de Saxonibus obsidibus imperatori Moguntiæ præsentandis, *ibid.*, 221. — Capitulare Aquisgranense, an. 802, *ibid.* — Capitula missis dominicis data, an. 802, *ibid.*, 231. — — Capitula excerpta, an. 802, *ibid.*, 237. — Capitulare Longobardicum, an. 802, *idid.*, 243. — Capitulare generale Aquense, an. 802, *ibid.*, 245. — Capitulare Longobardicum duplex, an. 803, *ibid.*, 251. — Capitulaquæ in lege Salica mittenda sunt, *ibid.*, 255. — Capitula minora, *ibid.*, 259. — Capitulare Longobardicum, *ibid.*, 261. — Capitula quæ in lege Ripuaria mittenda sunt, *ibid.*, 263. — Capitulare de exercitu promovendo; *ibid.*, 265. — Capitula alia addenda. *ibid.*, 267. — Capitula misso cuidam data, *ibid.*, 269. — Capitula a missis dominicis editis, *ibid*, 269. — Capitulare ad Salz, an. 803, *ibid.*, 271. — Capitulare metropolitani cujusdam in synodo, *ibid.*, 275. — Capitula data presbyteris, *ibid.* — Capitula legi Bajoariorum addita, an. 803, *ibid.*, 277. — Capitulare Bajoaricum, an. 803, *ibid.* — Capitulare de latronibus, an. 804, *ibid.*, 279. — Capitula ecclesiastica, an. 804, *ibid.* — Capitulare Æquisgranense, an. 805, *ibid.*, 281. — Capitulare duplex in Theodonis villa, an, 805, *ibid.* — Capitula missorum dominicorum, an. 806, *ibid.*, 291. — Capitula presbyterorum, *ibid.*, 293. — Capitulare duplex ad Niumagam, an. 806, *ibid.*, 301. — Encyclica de placito generali habendo, *ibid.*, 305. — Capitulare Aquense, an. 806, *ibid.* — Capitula excerpta de canone, *ibid.* — Capitulare Longobardicum, an. 806, *ibid.*, 307. — Capitulare Aquense, an. 807, *ibid.* — Epistola ad Pippinum regem Italiæ, *ibid.*, 309. — Capitulare Ingelheimense, an. 807, *ibid.*, 309. — Capitulare Noviomagense duplex, an. 808, *ibid.*, 311. — Capitulare Longobardicum, an. 808, *ibid.*, 313. — Capitulare Æquisgranense, an. 808, *ibid.*, 315. — Capitulare Aquisgranense, an. 809, *ibid.* — Capitulare Longobardicum, an. 809, *ibid.*, 319. — Capitulare de disciplina palatii Aquisgran., an. 809, *ibid.* — Capitulare de moneta, *ibid.*, 321. — Capitulare ecclesiasticum, an. 809, *ibid.*, 323. — Capitula de presbyteris, *ibid.*, 325. — Capitulare Aquisgranense, an. 810, *ibid.* — Capitulare de instructione missorum, *ibid.*, 327. — Encyclica de jejuniis generalibus, *ibid.*, 329. — Capitulare duplex Aquisgran., an. 811, *ibid.* — Capitulare de expeditione exercitali, an. 811, *ibid.*, 333. — Capitulare de exercitatibus, an. 811, *ibid.* — Encyclica ad archiepiscopos de doctrina, *ibid.*, 335. — Capitulare Bononiense, *ibid.* — Capitulare Aquisgranense, an. 812, *ibid.*, 337. — Beneficiorum fiscorumque regalium formula, *ibid.*, 339. — Capitulare de villis imperialibus, an. 812, *ibid.*, 349. — Capitulare Aquisgranense, an. 815, *ibid.*, 359. — Capitula Longobardica, an. 815, *ibid.*, 365. — Capitula de Judæis, an. 814, *ibid.*, 369. — Varia alia capitula, *ibid.*, 505, 675. — Decretum de scholis Osnabrugensis Ecclesiæ XCVIII, 993. — Epistola ad subjectos, de Homiliario Pauli diaconi, monach. Cassinensis, *ibid.*, 896. — Presbyterum accusatum mittit in patriam, ut ibi ab episcopo suo judicetur, *ibid.*, 910. — Epistola ad quinque episcopos, de gratia septiformis Spiritus, *ibid.*, 914. — Epistola ad Garibaldum Leodiensem episcopum, de cura quam instruendis populis præcipue ante baptismum adhibere debent pastores, *ibid.*, 917. — Epist. ad eumd. jejunium pro necessitatibus publicis, maxime pro fame, peste, et bello indicitur, *ibid.*, 918. — Mittit in Britaniam concilium Nicænum, *ibid.*, 937. — Quomodo vel qualiter unusquisque Dei sacerdos plebem sibi a Deo commissam instruat, prædicet, atque gubernet, *ibid.*, 940. — De omni sancti mysterio baptismatis quo ordine debemus celebrare, *ibid.* — De scrutinio ecclesiastico, cur scrutinium fit, et quo tempore, et quid est scrutinium, *ibid.* — Capitulare de imaginibus contra Constantini VII imperat. Constantinopolit. et Irenæ matris decretum, et synodum Nicænam II, pseudoseptimam œcumenicam seu universalem; compositum et publicatum in concilio Francofordiensi et Adriano papæ missum anno Domini, 794. — Appendix ad hoc capitulare, complectens, Epistolam Adriani papæ ad Carolum de imaginibus, qua confutantur illi qui synodum Nicænam II oppugnarunt et conventum Parisiensem de imaginibus, apud Parisios, habitum an. Christi, 824, *ibid.*, 1247. — Quod sancta Romana catholica et apostolica Ecclesia cæteris Ecclesiis prælata, pro causis fidei, cum quæstio surgit, omnino sit consulenda, *ibid.*, 1019. — De ecclesiastica cura Caroli Magni, *ibid.*, 1371.

CAROLUS, Majordomus. — Epistola ad Gregorium II papam, de suscepto in tuitionem ac defensionem episcopo Bonifacio, LXXXIX, 503.

CHILDEBERTUS, rex Francorum. — Constitutio de abolendis reliquiis idololatriæ et de sacrorum dierum festivitatibus caste celebrandis, LXXII, 1121.

CHILPERICUS II, rex Francorum. — Placitum quo terra sita in superiore Bacivo præposito monasterii S. Dionysii asseritur, LXXXVIII, 1119.

CHUOMADUS II, imperator. — Edictum de mancipiis ecclesiarum, CLI, 1039. — Capitula de beneficiis, simul et edictum, *ibid.*, 1041, 1042. — Rescriptum de lege Romana, *ibid.*, 1044. — Litteræ ad cives Cremonenses, ut episcopo Cremonensi de quibusdam querelis satisfaciant, *ibid*, 1059.

CLODOVÆUS III, rex Francorum. — Placitum de lite inter Chainonem abbatem Sancti Dionysii, et Ermenoaldum abbutem qui vadimonium deseruerat, LXXXVIII, 1081. — Placitum in quo monasterium Lemansum asserit monasterio Sancti Vincentii seu S. Germani, *ibid.*, 1099. — Placitum quo adjudicat Sancto Dionysio teloneum integrum nundinarum quæ de vico S. Dionysii translatæ fuerant Parisios inter S. Laurentii et S. Martini basilicas, *ibid.*, 1108. — placitum quo Cadolaici farinarium S. Dionysii monasterio asseritur, *ibid.*, 1110.

CLOTARIUS II, rex Francorum. — Constitutio generalis, LXXII, 1119.

Decretio de servis et astlis.[1]

Decretum est, ut quia in vigilias constitutas nocturnos fures non caperent, eo quod per diversas intercedente concludio, scelera prætermissa custodias exercerent, centenas fieri. In qua centena aliquid deperierit, capitale qui perdiderat recipiat, et latro insequatur. Vel si in alterius centena appareat, et adhuc admoniti, si neglexerint, quinos sol. condemnentur. Capitale tamen qui perdiderit, a centena illa accipiat absque dubio, hoc est, de secunda vel tertia custodia. — Si vestigium comprobatur latronis, tamen præsentia nihil longe multando, aut si persequens latronem suum comprehenderit, integram sibi compositionem accipiat. — Quod si in triste invenitur, medietatem compositionis trustis acquirat et capitale exigat a latrone. — Si quis in domo alterius, ubi clavis est, furtum invenerit, dominus domus de vita componat. — Si quis cum furto capitur, antedictæ subjaceat legi. — Si de suspicionibus inculpatur, ad fortem veniat. — Si mala forte priserit, latro tamen ad utramque partem sint ternas personas electas, ne conludius fieri possit. — De servis ecclesiæ aut fisci vel cujuslibet, quicunque inculpatur, ad fortem veniat, aut ad plebium promoveatur, aut ipse precius a domino reformetur, nam probari periculo subjacebunt. Si quis cujuslibet de potentioribus servis qui per diversa possident, de crimine habetur suspectus, domino secretius cum testibus condicatur, ut intra viginti noctes ipsum ante judicem

debeat præsentare. Quod si in statutum tempus interludente concudio non fuerit, dominus status sui juxta modum culpæ inter fredum et faidum compensabitur. — Si servus ante admonitum dominum defuerit, capitale dominus restituat et de servo faciat cessionem, et cum inventus fuerit, detur in vindictam. Si quis occulte de re sibi furata a quolibet latrone compositionem acceperit, utraque latronis culpa subjaceat. Fur tamen judici præsentetur, LXXX, 450.

Ut continuo capitale ei qui perdiderit reformare festinet, et latronem perquirat. Quem si in truste perinvenerint, medietatem sibi vindicat vel delaturam. Si fuerit de facultate latronis, et qui damnum pertulit, satiatur. Nam si persequens latronem ceperit, integram sibi compositionem simul et solutionem, vel quidquid dispendii fuerit, revocavit; frepus tamen judici, in cujus pago est, reservetur. — Nullus latronem vel quemlibet culpabilem sicut summis episcopis convenit, de atrio ecclesiæ trahere præsumat. Quod si sunt ecclesiæ quibus atria clausa non sint, ab utraque parte parietum terræ spatium, arpennis pro atrio observetur. — Nullus confugiens foris ante dicta loca pro operarum cupiditate se dicat exire. Quod si fecerint, et capti fuerint, ad dignum sibi supplicium condemnentur. — Quod si cujuslibet servus deserens suum dominum ad ecclesias confugerit, et ibi primitus dominus ejus advenerit, contentio excusatur; reddatur furtum, ut se de pretio redimat. — Si quis ad vestigium minandum vel latronem persequendum admonitus venire noluerit, quinque solidis condemnetur. — Ea quæ in Dei nomine pacis tenore constituimus, in perpetuum volumus custodiri. — Hoc statuentes, ut si quis ex judicibus hoc decretum violare præsumpserit, vitæ periculum subjacere cognoscat. — Ut episcopo decedente, in loco ipsius qui a metropolitano ordinari debet cum provincialibus a clero et populo eligatur, et si persona condigna fuerit, per ordinationem principiis ordinetur; vel certe si de palatio eligitur, per meritum personæ et doctrinæ ordinetur. — Ut nullus episcoporum, se vivente, eligat successorem; sed tunc alius ei substituatur, cum taliter afficeretur ut Ecclesiam suam nec clerum regere possit. Itemque ut nullus, vivente episcopo, adoptare locum ejus præsumat. Quod si petierit, ei minime tribuatur. — Si quis clericus, quolibet honore munitus, contempto episcopo suo, vel prætermisso, ad principem aut ad potentiores quasque personas ambulare vel sibi patrocinium elegerit expetendum, non recipiatur, præter si pro venia videtur expetere; et si pro qualibet causa principem expetierit et cum ipsius principis epistola ad episcopum suum fuerit reversus, excusatus recipiatur. Is qui ipsum, post admonitionem pontificis sui retinere præsumpserit, sancta communione privetur. — Ut nullus judicum de quolibet ordine clericos de civilibus causis, præter criminalia negotia, per se distringere aut damnare præsumat, nisi convincitur manifestus, excepto presbytero aut diacono. Qui vero convicti fuerint de crimine capitali, juxta canones distringantur, et cum pontificibus examinentur. — Quod si causa inter personam publicam et homines ecclesiæ steterit, pariter ab utraque parte præpositi. Ecclesiarum et judex publicus in audientia publica positi ea debeant judicare. — Cuicunque defuncto, si intestatus decesserit, propinqui absque contrarietate judicium in ejus facultate juxta legem succedant. — Libertos cujuscumque ingenuorum a sacerdotibus, juxta textus chartarum, ingenuitatis suæ defensandos, nec absque præsentia episcopi aut præpositi Ecclesiæ esse judicandos vel ad publicum revocandos. — Ut ubicunque census novus impie additus est et a populo reclamatur, justa inquisitione misericorditer emendetur. — De teloneo, ut per ea loca debeat exigi, vel de speciebus ipsis de quibus præcedentium principum tempore, id est, usque ad transitum bonæ memoriæ domnorum parentum nostrorum... est exactum. — Judæi super Christianos actiones publicas agere non debeant. Quare qui se quæstuoso ordini sociare præsumpserit, severissimam legem ex canonica incurrat sententia. — Ut pax et disciplina in regno nostro sit, Christo propitiante, perpetua rebellio vel insolentia malorum hominum severissime reprimatur, LXXX, 451, 453.

Ut nullus judex de aliis provinciis aut regionibus in alia loca ordinetur; et si aliquid mali de quibuslibet conditionibus perpetraverit, de suis propriis rebus exinde quod male abstulerit juxta legis ordinem debeat restituere. — Quidquid parentes nostri anteriores principes vel nos per justitiam visi sumus concessisse et confirmasse, in omnibus debeat confirmari. — Et quæ unus de fidelibus ac leodibus, suam fidem servando domino legitimo, interregno faciente, visus est perdidisse, *generaliter absque aliquo* incommodo de rebus sibi juste debitis præcepimus revertiri. Puellas et viduas religiosas aut sanctimoniales quæ se deo voverunt, tam quæ in propriis domibus resident, quam quæ in monasteriis positæ sunt, nullus nec per præceptum nostrum competat, nec trahere, nec sibi in conjugio sociare penitus præsumat. Et si quis exinde præceptum elicuerit, nullum sortiatur effectum. Et si quicunque aut per virtutem aut per quemlibet ordinem ipsos detrahere, aut sibi in conjugium præsumpserit sociare, capitali sententia feriatur. Et si in ecclesia conjugium fecerint, et illa rapta aut rapienda in hoc consentire videbitur, sequestrati ab invicem in exilio deportentur, et facultates eorum propinquis hæredibus socientur. Episcopi vero vel potentes, qui in aliis possident regionibus, judices vel missos discussores de aliis provinciis non instituant, nisi de loco, qui justitiam percipiant et aliis reddant. — Agentes igitur episcoporum aut potentum per potestatem nullius rei collecta solatio nec auferant, nec cujuscunque contemptum per se facere non præsumant. Porcarii fiscales in silvas ecclesiarum aut privatorum absque voluntate possessoris in silvas eorum ingredi non præsumant. — Neque ingenuus, neque servus qui cum furto non deprehenditur, a judicibus aut ad quemcunque interfici non debeat inauditus. — Et quando quidem pastio non fuerit, unde porci non debeant saginari, cellarinsis in publico non exigatur. — Quicunque vero hanc deliberationem, quam cum pontificibus vel tam magnis viris optimatibus aut fidelibus nostris in synodali concilio instituimus, temerare præsumpserit, in ipsum capitali sententia judicetur, qualiter alii non debeant *similia* perpetrare. Quam auctoritatem vel edictum perpetuis temporibus valiturum manus nostræ subscriptionibus decrevimus roborandum quoddam aliud præceptum speciale pro monasterio Sancti Dionysii, LXXX, 454.

Lex de missis directis per regnum, ut populus pacem et justitiam habeat, de raptoribus, de prædatoribus, de latronibus et aliis malefactoribus et de omnibus justitiis. — Ut ubi missatici simul venerint, missi simul veniant, et si de uno regno in aliud aut de uno missicata in aliud fugerint, simul eos constringant; ut ubicunque fugerint, illuc indiculus transmittatur, ut comes illos destringat, aut cum alode, aut per quodcunque potest, ut illuc veniat et emendet ubi malum fecit. — Ut missis commendatur, ut faciant justitias, et si non fecerint quod ipsi pergere debeatis; ut si necessitas alicui fuerit, omnes sint parati quomodo invicem vos adjuvetis, CXXXVIII, 399.

Nunc volumus vos certos reddere de nostra conjunctione, quia Christo propitio, aiebat Clotarius *serenissimus imperator*, secundum Deum ad salutem sanctæ Dei Ecclesiæ, nostramque ac vestram communem utilitatem et necessitatem indissolubiliter corde et opere conjungere vos volumus, ut unum simus in Christo, et vos unum sitis nobiscum Sapiatis quia legem, qualem antecessores nostri, hoc est pater et avus noster, vestris antecessoribus concesserunt et servaverunt nos similiter vobis perdonamus et inviolabiliter atque incorrupte et præsentibus et futuris temporibus, per omnia volumus observare, CXXXVIII, 389, 606.

Conventus apud Sanctum Quintinium, CXXXVIII, 630. — Conventus in synodo Metensi, *ibid.*, 633. — Conventus apud Saponarias, *ibid.*, 638. — Decreta in synodis Aquensibus, *ibid.*, 663, 666. — Decreta in conventu habito in basilica Sancti Castoris apud Confluentes, *ibid.*, 669. — Decreta in conventu ad Sablonarias constituta, *ibid.*, 691.

CONRADUS imperator. — Epistola ad Eugenium, Wibaldi abbatis absentis et renitentis electionem in abbatem Corbeiensem, atque unionem Keminadæ et Visbikæ ad Corbeiense monasterium petit confirmari, CLXXX, 1613. — Significat Eugenio papæ Henricum filium suum communi principum acclamatione, in regem Romanorum electum, seque assumpta cruce accingere ad expositionem Hierosolymitanam, *ibid.*, 1616.

Epistolæ ad Eugenium papam: Ut præposituram Xantensem Thiebaldo suo capellano canonice electo conferre dignetur, CLXXX, 1623, 1625. — Ut Arnoldum Coloniensem archiepiscopum benigne suscipiat, ac suæ sedi restitutum remittat. — Ratisbonensem episcopum Hierosolymam tendentem ipsi commendat, *ibid.*, 1625. — Mittit ad eum legatos, rogatque Edulfum abbatem monasterii Merbacensis ab eo confirmari, et Ottonem clericum absolvit. — Petrum Capuanum archiepiscopum, cujus ope sanitatem recuperaverat, ei commendat, *ibid.*, 1627. — Mittit ad eum oratorem magistrum Henricum, curiæ suæ notarium, *ibid.*, 1628. — Ut Herimanni Trajectensis episcopi electionem confirmet et comitem de Ærra ab excommunicatione absolvat, *ibid.*, 1630. — De electione

Arnoldi archiepiscopi Coloniens., quam petit confirmari, *ibid.*, 1634. — Expeditionem Italicam pro utilitate Ecclesiæ se parare significat; commendatque Bremensem archiepiscopum et Wilbaldum abbatem, *ibid.*, 1635.

CONSTANS, imperator. — Quod foverit partes Athanasii, LXIX, 959. — Quod fratrem pro fide moverit, *ibid.*, 967.

